FLoridam coronam hunc meum librum volui appellare cum ſit preciſe velut ſertum ex diuerſis pulcherrimis floribus hinc inde magno cum labore collectis: tenui ſi'o ⁊ forti ac ſolido ligno fabricatum delectabilibus varijſqꝫ florum coloribus depictum: ſic enim hec mea corona ſeu ſertum vt mauis dicere: eſt conſtituta peracta: ex quibus multo cum ſudore floſculos varios collegi: ſunt Hipocrates: Ariſtoteles: Galienus: Auenzoar: Raſis: Haliabas. dioſcorides: Hali: Serapio: Auicenna: Iſaac: Auerrois: Damaſcenus: Meſue ⁊ ꝗplures antiquorum alij: quos hactenus videre potui: ex modernioribus vero Conciliator Gentiles Michael: multiqꝫ alij viri quippe ſapientiſſimi quoruꝫ volumina legi ſepius: ex priſcis tamen conatus ſum excerpere: ⁊ eis magis adherere Quorum ſententie verbis parue ac perbreues ſunt ponderoſe tamē ac maxime virtute. Et he ſunt mee flores corone. quos ſuper ſolido ligno firmaui quod eſt artis medicine vera ac firma veritas. Tenui tamē filo ligati ſunt flores hi: qui filus eſt humilis inornatuſqꝫ meus dicendi modus. Qui ſi diſertis oratoribus non acceptus exiſtit alijs tamen eloquentiam non profitentibus cum ſua placeat ruſticitate. Uarietas autem colorum qua hanc meam coronam depinxi eſt multiplex ſenſus: ac diuerſa auctorum verba diuerſimode dicta in vnum tamen ſenſum conuenientia: ⁊ ſic ipſum perfeci que vnicuiqꝫ vt opinor: erit grata cum dicat Comentator ſectarum. Quod magnum eſt deſiderium omni homini ad ſanitatis factricem ⁊ cuſtoditricem artem medicine feſtinare. Et propterea omnibus hominibus: vt Titulus promittit ſanitatem affectantibus erit vtilis ⁊ neceſſaria: pro quanto declaret quecunqꝫ fieri ⁊ que euitari oporteat in ſanitate corporis opportuna. Qualem ſcilicet medicuꝫ vnuſquiſqꝫ ſibi debeat eligere ⁊ quomodo ab eo conſeruari: in quo aere ⁊ loco habitare. Qualiter quando ⁊ quantum exercitando ſit: quid ve comedendum ⁊ quid reijciendum: quid bibere: quomodo ⁊ quantum dormire: quantumeꝫ vigilare ⁊ ſi quolibet anno purgandum: ⁊ quomodo. ⁊ cuꝫ quibus id medicus facere debeat. a quibus accidentibus anime abſtinere oporteat: ⁊ demum quomodo curari conueniat corpus ſi in egritudines cadere



contigerit. ⁊ hoc tantummodo quodam vniuerſali ex quibus grandem accipiunt vtilitatem: potentes ⁊ pauperes: ⁊ iuuenes: ⁊ ſenes: vnuſquiſqꝫ breuiter non ſolum eruditiſſimus: ſed etiam qui grammatice precepta parum perlibauerit. Sic itaqꝫ doctrina non ſolum imbutis omnibus ſed per eos etiam quibuſcunqꝫ alijs erit hic liberi vtilis quippe ⁊ neceſſarius non minuſqꝫ medicis iunioribus qui tot ⁊ tanta videre non potuerunt concordātiā dictorum pro eorum collegijs ⁊ conſilijs conficiendis: ⁊ pro alijs ꝗ pluribus rebus ſibi neceſſarijs: hinc ſine ipſorum labore digeſtam atqꝫ perfectam materiam accipiant corrigentes quicquid mali aut diminuti reperient prout vnicuiqꝫ libuerit. Cenſure etenim omnium recte facientium meum preſens opus ſubeundum trado exponoqꝫ ꝗlibentiſſime.

## Capitulum quartum oſtendit ꝙ mors ſit neceſſaria ⁊ ꝙ auxilio medicorum minime poſſit remoueri.

NEceſſitas: cauſa ⁊ principium interitus noſtri eſt contrarietas elementorum ex quibus ſumus cōſtituti que ſi non eſſet profecto immortales ⁊ eterni fuiſſemus quemadmodum corpora celeſtia ſunt infinita duratione: vt dixit Auer. in. ij. celi. commento. lxxi. ⁊ hoc quia ipſa non ſunt compoſita ex quattuor elementis: vt idem voluit in. j. eiuſdem commento. xix. Nos autem durare non poſſumus. quia ex illis ſumus fabricati vt omnes ſapientes antiqui voluere: vt ait Iſaac in vniuerſalibus dietis. capitulo. xiij. cum inquit nulli phiſyci dubitauerunt quin quattuor elementa animalium omnium. arborum ⁊ herbarum ſint exordia. Quod ſenſit Auicenna. in. ij. Canonis capitulo primo dicens. Omnium compoſitorum mineralium ⁊ vegetabilium ⁊ viuentium elementa ſunt materie: que fuit ſentētia Galieni in quarto de Simplici medicina. diſtinctione terta capitulo quarto ſic dicentis. eſſe omnium corporum non eſt niſi ex quattuor elementis ⁊ in primo elementorum capitulo vltimo ait. Omnia que generantur ex elementis fiūt. ⁊ in primo de febribus ad Glauconē. capitulo ſecundo dixit. Si omnia diligenter animaduertas mundum ipſum ex quo ſumus ⁊ viuimus ex contrarijs ſibi elementis firma: ⁊ perpetua compaginatione ſcias conſtare vt primi ſapientes dixerunt. Hi autem ſapientes licet ipſe non expreſſerit fuerunt Hipocrates primo in ſecundo capitulo libri de humana natura dicens. Si vnus eſſet homo: nunꝗ vti doleret non enim eſt a quo doleat vnum exiſtens. ⁊ infra ſubiunxit. Primum quidem igitur neceſſe eſt generationem fieri non ab vno: quomodo enim vnum exiſtens vnum generabit niſi alicui miſceatur. Ariſtoteles etiā in libro tertio de celo textu cōmenti. lxvij: inquit. In timeo ſcriptum eſt ꝙ ſicut eſt omne recipiens. i. materia ſic oportet elementa putare quemadmodum materiam eſſe compoſitis. Sumus ergo ex contrarijs conſtituti. cum autem cōtraria ſint adinuicem corruptiua. vt dixit Ariſtote. in primo Phiſicorum textu commenti. lxx. Bellant inuicem ſemper: ⁊ corrumpunt ſe in nobis elementa. Corruptis vero principijs ex quibus conficimur neceſſe eſt et nos interire: et non ſolum nos: ſed et quecunqꝫ aliaque ex illis ſunt generata ad finem: et ad corruptionē veniunt de neceſſitate. ſicut voluit Philoſophus in tertio Phyſicorum textu commenti. xxx. dicens. Quodcunqꝫ ſit neceſſe eſt accipere finem: ⁊ finalitas omnis eſt corruptio. et in tertio Metaphyſice textu commenti. xij. inquit. Senſibilia omnia corrumpuntur et in motu ſunt: ⁊ nullum talium eſt ſempiternū. a quo Galienus videtur accepiſſe cum ſcripſit in. vj. de regimine ſanitatis. Mortale eſt omne genitum corpus: cum tale igitur ſit corpus noſtrum non eſt poſſibile aliquo medicorum conſilio: aut medicaminum beneficio poſſe mortem naturalem euadere omnino: nec omnifariam prolongari. ſicut etiam probat Conciliator in differentia. cxiij. per plures rationes et auctoritates: quas adducere et longum et permoleſtum eſſet. Si quis autem eas videre voluerit ad illum ſe transferat locum: ſufficit autem in preſentiarū concludere cum Principe Auicen. in tertia primi. c. primo dicente. Ars quidem ſanitatem cuſtodiēdi nō eſt ars que a morte ſecuros nos faciat: nec corpus ab extrinſecis nocumentis muniat: neqꝫ vnūquodqꝫ corpus ad vltimam vite lōgitudinem perducat: que eſt ſecundum hominem abſolute: dicēdumqꝫ eſt cum Conciliatore loco allegato: ꝙ multiplex reperitur contrarietas mortis cauſatiua omnino: vt qualitatum primarum ſibi adinuicem aduerſantium caloris naturalis agentis in humidum: qui per accidēs ſe tandem dupliciter perimit: tum humidum conſumendo nature: tum etiam quia propter hoc humor conſurgit aqueus ſuffocans quantitate ac qualitate: extinguens frigida. In hoc quoqꝫ operatur continens non parum corpora continue reſoluens ſtellarum virtute in ipſum ſuſcepta quod et alie res adiuuant non naturales corporibus extranee ⁊c. Et cōcludit quare ex cauſatis de neceſſitate cōuincitur vitam tandem deficere oportere.

## Capitulum quintum in quo auctor oſtendit mortem naturalem poſſe beneficio medicorum retardari: et vitam conſequenter prolongari.

LIcet in capitulo precedenti diximus ars medicine nos non faciat a morte ſecuros. vt Princeps iquit in tertia primi. c. j. poteſt tamē ſubſidio medicorum retardari.

vt colligitur ex his que ſubdit ipſe ibidē dicēs. Sed de duab⁹ rebus ſecuritatē prebet putrefactionis penitus ꝓhibitione ⁊ defenſione: ne humiditas cito reſoluatur. Et in ipſius quidem fortitudine cōſiſtit vt ipſum vſqꝫ ad debitum tēpus ſcd̄m ſuam primā complexionē permanere faciat: ⁊ hoc quidē erit propter regimē rectum. ⁊c. Quod dupliciter fit vt Conciliator inquit ſicut et duplices mortis ſunt cauſe. Quantum enim ad primam: cōtra ponitur regimen prohibens dominiū cauſarum ſiccitatē facientium accelerare: cauſis exceptis facientibus illam occurrere neceſſario. Contra ſecundam vero adducitur regimen prohibitiuū generationis putrefactionis ex corporis tutela a poteſtate caloris extranei intrinſeci ⁊ extrinſeci. Quod ſenſit Gal'. in libro de tabe cum dixit. Senectutis tabem impoſſibile fore deniqꝫ prohibere: ſed auxiliari vt in plurimum extendere poſſibile. ſubditqꝫ demum. Si quidem ergo poſſibile eſt humidiorem operari ſubſtantiā corporis cordis: ⁊ ſic propter epar accidet ſuperextendere. Si vero nullū ſufficiēs eſt: vt neqꝫ epar humidius ſeipſo facere: neqꝫ cor ſed neceſſarium in ſubſequenti tempore ſiccius fieri alterum ipſorum neqꝫ viſcera ſolum: ſed arterias et venas prohibere quidem ſenectutem impoſſibile videtur: quod de vno Homeri ſermone confirmat per cibum: potum: balneum: mollem lectum: ⁊ ſomnum: cor: epar: et vniuerſaliter totum corpus exhumectatur. Per huiuſmodi ergo humectationē morti oppoſitam docet ſenectutem extendere quod non eſſet ſi mortem non eſſet poſſibile retardari. Hec quoqꝫ fuit Hali rodoam ſententia in tertio tegni. commento. xxvi. dicens. Poſſibile eſt vt ſint etiam medicine que prohibeant a velocitate ſenectutis: ſcilicet a frigore et ſiccitate membrorum: et prolongetur per illud vita hominis quando regimē eius ſit bonum: ſicut dicitur ꝙ homines vixerunt centū annis: ⁊ vnūquodqꝫ inuenitur in illo cum medicina inda que nominatur Triſera: ipſa namqꝫ bonam efficit digeſtionem: et colorem bonum: ⁊ prolongat iuuentutem ex tempore longo quando cum vſu eius bonum eſt reliquum regimen ⁊c. Et infra concludit ꝙ licet poſſibile ſit quod dictum eſt: verumtamen non eſt poſſibile omnino inuenire medicinam prohibentem a morte vllo modo: et conſeruantem vitam ſemper. Et ꝙ hec opinio vera ſit poteſt etiam rationibus probari ſic. Omne illud cuius principia poſſunt ꝑ perfectiora cōſeruari ac vigoroſiora beneficio quodam idipſum poterit diutius perdurare. Sed principia corp⁹ humanum conſtituentia ſunt huiuſmodi: ergo ⁊c. Conſequentia patet in tertio prime: maior eſt euidēs: ⁊ minor declaratur. Nam humidum poteſt reſtaurari: et calidum defendi: et contemperari per artem ne frigiditas et ſiccitas accelerent: vt eſt manifeſtum de melancolico corpore verſus temperatum: vel ſanguineū reducto: cum longioris vite efficiatur q̄ naturaliter ſit ⁊c. Similiter calores extranei humidum exiccantes poſſunt obtemperari: quo facto vita prolongabitur ſine dubio. Pluribus etiam alijs rationib⁹ hoc poſſet oſtendi: quas ne tedium legenti afferā pretermitto. Qui plura cupit padubanenſem videat. Hoc autem bonum regimen non niſi ab optimo ac ſapiēti medico eſt ordinandum dirigendumqꝫ ſcd̄m cōplexionum: etatum: regionum: conſuetudinum: ac ceterarum rerum huiuſmodi diuerſitatem. Et propter hoc vnuſquiſqꝫ precipue potēs: ſibi debet ad hoc medicum ſufficientem reperire: virtutibus et conditionibus in ſequentibus capitulis dicēdis inſignitum ac ipſi bene perſoluere et eum honorare. iuxta illud Eccleſiaſtici. xxxviij. dicentis. Honora medicum propter neceſſitatem: etenim creauit illum altiſſimus: a deo enim eſt omnis medela: et a rege accipiet donationem. Et poſt aliqua ſubiunxit. Et non diſcedat a te: quia opera eius ſunt neceſſaria ⁊c.

¶ Capitulum ſextū in quo auctor oſtendit qui ſint falſi et apparentes medici et non eligendi pro tali ſibi vite prolongatione.

CUm dictum ſit in ſuperioribus ꝙ bono regimine vita poſſit prolongari: rectum autem regimen a bono et perfecto medico dirigendum: ⁊ propterea oportunum eſſe a potētibus precipue optimum medicum ſibi reperire qui de ſua ſit ſollicitus ſanitate. Quis autem et qualis medicus ſit eligendus ad hoc ſufficiens dicendum eſſe neceſſario iudicaui: propterea ꝙ ſapientiores etiam ciuitatū perſepe qui meliores ſint medicorū ſoliti ſint heſitare: vulgus ſimiliter vt inquit Hippocrates primo regiminis acutorum textu cōmenti. x. Peritum ab imperito nequit diſcernere cū hic vnum ille alterum iſte quoqꝫ alium ſapientiſſimū et expertiſſimum eſſe predicet: quod euenit propter multas ac diuerſas medicoꝝ ſimulationes: vt etiam Rome Gal'. tempore accidiſſe comperi: quemadmodum ipſe teſtatus eſt in libro de pronoſticatione per pulſum. c. j. dicens. Quidam exiſt mari magis q̄ eſſe ſtudent: non ſcd̄m medicinam ſolum: ſed etiam ſecundum alias artes. Et ideo vnuſquiſqꝫ eorum inſtruitur his quibus proſperabitur apud multos: et quid dicere: et quid agere ad delectationem: et blandiri: ⁊ adulari: et ſalutare qualibet die diuites et potentes in ciuitatibus: et precedere et premittere cum domū eunt: vt honorabiliter ab eis recipiantur: quidam autem eorum non his ſolum: ſed etiam veſtium ac anulorum varietate: et multitudine aſſequentium: et vaſorum argenteoꝝ preparatione: idiotas putare ſuadent dignos imitatione ſe eſſe ex quibus omnibus hinc quidem igitur alliciētes: hinc autem ſtupere facientes homines inexpertos veri iudicij rerum: ipſi quidem putant ꝙ multis bonis potiantur: ego autem aio eos non veris bonis: ſed falſis potiri: hec ipſe ad litteram. Et poſtea in ſequenti capitulo dixit.



Quod horum omnium malorum cauſa eſt diuitum ⁊ potentum in ciuitatibus delicia: qui delectationeꝫ virtuti preferentes in nullo verbo extollunt eos qui aliquod bonum nouerunt ⁊c. Noſtris quoqꝫ temporibus etiam plurimi talium inueniuntur. qui cum nobilibus diuerſis eorum aſtutijs degunt quotidie eis gratis ſeruientes in omnibus vt ab eis extollantur ⁊ in merito commendentur. Quod tandē conſequuntur nonnulli vero alij altero tramite aſcendere conantur: bonam habentes vocem clamant illico opponentes vnicuiqꝫ etiam clariſſimo antiquorum dicto: quod eis forſitan allegaueris: ⁊ in porticibus ⁊ apotecis inquantum poſſunt vociferant: vt a vulgaribus auditi ſapientiores exiſtimentur: ⁊ hi ſophiſte dicuntur hironice: quaſi plus alijs omnibus intelligentes cum tamen nihil intelligant aut omnino parum: ⁊ propter hoc ſepius ab auctoribus noſtris deteſtant̄ cum circa nomina vim omnem eorum faciant: vt voluit Gal'. in. j. pronoſticoruꝫ cōmēto. v. dicēs. Sophiſte finiunt vitam ſuam in ſermone ⁊ propterea eoꝝ ignorantia de egritudinum cognitione eſt maior q̄ ipſorum ignorantia de quantitate altitudinis maris eo ꝙ ſunt medici locutionis: vt idem ait vbi ſupra ſꝫ commento. xij. Et in ſecundo regiminis auctoruꝫ cōmento ſecundo dixit. In queſtionibus ſophiſtarum non eſt iuuamētum aliquod addiſcentibus ⁊ ob hāc cauſam rei veritatem non aſpiciunt ſed adeo in alienationem tranſeunt ꝙ ſi inueniunt id quod inuentū eſt dicunt eſſe quaſi non inuentum: vt idem etiam dixit in. vj. de ingenio ſanitatis. c. vj. ⁊ poſtpauca inquit dimittam igitur ſophiſtas alienare ſicut eorum conſuetudo eſt. ꝙ etiam huiuſmodi medici ſint ignorantes ipſe oſtendit in quarto Terapentice. capitulo. ij. dicens. Idiote quemadmodum ab ipſa rerum natura edocti agunt melius ſophiſtis. in libro quoqꝫ de ſimplicibus farmacijs ait. Sophiſta omnis idiota melior ſi enim nihil aliud tamen eas que ſcd̄m naturam intentiones idiote ſaluant pereuntibus ſophiſtis. Et in. j. de differentijs febrium. c. ij. ſic de eis ſcripſit. Sophiſte ſunt cetus hominum opinantium ſe ſapientes eſſe ſed ignorantiam ſuſpitionem vero doctrine habentium. cui cōcordat Ariſto. in quarto methaphiſice textu commenti. xv. dicens. Sophiſta eſt apparens ſophia ⁊ non exiſtens. ⁊ infra. Scientia ſophiſte eſt ſcientia deceptoria tantum: ⁊ poſt aliqua ſubiūxit. Sophiſta exiſtimat ſe ſcire ⁊ neſcit in rei veritate. damnauit eos iterum Galienus. in. j. de ſimplici medicina diſtinctione tertia capitulo quinto dicens. Sophiſte concludunt queſtiones ex queſtionibus ⁊ ex eo cuius non eſt declaratio illud cui non eſt declaratio. Et in capitulo octauo eiuſdem ait. Nobis magis conueniens eſt vt conuertamus ſtudium noſtrum in affirmando ſenſum ſemper vt per ipſum faciam⁹ mendoſos ſophiſtas qui negant illum ⁊ vituperant. ⁊ in capitulo nono loci preallegati ſic dixit Iſti deſtruunt iſta duo ſimul: ſcilicet ſenſum rationē ⁊ confundunt ⁊ permiſcent omnia quod cum ita ſit recte quidem de ipſis ſcripſit Ariſtoles in primo celi textu commenti. lxxviij. dicens. Sapientiaꝫ ſophiſtarum eſt negare prima principia ⁊ deſtruere ſapientiam ideo concludam⁹ cū. Galieno in tertio interiorum capitulo ſexto dicens. Sophiſtici ſunt medici nequeuntes ⁊ neſcientes quomodo inueſtigent diuerſitates morborum ⁊ pugnant de illis que palam ſunt ⁊ finiunt vitam ſuam in quibus non oportet: ſcilicet in litigationibus ⁊ queſtionibus ⁊ argumentationibus ⁊ volunt deſtruere ordinem ⁊ pulchritudinem dictorum antiquorum: ⁊ in primo de virtutibus naturalibus capitulo. xiiij. dixit. Sophiſte medicos ſeipſos appellant cum nihil ſcientes ſint alij vero philoſophos nihil intelligentes ſe nominant q̄ contradicere tentantes deficere mihi multum a virtute veterum viſi ſunt. Quamobrem vel nihil vel omnifariam parum quidem proficient non ignoro: q̄ plura quidem inuenio perfecte demonſtrata a veteribus: neqꝫ vero ſcita a multis ſophiſtis neqꝫ intellecta propter imperitiam: ſed neqꝫ tentata cognoſci neqꝫ ſi cognoſcantur ab aliquo iuſte examinata vt idem refert in tertio de virtutibus naturalibus capitulo decimo. In pleriſqꝫ etiaꝫ alijs locis tales ſophiſticos medicos reperi ab auctoribus noſtris reprobatos. Et propterea nec hi nec qui dicti ſunt in principio a potentibus: pro ſanitatis conſeruatione ſunt eligendi: ſed illi qui infra ſcribendas habuerint conditiones.

¶ Capitulū. vij. pertractat de cōditionibus veri medici eligendi que ſe tenent ex parte anime.

PRincipaliſſima conditionum in medico eligendo requiſitarum eſt illa quam Cōciliator poſuit in ſua differentiarum. ſecundo dicēs. Medicus dei primitus debet eſſe amator ac ipſum in cunctis operibus ſuis preponat ⁊ timeat vt plenam habeat ſapientiam que a domino deo eſt qui prebet eam diligentibus ſe: ſicut in primo Eccleſiaſtici capitulo ſcriptum eſt. Diligat igitur medicus creatorem ſuum ⁊ timeat quoniam initium ſapientie eſt timor domini ⁊ ſi timet eum bonam habeat conſcientiam ⁊ peccatis ipſum non offendat: quoniaꝫ vt Salomon inquit in maliuolam animam non introibit ſapientia nec habitabit in corde ſubdito peccatis. Quod etiaꝫ ſenſit Galienus in primo de creticis diebus. capitulo ſeptimo dicens. Manifeſtum eſt ꝙ ille cuius mens eſt debilis ⁊ cuius anima eſt peſſima non addiſcet diſciplinam huius ſcientie nedum quod antecedat ⁊ iudicet aliquid eorum que diximus. Sacer ergo ſit medicus quia vt dixit Hipocra. in lib. de le-

ge. Sacre res exiſtentes ſacris hominibus oſtendun
tur. prauis autem nequaꝗ̄ priuſꝗ̄ perficiantur. Me
dicina autem eſt res ſacra cum dicat Eccleſiaſticus.
xxxviij. capitulo. Altiſſimus creauit de terra medici-
nam ⁊ ab ipſo eſt omnis medela. Cui conſentit Ra-
ſis in .v. libro ſuorum aphoriſmorum dicens. Medici
na tota eſt dei ⁊ eſt res venerabilis ⁊ grates deo red
dimus eo ꝙ nos fecit aptos in ea vt veneratores ⁊
cuſtoditores ipſius ⁊ quia fecit nos immunes a ſciē
tijs vilibus ⁊c. Hoc idem Meſue ſenſiſſe videtur cū
inquit. Sanat ſolus languores deus ⁊ de fragilita-
tis ſolo produxit in largitate ſua medicinam benedi
ctus glorioſus ⁊ excelſus tantum tamen auxiliari nō
deſinens curandi doctrinam timentibus eum expli-
cauit. Totus igitur dei timor preueniat ⁊ principiet
opa tua ⁊ felicitabit ea: tamē cōſidera ne te amor aut
odiū circūueniat vt declines a recto: eſt em̄ excelſus
glorioſus q̄ iudicat ſunt ⁊ celi q̄ arguūt: ⁊ elemēta q̄
ſeuiunt. ⁊ ſi non aliud ſupereſt in poſterū cruciat⁹ ge
henne. Et infra dixit. Deum in cunctis propone ⁊
ipſe preponet te: honora eum ⁊ honorabit te: time
eum ⁊ ſecurus cuncta experieris ⁊c. quia igitur deus
eſt creator omnium vt dixit Almanſor in primo. Me
dicus iure merito debet eum timere ⁊ honorare pre
cepta eius obſeruare: non ſicut ꝗ̄plures noſtrum
faciunt qui nunꝗ̄ in eccleſijs videntur : ſed mun-
danis omnibus delitijs deditis: gule: auaritie: luxurie
ceteriſꝗ̄ talibus derident quem bonum aliquod fa-
cere fuerint intuiti. Debent preterea medici miſeri-
cordes eſſe ⁊ pij hūileſꝗ̄ ac māſueti pauperibus gra
tis medentes vt voluit Raſis in libro .xxv. continen-
tis capitulo nono dicens ſic autoritate iudei. Medi
cus debet eſſe pius ſuper egros: miſerator ipſorum:
ſepeliens reuelatum conſilium ei atꝗ̄ priuatum. ⁊
in fine dicti capituli inquit. O vos medici nolite reue
lare ſecreta magnificorum quotiens interfueritis cū
ipſis quia perijt inde turba magna medicorum ideo
ſecreti ſint fideles ⁊ pij dicente quoꝗ̄ Conciliatore
noſtro. Non velis pauperes opprimere neꝗ̄ egenos
ſaltem intuitu pietatis deſerere cum inde laudabilis
conſurgat fama. Quod enim abundanter accepiſtis
his velis gratis prime amore bonitatis impartiri. ⁊
fuit ſententia Meſue clamantis. O tu corporum cu
ram gerens auxiliari ne differas quia ſemel pereun-
ti nulla deinde proſunt ſuffragia. ratio clamat ad iu-
dicium ſi miſericordiam deſeris ſtulte: ſi de largo tri
butis gaudeas ⁊ parua negas triſtem igitur ne cer-
ne habentem irritum donum dei vt ſi abundanter
de ipſius largitate ſuſceperis ne parcus eſto. hec ip-
ſe. Sint itaꝗ̄ medici miſericordes ⁊ pij quia pietas
ad omnia vtilis eſt promiſſionem habens vite que
nūc eſt ⁊ future vt inqt Paul⁹ ad thimotheū capitu
lo quarto Job quoꝗ̄ dixit. Noli auertere faciem
tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec a te auer-
tatur facies domini. quod non minus precedit Ga-
lienus in libro de motibus liquidis. capitulo ſepti-
mo dicens. Hoc erit in ſermone dei ſublimis inuocā
ti viro comminentis tempore neceſſitatis preſenti
amico aut pauperi non ſubuenienti in hunc modum
dicentis. Nunquid tu preſens fuiſti ac amico quidē
tuo in mortis articulo iam conſtituto non ſubueni-
ſti deinde me fraudulenter adoraſti diſgredere a meo
ſancto altari. Beatus igitur eſt qui intelligit ſuper
egenum ⁊ pauperem in die mala liberabit eum domi
nus. feneratur enim domino qui miſeretur pauperis
⁊ viciſſitudinem ſuam reddet ei. Beati ergo iterum
miſericordes quoniam ipſi miſericordiam conſequē
tur. teſte Saluatore noſtro in quinto. Matthei. Nul
lus itaꝗ̄ omnino crudelis medicus eligat̄ neꝗ̄ ali-
quo alio vitio deprauatus ſed bonis anime virtuti-
bus inſignitus. Et propterea dixit Conciliator. ſit
medicus verax: fidelis: fortis: pudicus: caſtus: man-
ſuetus: miſericors: pius: ⁊ viſitator infirmorum ſolli
citus: non inuidus: non cupidus: non auarus: nō de
ſidioſus: nō luxurioſus: non vinoſus: nō timidus: nō
audax aut p̄ſumptuoſus: non hipocrita : non verbo
ſed opere medicus: non laudator non fenerator aut
aleator: nec veneriorum neꝗ̄ aborſuum perpetrator
vlla occaſione aut doctor dicente Auenzoar in ſecun
do libro ſui Teiſir. capitulo quinto. Quilibet doctor
in medicina non debet aliquem diſcipulum docere ni
ſi prius ipſum iurare faciat ꝙ vllo modo medicinis
non vtatur mortiferis vel venenoſis: ⁊ pater meus
cum eſſem puer: ⁊ diſcipulus eius in medicina fecit
me iurare vt nullaten⁹ medicinis venenoſis vel mor
tiferis vti deberē. Nec ſit medicus ambitioſus aut
vanaglorioſus nec vni hereſi conſtitutus ⁊c. Ex qui-
bus apparet ꝙ medicus eſſe debet velut ſacerdos
immo velut angelus cum dicat Galienus in vltimo
primi de ingenio ſanitatis. Oportet medicos ſicut
antiquitus dictum eſt vt angelis aſſimilentur. Qui
igitur medicus prefatas omnes laudabiles habue-
rit anime conditiones erit pre ceteris eligendus.

¶ Capitulum octauū oſten-
dit q̄ ſcientie ⁊ doctrine ſint
medico eligendo neceſſaria.

Secunda principalis conditio eligendi
medici ⁊ ei neceſſaria eſt hec ſcilicet vt in
liberalibus artibus ſit eruditus dicente
Raſi in .xxv. continentis capitulo nono
Debet ſcire medicus geometriam ⁊ ſciē
tiam aſtrorum: ſin autem ignorabit diuiſiones tem-
porum ⁊ diſpoſitiones regionum: etiam debet ſcire
logicam: ſin autem ignorabit diuiſiones generū mor
borum addens ipſorum ⁊ etiam ignorabit ſequi ve-
ritatem ⁊ falſitatem illius qui ſequi voluerit duo re-



gimina compoſita inſimul: etiam ſcire debet prono-
ſtica : et ſemper proferre digna verba et digna voca-
bula exercitatus in libro Hippocra. ⁊c. hec ipſe. Hoc
etiam noſter inquit Conciliator in differentiarū ſua-
rum prima dicens. Grammatice: logice : rethorice:
arithmetice: geometrie: muſice: aſtrologie: philoſo-
phie naturalis: metaphyſice: ⁊ omnium bonarum ar
tium oportet medicum dignotionē habere: licet om-
nino peritum in eis non oporteat medicum eſſe : et
exquiſitam ipſarum habere cognitionem: ſed ſufficit
ſi aliqualem earum habuit in communi : ſicut etiam
Haliabas in ſue Theorice initio ſentire videtur. Et
Galienus etiam in ſecundo interiorum. c. vij. dicēs.
Neceſſe eſt vt ſit medicus : non ſolum medicus ve-
rumetiam liberalium artium magiſter: vt poſſit plu-
rima explanare et oſtendere. Raſis quoꝗ̄ in .vj. libro
ſuorum aphoriſmorum ſic ait. Qui ex ſcientia natu-
rali et philoſophia adiutus non fuerit: nec ex canoni
bus logice dubitabilis debet eſſe et maxime medici-
ne. Eſt autem aſtronomia ei pre ceteris maxime ne-
ceſſaria cum ſit iudiciorum eius directiua: vt ad ple-
num declarauit Conciliator : et nos in ſpeciali quo-
dam noſtro tractatu : et fuit ſententia Hippocratis
in libro de aere et aqua et regionibus: vbi ait. Qui re
cte tenent et credunt: norint aſtronomiam non mini
mam partem eſſe medicine. Quod etiam clarius ex-
preſſit Galienus in vno librorum ſuorum de ſperma
te intitulato qui diuerſus eſt ab eo qui impreſſus pri
mitus fuit dicens. Scire debet medicus planetam ⁊
ſignum in quo eſt cum egrotare ceperit quis tēpus
ipſum diem atꝗ̄ horam ſimiliter. Nam ſi infirmitas
fuerit ſecundum planetam et ſignum: ſed accidenta-
liter ex actione ſigni et planete tunc habet aliā euen
tionem. et ſubdit. Opus noſtrum eſt cognoſcere om
nem phyſicam operationem ſuperiorum corporum:
et inferiorum: et generationem: et operationem eo-
rum: et colligātiam: et operationem ipſorum per nu
merum planetarum : quibus precognitis notantur
enim in quibus infirmitatibus quiſꝗ̄ laborat: ⁊ qui
bus farmacijs deceat curari ſecundū ſui corporis
naturam. hec ipſe retulit Galienus Hippocratis au
ctoritate. Longe autem magis in ſcientia medicine
debet medicus enutritus eſſe: atꝗ̄ vt ita dixerim fun
datus peroptime ne ei accidat quod Commētator
Auerroys in ſecundo Metaphyſice. commento .xv.
aſſerit vni immaturo medico contigiſſe dicens. Qui
intendit medicari hominem : et iterum addiſcit me-
dicinam ei accidet: ſicut cuidam contigit qui cum ad
infirmū acceſſit: et propinauit ei medicinam: ⁊ inſpe-
xit poſt librum: et cum redijt mortuum reperijt infir
mum. Et propterea Commētator ſectarum ſic ait.
Oportet peritū eſſe medicum quatenus omnes cau
ſas inueniat egritudinum: et virtutes remediorum:
vt cum his operari valeat et ratiocinari. Quod ſen-
ſit Galienus in lib. de experimentis. c. primo dicēs.
Nos non laudamus hominem ignorantem artem:
quia habeat experimenta : quoniam vellet prodeſſe
⁊ forſitan noceret: ⁊ propter hoc oportet hominem
ſcire complexiones cauſas ⁊ accidentia: ⁊ vt cogno-
ſcat egritudines ⁊ earum accidentia quoniam qui
hec ignorat non eſt ſecurus quin noceat plurimum ⁊
pro maiori parte: ⁊ ſi aliquando proderit hoc erit ex
fortuna. Et idem in lib. vj. meamir ſic ſcripſit. Oſten
di vobis vtrunꝗ̄ eorum que dicebat Erophilus ve-
rum eſſe: ait enim ipſe quoniam ſi dixerit aliquis ni
hil eſſe farmaca ſola per ſeipſa congrue dicet : nihil
enim ſunt niſi habeant eum qui recte vtatur eis. Si
vero rurſus velut manum dei dixerit eſſe farmaca re
cte dicet: conferunt enim valde ſi habuerint vtentē
eis exercitatū in logica theorica ⁊ cum hoc natura
ſcienticum. Ex quibus dat intelligere ꝙ qui medici
volunt appellari debent eſſe in medicina periti ⁊ ſtu
dioſi vt ſciant oportuna cognoſcere ⁊ cauſam redde
re vniuſcuiuſꝗ̄ dicente codē Galieno in ſexto apho
riſmorum commento .xvj. Oportet medicum ſtu-
dioſum eſſe ne aliquid abſolute dicat ⁊c. Cum autē
medicina immenſa ſit profunditas: vt dixit Dama-
ſcenus in ſuorū aphoriſmorū prohemio. Debet me
dicus eſſe ſolers ac lector aſſidu⁹ neꝗ̄ die neꝗ̄ nocte
ſtudio deficiens ⁊ meditator indeſiēns: vt etiā ſcri-
pſit Cōciliator. Quid autem meditari debeat expreſ
ſit Auicenna in prima pri mi. capitulo ſecundo dicēs.
Ea de quibus debet medicus ratiocinari ſunt egri-
tudines ⁊ earum cauſe particulares ⁊ earum ſigna ⁊
qualitas egritudinis remoueatur ⁊ ſanitas conſer-
uetur: ⁊ cuiuſꝗ̄ earum eſſe occultum fuerit ad illud
declarandum debet demonſtrationem afferre: ⁊ non
debet medicus in rebus mundanis occupari : quo-
niā qui deditus eſt omnino ſecularibus negotijs ac
mundi delitijs negligit fundamētum medicine ⁊ phi
loſophie ac artium doctrinam: ⁊ ꝓpterea non eſt ei fi
des adhibenda: vt Damaſcenus inquit vbi ſupra.
Debetꝗ̄: vt raſis ait in ſexto ſuorum aphoriſmorū
ꝗ̄plures doctorum libros legere ⁊ ſecreta eorum in-
ſpicere: quoniam hoc ei nimium confert eo ꝙ quili-
bet philoſophus aliquid habet ſibi cōueniens. quod
qui non faciunt illitterati exiſtunt. Medicorum aūt
illitteratorum luxui ſubiacentium plurimi ſunt ho-
micide: vt dixit Damaſcenus ⁊ ideo tales non ſunt
eligendi: ſed docti tantummodo ⁊ ſtudioſi.

¶ Capitulum nonū in quo declaratur quos
libros medicus eligendus legere debeat ⁊ in-
telligere.

In fine precedentis capituli dictum eſt
ꝙ ꝗ̄plures doctores libros legere medi
co nimium confert. Qui autem ſint hi li
bri Raſis non expreſſit. nos vero dicim⁹
ꝙ medicus lib. ꝑcipue antiquoꝝ legere
debet dicēte Gal. in .iij. de virtutib⁹ naturalib⁹. c. x.

Oportet medicum velut inſanientem: neqꝫ die: neqꝫ nocte deficere ſtudentē: ⁊ cointenſum addiſcere quecunqꝫ a glorioſiſſimis dicta ſunt veteribꝰ ⁊c. In primis igitur libros Hippocratis ſapientiſſimi ac vetuſtiſſimi medici legere ac intelligere debet: quoniā ipſe precipuus inter clariſſimos patres ſemper et fuit et habitus eſt. vt ex verbis Galieni in infinitis fere locis colligi poteſt. Dixit enim de eo in introductorio medicorum libro ſic. Hippocrates qui omnes ſuperexceſſit primus in lucem duxit perfectam apud grecos medicinalem artem. et in tertio Pronoſticorum cōmento. xliiij. ſic de ipſo ait. Hippocrates non dimiſit dicere aliquam ex rebus de qua fuerit nobis dignum exiſtimare ꝙ ſit falſa: ⁊ quicquid dixit nō ſine cauſa dixit. et in. iiij. de ingenio ſanitatis in fine ſic inquit. Volo reuerti ad fontem veritatis: ſcilicet ad Hippocratem: et dico ꝙ miror inueſtigationem tanti viri eo ꝙ nihil eorum que ad adiutorium in morbis denotandis accommodat: inueſtigauit: quod non ſolum in vno: verũetiam in omnibus fecit: ſed maxime ſtudium eius fuit in intentione que ſumitur a periculoſitate morbi. in. v. etiā eiuſdē tractatu ſic ait de eo. Ab Hippocrate omnis noſtra auctoritas et lumen eſt per quam rectam ⁊ artificialem viam habuimus. et in. vj. eiuſdē. c. iiij. ſic quoqꝫ ſcripſit. Querēda ſunt Hippocratica dicta: q; ipſe primus omnium rectam viam oſtendentium extitit. Necnon in primo Terapentice. c. ij. inquit. Hippocrates omnium nobis bonorum prebet ſemina que indigent bonis agricolis qui ſeminant ea: et augeant: et conſumant conueniēter. Et in primo virtutum naturalium. c. xiij. dixit de eo. Hippocrates quem ſcimus medicorum ac philoſophoꝝ omnium primum eſſe: ſicut aiunt et primus ſic vtiqꝫ agnoſcēs certiſſime opera nature: quas admiratur ſemper: et nimis eam extollit iuſtam nominans: et ſolam ſufficere ad omnia. In ſcḋo quoqꝫ de creticis. c. j. ſic ait. Omnes medici conuenerũt ſuper hoc ꝙ Hippocrates fuerit ex omnibus hominibus vnus ex magis veridicis: ⁊ veracior in ſermone: ⁊ fortior ſuper experientiā. Et in libro de virtutibus animalibus. c. ix. iterum ſic de eo inquit. Hippocrates omniũ fide digniſſimus eſt teſtis ſi quis teſtificetur ſicut quibuſdam eſt mos: ſuorum dogmatum veritatem ego autē non vt teſti credo huic viro ſicut alij multi: ſed propterea quia demonſtrationes eius inuenio certas: propter hoc etiā ipſum laudo. hec ipſe Gal. in pluribus quoqꝫ alijs locis ipſum commendauit: modo admirabilem: modo diuiniſſimũ: et quādoqꝫ bonorum omnium ducē nihil vnꝗ̄ falſo: nec fabuloſe dixit appellauit. Nec ſolum Gal. ſed etiam Auicē. in prima. iij. tractatu. ij. c. vlti. laudauit ipſum permaxime: cuius textus ſeriem ob traducentis defectum intricatam et vix intelligibilem non adduco: ſed loco eius gentilis expoſitionem: qui principē ſic velle dilucidat dicens. Cōcedere quod dixit Hippocrates eſt concedere rem viſam: rem auditam: et rem expertam: et rem phyſice probatam: ipſe enĩ fuit philoſophus et expertus qui non ſcripſiſſet ſi non vidiſſet ⁊ audiuiſſet quod ſcripſit. Ecce igitur ꝗ̄tum a viris dignis Hippocrates cōmendetur: bene ergo diximus ſupra ꝙ in primis medicꝰ debet legere libros eius: poſt illos vero Gal. volumina ſunt ab eo perlegenda: que et ſi plura ꝗ̄ cētum exiſtant: nullus tamē ex eorum multitudine terreri debet: quia in eis tota atqꝫ perfecta medicine ſcientia continetur dicēte eo de ſeipſo in primo regiminis acutorũ. cōmento. xlij. ꝙ ſecutus fuit in oibus que ſcripſit ſententias Hippo. que ſunt ſcientie certe valde. in libro quoqꝫ ſecretorum ſuorum in rubrica que eſt ad dolorem capitis et ad lachrimas oculoꝝ dixit. Qui vult eſſe prudens in arte iſta. ſ. medicine legat libros meos: et tũc vtatur iſtis medicinis quas ego compoſui et expertus ſum poſtꝗ̄ cognouerit complexiones vtentium eis: quō autē medicus legere debeat libros ſuos docuit ipſe in. iij. interioꝝ. c. iij. dicēs. Precor vidētes meos libros illam inueſtigationē et impedimentũ dimittere quod faciunt illi qui ſophiſticam intētionem inueſtigāt: quia hec intentio nō generat niſi bellum et rabiem abſqꝫ vllo proficuo: et conuertant ſe ad indagationē veritati pertingētē. ipſe profecto ſecũdus poſt Hippo. nō immerito habitus fuit: et ſua doctrina ſapientis nomen ſibi vendicauit. vt ipſum Auicē. ⁊ Raſis ſepius appellarũt dicētes inquit ſapiēs Gal. ⁊c. Et certe ipſe medicinalē artē perfecit dicēte ſectarũ Cōmentator. Hippo. veluti ſemina nobis tradidit. Gal. aũt ſemina illa excoluit: et propagauit: ⁊ perfectionē impoſuit: ⁊ nō ſolũ hi: ſed precipuus medicoꝝ ſtimulus Auerro. in. ij. colliget. c. de mēbris hanelitꝰ eũ plurimũ commēdauit dicēs. in maiori parte rerũ de quibus opinātur hoies ꝙ Gal. cōtradicat Ariſt. nō eſt vera cōtradictio: ſed ſicut additiones et cōplementa. Et in. v. colliget iterũ dixit de eo ꝙ fuit verax et legalis experimentator in hac arte. ſ. medicine: et nullus eſt qui poſſit ei comparari. Debet etiam medicus videre libros Auenzo. qui glorioſus fuit medicus: vt Raſis eſt teſtificatus cui in hac ſcientia debet concedi corona: quia vixit centum et trigintaquinqꝫ annis: et in. xl. anno in hac arte operari cepit: ⁊ in bono obijt ſtatu: ⁊ in ambitu ſcientie vidit quanta videre ⁊ cognoſcere potuit: ergo ſuis libris credendũ eſt: et ſuo teſtimonio. inquit Auerro. de ipſo colliget. iiij. et in. vij. libro eiuſdē ait de eo ꝙ in libris Auenzo. medicine theſaurꝰ patet manifeſte. Debet ſimiliter medicus legere et videre libros Raſis: Haliabatis: Auicenne: Iſaac: Meſue: et ceterorum ſapientum antiquorum: qui quanta laude digni ſint non eſt opus dicere: cum ſatis admodũ eoꝝ opera quales quantiqꝫ fuerint manifeſtiſſime declarent: circa quorum volumina omnem operam ⁊ omnem induſtriam: vt ea intelligat: debet medicus adhibere: quoniā antiqui teſte Gal. in. j. de criſi. c. vj. cōuertebant oia ſtudia ſua ad cognoſcēdum ipſarum rerũ veritatē. Illi aũt qui



noſtri temporis ſunt omnes preter paucos conſumunt etates ſuas in nominibus: ⁊ ꝑtermittunt res quas nomina ſignificant. Et ideo poſtꝗ̄ veteres viderit ⁊ intellexerit approbatos etiam modernos legere non pigeat his regionibus ⁊ temporibus accōmodatos ⁊ conſolantes magis antiquorum medicamina.

¶ Capitulum. x. in quo auctor oſtendit medicum eligendum practicum ſiue expertum ac boni iudicij eſſe oportere.

Cum vniuerſalia ad medici eligendi perfectionem non ſufficiant: ſed etiam particularia requirātur. ideo neceſſe eſt vt medicus etiam ſapientiſſimus: ſi perfectus dici meretur: vt in ſuo magiſterio operatus fuerit: cũ dicat Hali in tertio tegni commēto cxcviij. ꝙ medici ſcḋm veritatem ſunt medici operationis: ⁊ eorum occupatio eſt in operatione ⁊ non in verbis ⁊ ſermone. quod ſenſiſſe videtur Galienus. in. vj. lib. de ingenio ſanitatis. capitulo primo. di. Non eſt verum aliquem eſſe medicum eo ꝙ ſcit ſeparationem iuncture cuiuſlibet membri ſolidari debere: medicus enim eſt ſi ſciuerit cum quibus ſolidatio fiat. ⁊ in. ij. terapentice. capitulo vltimo inquit exercitatum ad omnia ⁊ natura prudentem oportet eſſe medicum. In. iij. quoqꝫ de criſi. c. iiij. ſic ait. Neceſſarium eſt vt ſit medicus acuti ſenſus ⁊ iam plurimo exercitatus exercitio. Ex qua quidem ſententia ⁊ ex verbo illo plurimo innuit nobis Galienus medicum etiam expertum eſſe debere: ⁊ apprime quidem quoniam experientia eſt illa que artem fecit: inexperientia vero caſum teſte pħo in primo methaphiſi. vbi poſt pauca ſubiunxit. ſi ſine experimento quis rationem habeat ⁊ vniuerſale quidem cognoſcat: hoc autem ſingulare ignoret: multotiens quidē curatione peccabit: a quo ſumpſit Auer. in. j. commento canticorum Auicenna. di. non ſufficit in medicina ratio ſine experimento neqꝫ experimentum ſine ratione ſed vtrumqꝫ exigitur ſimul. ⁊ idem in. vij. colliget ſic ait. In arte medicine neceſſaria eſt preter rerum vniuerſalium cognitionem: experientia propter quam particularis principia habeantur in eo quod in vnoquoqꝫ indiuiduo fieri debet. ⁊ infra dixit. ars medicine eſt magis appropriata experientie ꝗ̄ rationi: ⁊ propterea laici ⁊ iuuenes qui res non ſunt experti interfectores exiſtunt: vt Raſis inquit in. vj. ſuorum aphoriſmorum a quo ſumpſit Damaſce. cum inquit nulli credendum eſt ſtudioſo medico niſi etatis ſit comprobato: quapropter concludendũ eſt cum noſtro padubanenſi dicente non verbo ſed opere medicum eſſe oportet: ſtudioſum ſcilicet. ⁊ magis exercitatum: quem bonum practicum vulgares ſolent appellare. Hic equidem preter ſcientiā ac practicam debet exiſtimationis ⁊ naturalis iudicij bonitatem habere: que quantum ſit medicantibus oportuna declarauit Hali rodoam in. iij. tegni. commēto cv. dicens. Melior medicorum eſt ille cuius exiſtimatio artificialis eſt propinquior veritati: et non preparatur illud niſi cum multitudine ſtudij in operatione huius artis et bonitatis ſcientie precedentis per ingenium ſanitatis ⁊c. qḋ ſenſiſſe videtur Galienus in. j. de creticis. c. xj. cum ait. Neceſſarium eſt vt non ſit medicus qui medicatur recte: niſi ille qui īdicauit prius ſuper eum recte: quia optimus medicus eſt antecedens cum iudicio. ⁊ propterea in. ij. de criſi. c. iiij. ſic inquit. Medicus qui non valet diſcernere inter febrem tertianam et quartanam a primo die egritudinis ipſe nō eſt in aliquo gradu medicine. Raſis quoqꝫ in. vj. ſuorum aphoriſmorum lib. ſic ait. Cōplexio boni ingenij hominis opere medicine ⁊ philoſophie et cogitatiue preualet. a quo ſumpſit Damaſce. cum dixit. Ingenium naturale medici cum paruo etiā artis fundamēto adiuuat naturam: innaturale vero cōtrarium. Nec ſine cauſa profecto dixit naturale: quia huiuſmodi ex natura tantum: et non ex arte fieri ſolet. prout dixit Gal. in. ij. de criſi. c. vij. in hũc modũ. Si medicus habet aliquid de comprehenſione ⁊ exiſtimatione et de intellectu: aut non habeat non ineſt vnicuiqꝫ hominum niſi ex natura ⁊ non acquiſitum. Qua de re bonus et eligendus medicus hāc inter ceteras conditiones neceſſarias debet habere. ſ. vt bonum ac perſpicax habeat ingeniũ: iudicium rectũ integrumqꝫ: atqꝫ perfectam exiſtimationē: que in multis ſue artis rebus eum plurimum adiuuant.

¶ Capitulũ. xj. in quo ponuntur conditiones medici eligendi ſe tenentes ex parte corporis.

Conditiones medici eligendi ex parte ſui corporis conſiderande: et pro poſſe in eo reperiende ſunt in duplici differētia. Alique enĩ partes corporis reſpiciunt: quedam vero totum corpus concernũt. De primis dicamus ꝙ medicus caput ſanum et oculos precipue illeſos debet habere: caput quidem bene cōplexionatum optimeqꝫ compoſitionatum. quemadmodum oſtendit Gal. in lib. tegni. ⁊ in. x. de iuuamētis membrorũ. c. vlti. vt vētriculis capitis eius debite diſtinctis et ſeparatis exiſtentibus bonũ ingeniũ tenacemqꝫ memoriam: cogitatiuam: et ceteras virtutes īteriores perfectas habeat: vt bene diſcurrere ac bene apprehendere: meliuſqꝫ recordari de rebus ſibi neceſſarijs poſſit: viſum ſimiliter ſeu oculoꝝ aciem ſine defectu aliquo: vt vrine et contētorum in catac reliquorum exeuntium differentias bene valeat intueri: aliter enim colores et reliqua talia nō bene poſſet perpēdere. et hoc eſt quod ſenſit Hali in. iij. tegni. cōmento. cv. dicens. Oportet vt medicus ſit memorās fortis bone et velocis ſolertie: ſani intellectus ac bone viſionis. Similiter et in cunctis ſenſibus ſit perfectus: et maxime in ſenſu tactus: vt acuitates et re-

miſſiones caloris febriū: pulſuum quoqꝫ differētias
et eorum diuerſitates facile percipiat. Boni etiā au
ditus eſſe debet: vt ſi quid occultum voluerit ei infir
mus reuelare: poſſit ſolus audire: boni quoqꝫ guſtꝰ
ſit vt vinorum qualitates: et reliquorum talium pro
infirmis: conſiderandas valeat cōprehendere. Non
minuſqꝫ ſani odoratus ipſum eſſe oportet vt fetores
exeuntium cognoſcat: qui multa ei monſtrabūt ſigni
ficantia: ſit etiam lingua expeditus vt ab infirmo et
ab aſtantibus intelligatur: ſufficiens etiā bene inter
rogare patientes: quod ſibi eſt maxime neceſſariū: li
cet q̄plures noſtrum id non obſeruent. Et ꝙ ita ſit
patet per Raſim in libro. xxv. continentis. c. ix. dicen
tis auctoritate iudei. Debet eſſe medicꝰ hilaris bo-
ne facultatis: locutionis: et non diſſolute: non iracū-
dus: non velox: non appetens: neqꝫ cupidus in diui
tijs ⁊c. Patet etiā ſcd̄m quod diximus per Dama-
ſcenum in ſuis aphoriſmis dicentem. Glorioſorū ſu-
perbiam et naturale multiloquium ſi ſapias cōtem-
nas: nec te egruꝫ interrogare per omnia pudeat: nec
eſſe debet ſine prudentia: interitū vllo modo ſignifi-
cans patienti: immo ſibi cauere debet ne verbum ali
quod proferat ſuſpectum et inaduertenter et ſi mori
iam patiētem intueretur: quinimmo potius ſemper
ipſum confortet: cum iubeat Raſis in. vj. ſuoꝝ apho-
riſmoꝝ hoc maxime debere obſeruari dicēs: Docto
res medicine egros debent conſolari etiam ſi ſigna
mortis perpendant. quod ſimiliter voluit Damaſce
nus cum ait. Oportet te infirmo ſalutem promitte-
re ſemper: nec illum vnq̄ a ſpe deponere et ſi ipſe de-
ſperes: neqꝫ ſit medicꝰ hanelitus vel ſudoris fetidi:
vt patet manifeſte totum ſimiliter corpus ſanum ha
beat: et forte vt continuo ſtudio ac infirmorum ſolli-
citudini poſſit incūbere: et ſepius eos viſitare: ⁊ per-
maxime acute laborantes dicente Raſi in. x. Alman-
ſoris. c. j. Febricitantes acute neceſſe eſt vt medicus
ſepe videat: et propterea medici complexio: vt idem
dixit in aphoriſmis: debet eſſe tēperata. ſ. ſana ⁊ for-
tis et nō imbecillis ⁊c. Debet preterea medicus me
diocris eſſe habitudinis et ſtature: neqꝫ ſit valde pul
cher et decorus: neqꝫ comptus vt femina: neqꝫ tur-
pis aut deformis adeo vt ab hominibus aſpernatur:
neqꝫ gyganteus aut homunculus: ſed medius vt no
ſter dixit padubanēſis. quod ſenſit etiam Damaſce
nus in ſuis aphoriſmis dicēs. Medicus mediocris
qualitatis debet eſſe: vt non nimis mundus. i. orna-
tus ⁊ comptus admiretur: neqꝫ ex toto aſpernatur:
et ꝙ ita gloſandum ſit verbum illud mundus appa-
ret ex his que dixit Raſis in libro. xxv. continētis. c.
ix. cum ait. debet eſſe medicus mūdus in corpore: fa-
cie: capillis: et alijs membris eius: et indumenta ip-
ſius debent eſſe munda: hoc enim conueniens eſt: ſi-
cut ſuperfluuꝫ ornatus vituperaẗ. iuxta illud. Sint
procul a nobis iuuenes vt femina cōpti. Debet etiā
bene veſtitus et ſatis ditatus eſſe medicus: ⁊ nō in-
digere adminiculātibus bonis fortune: ſine quibus
non contingit eſſe felicem. Et ſi pauper ſit et ſtudio
ſus: a potentibus debet adiuuari ne indigentie cau-
ſa nephandum aliquod coactus ſit perpetrare ⁊c.

¶ Capitulum duodecimum docet eligere medicuꝫ
ex vita eius: et complet ſermonem de medicis et eo-
rum electione.

Hoc capitulum erit tanq̄ ſuperiorum bre
uis epilogus: vtilis equidem ⁊ ſententia
plenus cum acceperim ipſum ex. iiij. Al-
manſo. c. vltimo dicentis. Valde conſide
rari debet in quibus vitam ſuam expedit
medicus: et in quibus illud quod de ſuo preterijt tē
pore exercuit: atqꝫ de quibus ſtando ſolus cogitat.
Si enim ſue vite ſpacium medicorum ac philoſopho
rum libros perſcrutādo preterijt: eiuſqꝫ ſtudium eſt
quando ſolus ſtat: eos diligēter intueri: bona de eo
haberi poteſt ſuſpitio et proſequitur. Si autem vite
ſue ſpacium in alijs q̄ in his quorum fecimus men-
tionem preteriuit: ac ſolus ſtando in cantilenis et in
inſtrumentis muſicis delectatur inebriari quoqꝫ at-
qꝫ his ſimilia concupiſcit: non niſi de eo mala poteſt
haberi ſuſpitio. Poſtq̄ autem ſcitum fuerit ꝙ ipſe
frequenter libros intueatur: conſiderandū erit qua-
lis ſit eius aſtutia atqꝫ ingenium: et an cum loquaci
bus et oppoſitoribus ſit conuerſatus: et ſi in eo ſit
potentia perſcrutandi et medicandi: vel non. Et
poſtq̄ cum libros legere ac intelligere notum fuerit:
perquirendum erit an infirmorum cura laborauerit:
et eis medicatus fuerit: atqꝫ ſi hoc in ciuitatibus fa-
moſis vbi medici ac infirmi multi ſunt egerit diligen
ter erit perſcrutandum: an non. Qui autem hec duo
habere inuentus fuerit: ſapiens erit: et alijs preferri
debet: quod ſi contingat alicui vnum iſtorum deeſſe:
conuenientius eſt vt operandi magiſterium ei deſit:
ita tamen ꝙ non penitus eius expers exiſtat ⁊c. Et
poſt aliqua ſubiunxit. Si quis aut huius doctrine
nomen ſit adeptus qui litteras non nouit: vel ſi lit-
teras nouit: verba non intelligit: nec etiam cum ſa-
pientibus moratus fuerit: non eſt confidendum in
eo: neqꝫ ſue ſapientie credendum: immo ſciendum
eſt eum nullo modo poſſe proficere: impoſſibile eſt
enim vnum hominem etiam ſi longo tempore viuat
huius doctrine per ſe maximam conſequi partem ni
ſi ſecundum precedētium inceſſerit regulam. Huius
enim doctrine quantitas vite hominis mēſuram ex-
cedit plurimum. Et poſt pauca etiā ſubdit. Qui au-
tem de hac doctrina vſqꝫ nunc aliquid ſunt conſecu-
ti: non pauci fuerunt: nec in breui hoc conſecuti ſunt:
ſed fuerunt mille: et in mille annis hoc adepti ſunt.
Quorum libros ſi qui frequenter perſcrutatus fue-
rit in breui omnes videre videbitur ac ſi illis mille an
nis vixiſſet: et illorum laborem mille annis pertuliſ-
ſet hec ipſe. Ex quibus colligi poteſt ꝙ ſtudioſus et
lector aſſiduus debet medicus eſſe: practicus etiam



⁊ rebus ſecularibus minime deditus: quēadmoduꝫ
⁊ nos in ſuperioribus declarauimus. ego auteꝫ p̄cor
hunc meum librū legentes: ſi de hac materia longuꝫ
ac tedioſum feci ſermonem pluſq̄ forſitā decēs erat:
veniam mihi tribuant: rē enim exiſtimaui permaxi-
me neceſſariā poſſe ſcire virum talem inuenire in ma
nibus cuius vita rebus omnibus carior precioſiorqꝫ
confidenter ⁊ abſqꝫ periculo reponatur.

¶ Capitulum decimūtertiū oſtendit ꝙ
medicus electus debeat cōplexionem ſui
domini naturalē cognoſcere ⁊ quomodo.

Poſtq̄ igitur medicus electus fuerit vt
ſupra diximus: debet primitus cōplexio
nē dn̄i ſui naturalē conſiderare et ipſam
optime intelligere: tū quia ipſam conſer
uet ſi ſana ſit: vel in melius reducat ſi val
de a tēperamento lapſa fuerit: tū quia ſciat egritudi
nes curare: ſi in aliquas dn̄s inciderit. Quod mini-
me facere poſſet niſi naturā ⁊ naturalē cōplexionem
ſui dn̄i cognouerit: vt voluit Gal. in introductorio
medicorum cū ait: neqꝫ in ſanitate cuſtodire neqꝫ in
egrotantibus cauſiologizare: neqꝫ ſignificare: neqꝫ
curare recte poterit vtiqꝫ quis: qui nō perſcrutatus
fuerit ex q̄bus elemētis conſiſtat hō: ⁊ qualiter euer
ſis his que a principio natura fiunt. Et in. iij. de in-
genio ſanitatis. cap. quarto ſic dixit Curatiōes fieri
non poſſunt niſi cum ſcientia cōplexionū corporum
medicandorū: aliter enim non poſſumus ad comple
mentum artis peruenire. ⁊ in. c. ix. eiuſdem inquit. p̄
mitus quod oportet cōſiderari ab eſſentia morbi ſu
mendum eſt. hoc autē fieri nō poteſt niſi prīo cōple-
xio totius corporis infirmi cognoſcatur. Cuius cau
ſam ⁊ rationē innuit in tertio terapentice. cap. xij. di
cēs. Naturā noſce oportet eius quod curatur corpo
ris vt q̄tū amota eiꝰ egritudo a cōmoderatiōe ſciē
tes imponamꝰ ei quod illā infrigidet menſurā palaꝫ
eſt ergo naturam infirmi neceſſario eſſe inueſtigādā:
vt idem ait in ſeptimo eiuſdē. cap. Cōcludamus er-
go cū eodē in ſecūdo de accidēti ⁊ morbo. cap. tertio
dicēte. Neceſſe eſt vt ſtudeas in ſciendis naturis cor
porū ⁊ eoꝝ cōplexionem in quibus diſpoſitio efficiẗ.
Et nō oportet eſſe de numero illorum de quibus fa-
cit mētionē in tertio terapētice. cap. penulti. dicens.
Nōnulli neqꝫ querūt neqꝫ cognoſcūt cōplexionem
infirmorū ⁊ ſcd̄m prouerbiū vna forma calcei oēs cal
ceant. Debet igitur medicus cōplexioneꝫ ſui dn̄i to
tis viribus indagare quoniā nō facile cognoſcitur: vt
Gal. oſtēdit in decimoſecūdo. ca. libri preallegati di
cēs. Dignoſcere decet complexiones corporum. eſt
autē valde difficile hoc tale ⁊ alibi per multas et dif-
ficiles cognitiones vniuſcuiuſqꝫ particularum com-
plexio inuenitur et coniecturatiue magis q̄ diſci-
plinatiue. Ex quo modum inueniendi complexionē
nobis oſtendit: ſcilicet vt prius complexiones parti
cularum corporis notemus et precipue principaliuꝫ
ſicut etiam docuit Auer. in quarto colliget cap. pri-
mo dicens. Cognitis mēbrorum principaliū comple
xionibus poterimus iudicare ſuper complexionem
totius. Debet igitur medicus inueſtigare primo cō
plexionem cordis quod nobiliſſimum eſt membro-
rum: vt dixit Cōmentator in ſecūdo celi. commento.
lxxiiij. Ipſum enim eſt princeps primus et ſequitur
ipſum in principatu cerebrū: deinde epar: poſtea ve-
ro teſticuli: vt etiam Hali refert in ſecūdo tegni. com
mento. xcj. Conſiderans ergo ſi dominus ſit impi-
ger ad actiones: ſi audax: ſi iraſcibilis: ſi piloſus: ſi
habeat pectus amplum carnoſum et huiuſmodi. et
tunc arguat cordis caliditatem maiorem et minoreꝫ
ſcd̄m ſignorum intenſionem vel remiſſionem. Si ve-
ro his contraria percipiet ſuper frigiditatem ſui cor
dis iudicabit: et per alia huiuſmodi ſigna poſita a
Gal. in ſecundo tegni. textu cōmenti. lxiij. et a Raſi
in ſecundo Almanſoris capitulo decimo. ⁊ ab Auicē.
in ſecundo primi. necnon ab Auerroi in quarto colli
get. Conſideret preterea cerebrum quod domus eſt
rationalis anime: vt dixit Galienus in. j. de regimi-
ne ſanitatis. ⁊ notet ingenium ⁊ memoriam: nobili-
tatem mentis: faciei colorem: capillos rubeos vel ni
gros. ⁊ eorum crementum et criſpitudinem vel pla-
niciem: et conſideret etiam ſi ex odoribus et calefa-
ciētibus ledatur: et videat ſi orta a cerebro ſint groſ
ſa ampla: caputqꝫ bene formatum: poterit ex his iu-
dicare ſuper caliditatem cerebri: et per contraria ſu-
per frigiditatem. Conſimili modo per magnitudi-
nem venarum et earum amplitudinem et longitudi
nem digitorum et citrinitatem ⁊ ardorem exeuntiū
et nocumentum conſequens ex rebus calidis et per
operationes et talia huiuſmodi ſigna poſita a Ga-
lieno in ſecundo tegni. textu cōmenti. lxxviij. ⁊ ſecun
do Almanſoris capitulo ſecūdo. poterit iudicare ſu-
per caliditatem epatis: ⁊ per oppoſita ſuper frigidi
tatem. Et conſimiliter per proportionalia ſigna cō
prehendere diſpoſitiones renum et teſtium: debet
quoqꝫ complexionem ſtomachi intelligere: qui licet
non ſit membrum principale: eſt tamen principalibꝰ
deſeruiens: ⁊ primus membrorum cocus per appeti
tum: ſitim: digeſtionem: eructuationem. lingue colo-
rem: ſaporem oris: vomitum: ⁊ per nocumentum vel
iuuamentum ab extrinſecis illatum facile intelliget
an calidus vel frigidus humidus vel ſiccus ſtoma-
chus extiterit. Sic igitur omnibus conſideratis: cō
putum faciat: quid ex tali ſumma reſultet ⁊ ſciet que
ſit totius corporis habitudo ⁊ complexio: cum totiꝰ
habitudines aſſimilentur cordi ⁊ epati ⁊ ceteris: vt
Galienus inquit in ſecundo tegni. textu commen-
ti. xcij. Unde ſi principaliora membra calida fuerint
⁊ humida corpus inde reſultabit ſanguineum: ſi ve-
ro calida ⁊ ſicca colericuꝫ: ⁊ ſic de alijs ſuo mō vt bn̄
expertus ⁊ ſtudioſus medicus intelligit quē nōyt edo

eeam hec ſcripſi:ſed vt dominus eius cognoſcat eū recto calle procedere:cum ordinem quem ſcribimus obſeruauerit.

¶ Capitulum decimūquartū oſtendit ꝙ medicus debet cognoſcere ⁊ intelligere conſuetudinem et vitam domini ſui ⁊ demum quid ipſe agere debeat.

Neceſſaria eſt medico rerum naturalium cognitio vt preter naturalia poſſit facile cū oporteat remouere:vt ſenſit Gal. in ſecundo de ingenio ſanitatis.capit. quarto dicens.Si naturalia non agnoueris eorum que ſunt extra naturam noticiam nullatenus habebis.Eſt quoqꝫ neceſſaria vt naturale ſit cuſtodiendum ⁊ confirmandū : quod autē eſt extra naturam expellendum : vt idem inquit in tertio lib.eiuſdem.Conſiderata ergo complexione et corporis cōpoſitione:conſequenter erit intelligenda cōſuetudo cum altera ſit natura:vt Commentator ait in primo phiſycorū cōmento.lxxj.⁊ Ariſto.in libello de memoria:⁊ in pluriſqꝫ alijs locis.Qđ etiā voluit Gal.in tertio de ingenio ſanitatis.cap.ſeptimo dicens.Antiq̄ ſtuduerūt in ſcienda cōſuetudine q: per eā ſciebant proprietatē nature infirmorū.⁊ in tertio terapentice.cap.penul.ait.Non paruā quandam et ignobilem intentionē in auxiliorū inuentione exiſtimamus eſſe cōſuetudinē.in lib.quoqꝫ de aſſuetudinib⁹ iterum de ea ſic ſcripſit.Oportet multā cōſiderationē facere de aſſuetudine ⁊ diſſuetudine debētez ſcđm modū mederi.⁊ ſi non debet in multis eorūz q̄ ſcđm medicinā claudicare:⁊ ſubdit.hec quidē glorioſiſſimi medicorū Eraſ.⁊ Hipo. dixerunt de virtute aſſuetudinū nō rōni inuentionē eoꝝ attribuētes:ſed ex aperte apparētibus docti.quēadmodū quippe ⁊ alios hoīes quicūqꝫ non ſicut ſues vel aſini viuūt ſꝫ aſſequūtur a quibus iuuātur ⁊ nocentur:licꝫ audire quotidie dicentes aſſuetos eſſe circa hunc cibum et hūc potū:⁊ ꝓpter hoc nō poſſe relinquere eos:etēm nocentur ſcđm trāſitus ⁊c.hec ipſe.⁊ ꝓpterea dixit Raſis in lib.vj.ſuoꝝ aphoriſmoꝝ.Decet magiſtrum egri cōſuetudinē cognoſcere ī ſanitate:vt cū res ipſi placentes in ſanitate cognouerit ei ꝑmittat cum ab egritudine erept⁹ fuerit.Intelligat igitur medicus q̄tū dñs ei⁹ exercitare ſe cōſueuerit quoue exercitij gñe q̄bus vti cibarijs q̄tūqꝫ comedere:q̄tū dormire ⁊ vigilare cōſueuerit.Quibus q̄ꝫ rebus delectetur:q̄bus iuuet:⁊ a q̄b⁹ ledi ſolitus ſit:⁊ q̄ ſint illa bñ perpendat ⁊ ſilr̄ia inueſtiget.Interroget etiā ſi nocumētū aut leſionē in oculis:dētib⁹:ſtomacho:ſplene : renib⁹:veſica:vl̄ ī aliq̄ alio mēbroꝝ ſuoꝝ ſentiat ī pñtiarū vl̄ alias ī eis paſſus ſit:ſi q̄ꝫ egrotare ſit cōſuetus et in quo tp̄e anni quibuſqꝫ remedijs ſanari examinet.Intelligat quoqꝫ ſi quolibet anno flobotomari vel aliquo modo purgari ſit conſuetus:ſimiliter ⁊ de omnibus talibus:cumqꝫ hec omnia bene notauerit debet conſiderare denuo ſi complexio ſua talis: aut alicuius membrorum valde lapſa fuerit a temperamento vt ſi ſtomachū male diſpoſitum vel renes ⁊ huiuſmodi inuenerit ante omnia ſi tēpus anni ⁊ cetera conſentiant:purget ſi opus fuerit ⁊ cōfortet:poſtq̄ malam illam diſpoſitionem pro poſſe ſuo remouerit ⁊ poſtea preſeruet ipſum ne iterum recidiuet.ſi autem corpus totum omnēqꝫ partem eius ſanam inuenerit a temperamento tamen lapſam notabiliter:⁊ de eius reductione ſpem habeat reducere debet in tantū continens contemperātias minuēdo inq̄tum eucraſia corrupta fuerit ſcđm ꝙ docuit Galienus in tertio tegni textu cōmenti.xxviij.⁊ textu cōmenti.l.vbi ſic inquit.Si velis permutare corpus puta calidum ⁊ ſiccum:non ſunt adminiſtrande calide ⁊ ſicce diete:ſed que tantū eucrata craſi frigidiores ⁊ humidiores quātū natura eius erat calidior ⁊ ſiccior:⁊ ſic de alijs ſuo modo.Si v̄o corp⁹ ſcđꝫ ſe totū ſanum ⁊ robuſtum ſatiſqꝫ bene complexionatum ⁊ compoſitionatum inuenerit:ſit medici ſtudiū conſeruare ipſum prout reperit offerendo ſibi ſimilia iuxta illud Gal.in tertio tegni dicentis.Oportet vt offeras ſimilia ſimilibus quando ſeruare vis corporis craſim qualem accepit.Et ſic ei oīa ꝓportionabilia ⁊ ꝯſeruātia adminiſtrabit:ꝯtraria queqꝫ ꝓhibebit ꝙ ſi ꝓut virum ſapientem decet gubernare ⁊ conſeruare ipſum ſciuerit ⁊ dñs obediens fuerit ꝓculdubio vitam domini ſui per multos annos ſine aliquo nocumento nedū abſqꝫ aliqua infirmitate prolongabit.

¶ Capitulū.xv.demonſtrat quod regimen ſanitatis ſit vnicuiqꝫ hominū quantūuis ſaniſſimo neceſſarium.

Quam plures equidem:vt pleriqꝫ faciūt quotidie dicēt.Si ſanus ſum tot⁹ ac bñ complexionatus atqꝫ fortis quid opus eſt medico conſeruante.nonne ipſa natura ſe ſola ſufficiens eſt conſeruare? De quorum ſecta fuit ille veronenſis Plinius qui medicos animarum negociatores auſus eſt appellare. Quibus dico ꝙ errant profecto ſi regimen conſeruatiuum ſue fortitudinis ac roboris a medico dirigendum neglexerint:propterea ꝙ talis gubernatio eſt vite vniuſcuiuſqꝫ neceſſaria cum corpus noſtrum quantūuis ſaniſſimū facile irregulatū cadat in egritudinem:vt ipſa docet experientia.Quod tamē non eſſet niſi corp⁹ mutabile foret dicēte Gal.in lib.de cōſtitutiōe artis medicatiue.c.x.Non enī indigeret corp⁹ arte ꝓcurāte,cuſtodito in eo.j.habitu: ſed hoc ipſum eſt cā in indigendo procuratiua arte ſcilicet: quoniā diaforatur:et non permanet tale quale erat ante:quod etiam voluit in tertio tegni cū ait.Quod ſi impaſſibile eſſet et immutabile corpus : et ſemper maneret in optima compoſitione:tunc nihil indigeret arte conſtituente ipſum: quoniam vero immutatur et corrumpitur et conuertitur non ſeruās quam habebat a principio conſiſtentiam procuratione ſecūdum hoc indiget:propter hoc igitur quot modis alteratur corpus totidem et genera procurationis habebit:hoc eſt conſeruantium cauſarum.Et poſt pauca ſubiunxit alteratur corpus a quibuſdā ex neceſſitate:a quibuſdam vero nō ex neceſſitate:dico autem ex neceſſitate quidem quibus impoſſibile eſt ipſum non approximare:namqꝫ ſemper incontinenti immorari et comedere:et bibere:⁊ vigilare:neceſſarium eſt ei:gladijs vero et beſtijs:non neceſſarium eſt vti:vnde in priori quidem genere cauſarū circa corpus ars conficitur:circa vero ſecundum nequaq̄.Et poſtea enumerans has cauſas dixit eas ſex eſſe:ſcilicet aer: motus:quies:cibus et potus:ſomnus et vigilia:inanitio et repletio: et accidentia anime quorum ſingulum ſi indigenti corpori adducatur:et in competenti quantitate et qualitate ſalubre ſit:nihil vero indigenti omnino oblatum : aut non incompetenti menſura et quantitate egrum conſtituitur. hec Gal.ad litteram. Que fuit etiam ſentētia Ariſtotelis in.xix.problematum.problemate.xxxviij.dicentis. Laborātes et bibentes et comedētes ordinate ſaluamus et augemus naturam ⁊ virtutem:inordinate autem rumpimus ⁊ ſtupefacimus ipſam. Que autem ſit hmōi ordinatio non eſt poſſibile ſcire niſi a peritiſſimo in hac arte:⁊ propterea eſt neceſſe vt medicus ſapiens qualis eſt.quem ſupradiximus pro tali regimine neceſſario habeatur ⁊ continue ex ſuo ſapienti conſilio gubernetur.Et ipſe diriget omnia quecūqꝫ ſcripta ſunt in hoc libro:⁊ appropriabit ea cōplexioni: etati: cōſuetudini:regioni:⁊ ceteris talib⁹ dñi ſui in debita et ſibi ꝓportionata q̄titate ⁊ qualitate:q̄ vero ꝓpter impotētiā medicum cōtinue in domo ſua nō poterit habere hūc ſaltē librū ſibi emat in quo regimē omne traditur ſanitatis ⁊ ipſum legat perſepe ⁊ obſeruet quicunqꝫ legerit tāq̄ maxime in ſui ſalutem neceſſaria prout illuſtres antiquorum ſcripſerunt: quorum ſententias ⁊ verba in propria forma appoſui vt ꝙ lectores mee iuuenili nō crederent etati dictis ſapientum allegatis fidem adhiberent.Scribam igitur primo de aere et de eius annexis : deinde de exercitio: poſtea de cibis et potibus:et ſic de alijs ſucceſſiue ſecundum ꝙ ſupra dictum eſt de mente Gal. vt vnuſquiſqꝫ intelligat quot et quanta ſint in eis obſeruanda in ſue ſanitatis cuſtodia . Cum quibus ſi ſe recte gubernauerit proculdubio nunq̄ medicinis indigebit:ſanuſqꝫ per ſuas diſcurret etates vſqꝫ ad ſuum vite terminum quem preterire non poterit . iuxta illud.Conſtituiſti terminos eius ⁊c.Quod ei cōcedat omnipotens ac ſublimis omnium rerum creator trinus et vnus.Amen.



¶ Capitulum decimūſextum oſtēdit ꝙ aeris diſpoſitiones conſiderande ſint ratione multorum ex eis prouenientium nocumentorum.

Volens medicus ſanitatem ſui domini cōſeruare debet poſtq̄ ea que ſupra dixim⁹ examinauerit conſiderare aeris illius regionis diſpoſitionem et qualitatem : et quecunqꝫ alia ſibi pertinentia. iuxta ſententiā Haliabatis in quinto Theorice.c.ij. dicentis. Neceſſario inheret medico aeris agnoſcere habitudines ſingulis temporibus et ſingulis locis cauſas etiam quibus immutatur. Quod etiam ſenſit Hippocrates in libro de aere et aqua dicens. Si quis ad medicine ſtatum accedere curat : neceſſe eſt prius vt anni tempora et que in eis generātur attente requirat.et idem in libro de lege ait. Congruit enī ſi quis debet medicinalem ſcientiam vere doceri participem eſſe nature diſcipline:doctrine loci:aptitudinis laboris ⁊ temporis.Et propterea Gal. in libro de ſectis inquit.Rationabilis medic⁹ debet ſcire naturas hominum:aquarum:locorum ⁊c. Auicen. quoqꝫ in.ij.j. ſic ait. Medicus debet ſcire temporum diuerſitatē que in vnoquoqꝫ climate commoueri ſolet:per naturam enim temporum anni ſtat ſanitas pluſq̄ ꝑ alias cauſas.teſte Auerroy in.ij colliget.c.vltimo.Et propterea de his omnibus dicēdum eſt.De aere igitur in primis inchoantes dicemus ꝙ duplex exiſtit : purus ſcilicet et impurus. Purus enim ꝙ eſt elementum eſt corpus ſimplex cuius naturalis locus eſt vt ſit ſupra aquam et ſub igne: cuius natura calida eſt ⁊ humida ⁊c. vt Auicen.inquit in prima primi. et hunc aerem non habemus.Alter vero impurus aer exiſtit: et eſt hic quem inſpiramus et reſpiramus . de quo Princeps ait in.ij.j.doc.ij.c.ix. Aer qui nos circundat non eſt purus: ſed eſt corpus in ſua ſubſtantia cōmixtum ex aere certo et partibus aqueis vaporoſis: et partibus terreis in fumo et nubibus ſurgētibus et partibus igneis etiam:et huius aeris diſpoſitiones debet medicus conſiderare.vt voluit Hippocrates loco ſuperius allegato dicens.Cum medicus tēperantiam aeris temporumqꝫ diſcordiam prenotauerit: ſcientia ſua ſemper erit vtilis ad ſanitatis ingenium:in curandis quoqꝫ egritudinibus confert.dicēte Gal. in tertio libro de ingenio ſanitatis.c. viij. in morborum curatione inquirendum eſt aeris complexiones eo ꝙ afficiunt corpus ſicut medicina : immo etiam plus cum nobis continue adhereat : nec eius alterationem fugere poſſimus. vt idem inquit in tertio Terapētice.c.v.cum ait. Alias quidem materias et eligere et fugere poſſumus:eam autem materiam que ex continente nos nō poſſibile eſt fugere ſed neceſſarium eſt vti ea que eſt preſens qui licet frigidus ſit in complexione comparatione ſpiritus innati: vt dixit Auicen.in.ij.j.doc.ij.c.ij. Cum prohibeat ſpiritum ne ad igneitatem conuertatur: ex qua ad mali

ciam perueniat exiſtens elementum noſtroꝛum coꝛ poꝛum et ſpirituum: et emanatio noſtris aduenicns ſpiritibus: et cauſa melioꝛationis eoꝛum vt tempe⸗rans: vt idem dixit vbi ſupꝛa. Tamen eius frigiditas non peruenit apud nos in terris habitatis tanta q̄n aliquo modo reſoluat: immo in omnibus reſoluit di poſitionibus pꝛopter illud quod in eo exiſtit de vir tute ſolis et ſtellarum: vt idem refert loco allegato. Quod etiam voluit Gal'. in quarto de accidenti et moꝛbo.c.vij. cum inquit. Aer qui vicinus eſt cuti diſ⸗ſoluit membꝛa ſub cuti exiſtentia ita ꝙ inaniuntur. Sua igitur caliditati naturali et quandoq̨ acciden⸗tali aer nos reſoluit cum calidus ſit: vt pꝛobat Con ciliatoꝛ in ſua decimaquarta differentia. Et plus no cet ꝙ̄ cibi et potus: vt idẽ oſtendit rationibus ⁊ au⸗ctoꝛitatibus in differẽtia. cxiiij. Et pꝛopter hãc cau⸗ſam debet medicus in conſeruatione ſanitatis ſuas optime qualitates conſiderare: et nocentes eius di⸗ſpoſitiones vt coꝛrigere et rectificare poſſit que incõ uenientes ſunt et bonas eligere.

Capitulum decimumſeptimum docet cognoſce⸗re qui aer bonus ſit et eligendus: et qui malus exi⸗ſtat fugiendus.

NOn eſt dubium ſupꝛadictoꝛum ratione ꝙ qui ſuam vult cõſeruare ſanitatem vt in bono aere viuere debeat. Quis vero bonus et quis malus ſit in hoc capitulo dicẽdum eſt vt vnuſquiſq̨ bonum ac lau dabilem a non bono poſſit diſtinguere. Incipiamus igitur cum Pꝛincipe noſtro Auicen. in ſecunda pꝛi⸗mi dicente. Aer quidem dum eſt temperatus et cla⸗rus: neq̨ ſubſtantia extranea complexioni ſpiritus contraria ei admiſcetur: eſt ſanitatem efficiens et ip⸗ſam conſeruans: cum vero eſt econtrario contrarium operatur. et infra ſubiungit. Aer bone ſubſtantie eſt ille cui non admiſcetur ex vapoꝛibus: neq̨ ex fumis res extranea: et qui diſcoopertus eſt celo: neq̨ con⸗ſtrictus in parietibus ſiue muris qui permanet cla⸗rus longinquus a loco in quo oꝛiuntur caules ⁊ eru ca: aut nuces: aut ficus: et ab oleribus putridis: ven tis bonis inſufflantibus diſcoopertus. Cui concoꝛ⸗dat Haliabas in quinto Theoꝛice.c.x. dicens. Aeris complexionis immutatio pꝛopter vapoꝛes huiuſmo di eſt: ſi enim habitatio ſit in loco in quo ſtagna ⁊ pa ludes ſint oleraqꝫ et arboꝛes putride: ſeſſioqꝫ in ſpe luncis aut domibus plurime humiditatis et muſci⸗dis alijſqꝫ talibus que aerem alterant et coꝛrũpunt eius loci populus multoꝛum eſt moꝛboꝛum putrida rumqꝫ febꝛium que multe in eis emergunt; coloꝛes eoꝛum in croceum mutantur: nec cibos digerunt be⸗ne: et vires habent paucas et debiles: et membꝛa eo rum eneruata. Quod etiam ſenſit Galienus in pꝛi⸗mo de regimine ſanitatis cum inquit: Bonus aer eſt qui certiſſime eſt purus: eſt autem talis qui neqꝫ ſtagnoꝛum: neqꝫ paludum euapoꝛatione turbatur. Aer itaqꝫ bonus: vt Pꝛinceps voluit vbi ſupꝛa: eſt ille qui non eſt retentus in terra pꝛofunda: qui cito caleſit cum ſol oꝛitur: et cito infrigidatur cum occi⸗dit: neqꝫ eſt ſtrictus inter parietes qui parum eſt ꝙ fuerunt conſtructi et nondum integra ad perfectam ſiccitatem deuenerunt: neqꝫ ſuffocat guttur cum at⸗trahitur. Aer vero malus erit qui oppoſita: iam di⸗ctis: cõditiones habuerit: vt qui diſtemperatus fue⸗rit valde in qualitatibus ſuis. Nam calidus aer diſ⸗ſoluit et laxat: ſi caliditas eius multa fuerit: et colo⸗rem efficit citrinum et reſoluit quod de ſanguine ad exterioꝛa trahit: ipſe quoqꝫ multum efficit ſudoꝛem et minuit vrinam et digeſtionem debilitat et ſitim facit. Et in.ix.c.doc.ij. ſic ait de eo. Calefacit iunctu⸗ras et laxat: et humoꝛes reſoluit: et ſpiritum deijcit et virtutes: et pꝛohibet digeſtionem: pꝛopterea ꝙ ca loꝛem innatum occultum reſoluit: quod inſtrumen⸗tum anime exiſtit et nature. Aer quoq̨ diſtempera⸗tus in frigiditate multum nocet debilibus imbecil⸗lem eoꝛum caloꝛem congelando: poꝛoſqꝫ conſtipan⸗do multis infert nocumentum dicente Auicen. vbi ſupꝛa ꝙ huiuſmodi eſt moꝛtificans et multum conti net materias et facit catarrum: et debilitat neruos: et tracheam arteriam magno impedit nocumento. Aer etiam humidus cutim lenit ⁊ coꝛpus humectat: ſiccus vero denigrat cutem et eam exiccat. Sic igi⸗tur aer quilibet diſtemperatus aliquo modo nocet. vt Pꝛinceps dixit loco allegato. Similiter aer tur⸗batus triſtificat animam et commiſcet humoꝛes. vt idem refert in eo loco. Quod ſenſit Galienus in pꝛi mo de febꝛibus ad glauconem.ca.j. dicens. Lucidus nimis et calidus locus relaxat coꝛpus. Frigidus au tem et obſcurus conſtringit: mediocriter autem ex his temperatus mulcet: oblectat: et temperat. Et ideo concludendum eſt cum eodem in pꝛimo de regi mine ſanitatis dicente. Malus aer eſt qui ex putre⸗factione animalium: vel olerum: vel leguminum: vel ſtercoꝛe inquinatur: et qui nebuloſus eſt pꝛopter fu⸗mum vel ſtagnum viciniũ. Debet ergo aer boni odo ris eſſe: et pꝛopterea aer pꝛopinquus flumini in quo linum et huiuſmodi macerantur eſt illaudabilis eo ꝙ turbidus: humidus: et fetidus: et pꝛopterea ſit cauſa malarum febꝛium et peſtilentie quandoqꝫ. vt Auicen. voluit in pꝛima quarti. tractatu.iiij. Expꝛeſ⸗ſius autem id in.ij. tractatu eiuſdem quarti ſenſiſſe videtur cũ inquit. Quod putredo ſit quandoqꝫ pꝛo⸗pter diſpoſitiones extrinſecas ex aeribus malis: ſi⸗cut eſt aer peſtilentie et aer lacunarum ⁊ locoꝛum in⸗fuſoꝛum in quibus madeſiunt res: vt linum et aſpal⸗tum: fugiatur itaqꝫ talis aer omnino: et ille eligatur qui omnibus melioꝛ exiſtit qui eſt clarus: et eſt ſubti lis in quo neqꝫ multi exiſtũt vapoꝛes: neq̨ quietus:



neqꝫ pꝛefocatus inuenitur: ſed venti boni venientes ad ipſum commouẽt eum atqꝫ attrahitur delicatus ſentitur qui velociter poſt ſolis occaſum infrigida⸗tur vt Raſis inquit in almanſoꝛis.iij. capitulo vige⸗ſimo quinto.

Capitulum decimũ octauũ. oſtendit locum: ſitum ⁊ conditiones eligende ha⸗bitationis pꝛo ſanitatis conſeruatione.

POſtꝙ̄ igitur bonum aerem a malo ſciue⸗rimus ſecernere vt ſupꝛa dictum eſt de⸗bet vnuſquiſq̨ ſuam volens conſeruare ſanitatem bonum aerem eligere malum⸗q̨ euitare: atq̨ in bono aere ſuam repe⸗rire habitationem. Que pꝛo poſſe has habeat condi tiones vt ſit remota ab oleribus malis et a locis pu tridis vt pꝛetactum eſt: aliter enim in bono aere nõ exiſteret. Deinde opoꝛtet vt ſit in loco ciuitatis ſa⸗ne altioꝛi: quoniam loca habitabilia alta pꝛoducunt homines ſanos ⁊ foꝛtes: laboꝛes multum patientes ⁊ diu viuentes. quemadmodum per oppoſitũ in lo⸗cis habitabilibus pꝛofundis moꝛantes in vapoꝛo⸗ſitate exiſtunt multa ⁊ epatis habent debilitatem: vt dixit Auicen. in.ij.j. doc.ij.c.x. Multoq̨ diffuſius Haliabas in quinto theoꝛice.c.nono cum ait. dico ꝙ regiones alte ⁊ elate ⁊ loci ſimiliter eoꝛum aer eſt clarus ⁊ frigide complexionis. Uentus enim boꝛea lis illas ab altis pflat locis. Et ideo populus inha⸗bitans eſt decens facie: ⁊ coloꝛis foꝛtis: ſanus pauco rum moꝛboꝛum: coꝛpoꝛaq̨ eoꝛum hominũ magna: aerem enim reſpirant clarum qui ab altis venit lo⸗cis: vnde viri ſunt amicitie ⁊ manſuetudinis ⁊c. Ecõ tra autem ſe habent qui in pꝛofundis inhabitent lo cis vt idem diligenter ſcripſit ibidem. Quoꝛum om⸗nia cauſa quidem et ratio eſt quoniam loca alta ſunt euentabilia pꝛofunda autem minime. Habitantes autem euentabiles regiones ⁊ loca tarde ſeneſcunt. in palludeſtribus vero velociter: vt placuit magno philoſophoꝛum Ariſtoteli. in decimo quarto pꝛoble matum pꝛoblemate ſeptimo. Cum quo concoꝛdare videtur Raſis in pꝛimo libꝛo ſuoꝛum aphoꝛiſmoꝛum dicens. Non euadit homo qui mari vicinus exiſtit ⁊ lacunis vt pꝛolongetur in etate nec a debilitate mẽ⸗bꝛoꝛum nec ab amiſſione luminis ⁊c. Sit itaq̨ locus habitationis altioꝛ ꝙ̄ eſſe poſſit. Sed ſi quis obijce ret. hoc verum eſſe non videtur: pꝛopterea ꝙ quan⸗to locus altioꝛ erit tanto calidioꝛ cum ſoli magis ꝓ pinquus ⁊ ignis elemento exiſtat. In locis autem calidis habitantes digeſtiuam habent debilitatẽ: ⁊ cum in eis magna ſit reſolutio minuitur eoꝛum hu miditas et cito ipſis aduenit ſenium: ſicut habitan⸗tibus in terra nigroꝛum accidit: quibus aduenit ſe⸗nium annis triginta ⁊ eoꝛum coꝛda ſunt timida pꝛo pterea ꝙ multum ſpiritus reſoluitur vt inquit Aui⸗cen. vbi ſupꝛa. non igitur loca alta conuenire vide⸗tur. Quibus reſpondeo ꝙ totum ex altitudine loci oppoſitum contingit nec eſt ſicut dictũ eſt: cũ plus faciat ad refrigerium altitudo ꝙ̄ pꝛofunditas ratio ne diſtantie reflexoꝛum ſolis radioꝛum et ratione vẽ toꝛum ibi magis ꝙ̄ in humili loco ſpirantium. Et ꝙ ita ſit patet per Auicẽ. in.ca. octauo Fen alligate di centem. Locus qui eſt pꝛofundus eſt calidioꝛ et lo⸗cus altus ſemper eſt frigidioꝛ. Quod etiã docet ex⸗perientia cũ media regio aeris ſit frigidioꝛ cauſans in eſtate ꝙ̄ calidiſſima grandines et huiuſmodi. Lo⸗cus igitur altus erit frigidus magis ꝙ̄ pꝛofundus. Et pꝛopterea magis faciens ad ſanitatem cum di⸗cat Pꝛinceps loco ſuperius allegato. Quod in lo⸗cis habitabilibus frigidis moꝛantes ſunt foꝛtioꝛes ⁊ audacie maioꝛis ⁊ melius digerentes ⁊c. Debet etiam habitatio: ſiue domus in tali loco fabꝛicata has etiam duas habere conditiones: quarum pꝛima eſt vt naturaliter per montem aliquem aut per aliaꝫ huius terre eleuationem: aut artificialiter per parie tes ⁊ talia ſit verſus meridiẽ ⁊ occidẽtẽ coopta, diſco opta vero ſuas habens feneſtras verſus oꝛientẽ ſe ptentrionem. Cui ſi vicinum fuerit flumem bone et laudabilis aque tanto melioꝛ fiet iuxta ſententiam Auicẽ. vbi ſupꝛa ſed. cap. octauo dicentis. Ciuitates magis tẽperate ex parte montium ſunt que ab oꝛiẽ te diſcooperte ſunt ⁊ a ſeptentrione: et cooperte ab occidẽte ⁊ meridie. Qđ etiã voluit Raſis in tertio Almanſoꝛis capitulo vigeſimoſexto dicens. Ciuita⸗tes melioꝛes ſunt ⁊ temperatioꝛes que cum ab oꝛiẽ te ſint diſcooperte: ab occidente cooperte inueniun tur. Et idem eſt iudicium de domo vna vt patet per ipſum Auicen. infra in. cap. quinto dicente. Opoꝛtet vt feneſtre et poꝛte ſint oꝛientales: ſitq̨ illud vñ ma⸗gis ſollicitari debes vt venti oꝛientales ſtricturas ingredi valeant vt ſol ad vnumquẽq̨ locum intrare queat qui ibi exiſtit quoniam ipſe eſt qui aerem re⸗ctificat. et ſubdit. Uicinitas quoq̨ aquarum dulciũ mobilium currentium mundarum ⁊ que hieme infri gidantur ⁊ eſtate caleſiunt et diuerſe ab eis que oc⸗cultantur ſcilicet puteales eſt res conueniens et ad iutoꝛium pꝛebens ſcilicet habitationi. Et licet ipſe non expꝛeſſerit de feneſtris verſus ſeptentrionem re quiſitis id tamen intelligendum eſt per ea que de vẽ tis ſeptentrionalibus ⁊ vtilitatibus eoꝛum dixit: vt infra patebit cum de ventis mentionem faciemus. Ueruntamen ſi comparentur inuicem facies oꝛien⸗talis et facies ſeptentrionalis habitationis pꝛocul⸗dubio vtilioꝛ et magis neceſſaria erit oꝛientalis: vt etiam ſenſiſſe videtur Hippocrates in libꝛo de ae⸗re et aqua. capitulo ſecundo dicens. Urbs que oꝛ⸗tu poſita ſecurioꝛ eſt: ꝙ̄ que in ſeptentrione eſt: vel in calidi venti flatu poſita: in illa enim caloꝛ

et frigus minora ⁊ ſicciora. Morbus quoqꝫ minor ⁊ leuior: necnon et aqua que ſcd̄m ſolis eſt ortum clara ac leuis exiſtit: aer vero ibi nunq̄ groſſus habetur ⁊ nimiruꝫ preſentia ſolis prohibetur ⁊c. Et poſt pauca dixit. Quod habitantes in tali loco facies habent per pulcras. ⁊ lenes ⁊ colores perlucētes ſplēdidos voces claras ⁊ acutas ⁊c. Sic igitur talis habitatio orienti expoſita ab omnibus approbatur: cauſa autem huius ⁊ quare nō ſit expoſita meridiei vel occidenti in ſequenti capitulo declarabitur. Quare ⁊c.

¶ Capitulum. xix. reddit cauſam eorum que dicta ſunt in ſuperiori. c. ⁊ bonitatem ⁊ malitiam ventorum oſtend. t.

SEd cum oporteat medicum ſtudioſum eſſe vt non aliquid dicat abſolute teſte Galieno in vj. aphoriſmorū commento xvj. Ideo dicere non ſufficit ꝙ ita ſit vt ſupra ſed oportet cauſam dictorum in ſuperioribus aſſignare iuxta illud philoſophi in. viij. phiſicorum textu commenti. xv. Enuncians aliquid non debet tantummodo aſſerere ꝙ ita ſit. ſed cauſaꝫ dicti exprimere inducendo aut demonſtrando quā ob rem cauſam aſſignemus iam dictorum ſcilicet. Quare habitationes verſus meridiem fabricate feneſtras habētes illi expoſitas ſimiliter ⁊ que verſus occidentem non approbētur licet q̄ plures ⁊ facte ſint ⁊ indies a bonis etiam architectoribus fiant vt forſitan lucidiores ſint tota die ob oppoſitam eis. ſolis preſentiam Non intelligunt tamē ꝙ cum ſol tales habitatiōes ſuperflue calefiat: reddat eas inſalubres: cum locus calidus nimis: non pauca vt in precedentibus dictū eſt in corpus humanum producat nocumenta: cum morantes in eo membra habeant laſſa ⁊ debilia ⁊ ſenſus graues ⁊ deſideria comedendi ⁊ bibendi debilia ⁊ ſtomachos ⁊ capita grauia ⁊c. vt in. x. c. dixit Aui. vbi ſupra. Et hec eſt prima reprobationis earum domorum ⁊ habitationum cauſa. Scd̄a vero ex parte ventorum in eas flantium accipitur. Nam ea que meridiei domus eſt expoſita facile ventum meridionalem recipit quia auſtrinus a medicis nuncupatur malus ⁊ morboſus exiſtens domum ⁊ habitantes conſimiliter efficit propterea quia venientes a locis ſiccis ⁊ calidis vt Ariſto. inquit in. ij. Metheororum Tranſiens ſuper maria vapores: ⁊ humiditateꝫ illaudabilē acq̄rit ⁊ ꝓpterea vēti tales grauāt auditū caliginoſi exiſtētes caput grauātes pigri diſſoluētes: ⁊ multa alia mala facientes: vt dixit Hipocrates in iij. aphoriſ. vj. cui cōcordat Raſis in. iij. almāſoris. c. xxv. di. Vētus a polo veniēs meridiano corpa diſſoluit ſenſus turbat: atqꝫ dolorē capitis. ⁊ oculoꝝ egritudinem facit: epilepſiam quoqꝫ ante ꝯſueta tēpora accelerare facit: febres itidem parit propter ſuā putredinem. ⁊ concludit. eſt etiam plus omnibus ventis egritudinē paratus inferre: a quibus Princeps in. ij. j. videtur accepiſſe cū ait. Ventus meridionalis laſſat fortitudinē: ⁊ aperit poros: ⁊ turbat humores ⁊ egritudinem efficit ⁊ debilitat ⁊ facit febres putridas ⁊c. Quod non facit propter aliud niſi quia ſcd̄m plurimas ciuitatum eſt calidus ⁊ humidus: propterea ꝙ a locis calidis ⁊ ſupra mare venit ideo laſſat. dixit idem vbi ſupra. ſed. in. c. viij. Et propterea concludendum eſt etiam cum Ariſto. in prima problematum probremate. xxiiij. dicente. Quod in ventis auſtrinis hoīes grauius ſe habent ⁊ impotentius. Et ob hanc cauſam venti tales domos meridiei expoſitas faciunt inſalubres. Similiter ⁊ occidentales reprobantur cum frigidi ſint ⁊ humidi ⁊ in pluribus locorum ſint cauſa pluuiarum in eis cōtingētium teſte Auerroi in canticis ⁊ in eorum commento. cx. Et propter hoc faciunt aerem groſſum vt idem ait ibidem. Et fuit ſententia Auicenne. in. ij. primi. c. viij. dicentis. Occidentales venti ſunt humidi quoniam ſuper maria trāſeunt: ⁊ quia ſol eos ſuo diuerſificat motu: ideoqꝫ non tantum reſoluit eos ſol q̄tum orientales. Quod etiam ſenſit Raſis in. iij. Almanſoris. ca. xxv. dicens. Ventus qui eſt ab occidente deterior et groſſus magis exiſtit. Et propter facies occidentalis habitationis non approbatur Quemadmodum ſeptentrionalis: ratione ventoruꝫ borealium qui corroborant indurant: ⁊ que manifeſte fluunt prohibēt digeſtiuam fortem efficiunt ⁊ aerem putridum ſanāt vt idem inquit Princeps vbi ſupra. Quod accipitur a Raſi loco ſuperius allegato dicente. Ventus a polo veniens ſeptentrionali a parte videlicet minoris vrſe frigidus eſt ⁊ ſiccus: corpora efficiens dura ⁊ reddens robuſta: ſenſus quoqꝫ atqꝫ caput leuia facit ⁊ ipſe etiam omnibus ventis melior exiſtit: ⁊ plus putrefactionem prohibet licet quandoqꝫ tuſſim faciat ⁊ hoc quia frigidus eſt ⁊ ſiccus et ſecū odorifera portans ſicut auſtrinus humidus eſt: et quod fert ſecuꝫ abominabile eſt et grauis odoris. teſte Iſaac in vniuerſalibus dietis. c. viij. dicēs. Boreas enim ſi flauerit corpora confortat et indurat: ſpiritus clarificat et humores cerebrum ſanat. et ſenſus mūdificat et ſubtiliat: motum confortat: appetituꝫ auget. digeſtionē corroborat ⁊c. Sicut auſter corpora laſſat et neruos humores conturbat et ſpiritus ac ſenſus vnde grauitatem parit auditus: defectum viſus pigritiam nutrit motum eneruat ⁊c. Que fuit ſententia Hipocratis vbi ſupra dicentis. Quod ex vento boreali corpora redduntur fortiora: et bene mobilia et bene colorata ⁊c. Et ideo bonum eſt et ſalutiferum ꝙ habitatio per feneſtras ſeptentrioni expoſitas tales vētos boreales recipiat et per eos purgetur et flabeletur longe etiā melius vt ventos orientales aſſumat qui calidi ſunt et ſicci aerem clarificantes et ipſum ſubtilem efficientes: vt Auerrois inquit in cōmento canticoꝝ allegato. Auicē. etiam in. ij. j. ſic de eis ſcripſit. Orientales quidem venti inter caliditatem et frigiditatem ſunt temperati et occidentalibus ſicciores.



quod ſenſit Raſis in almāſoris capitulo prenotato: concludens deinde ꝙ ventus qui ab oriente ad nos tendit melior eſt alijs quoniam temperate complexionis exiſtit: ⁊ corpora in eo temperata ſunt media ⁊ ſana: vt dixit Haliabas loco ⁊. c. preallegatis. Propter has itaqꝫ cauſas rationabiliter dictum eſt ꝙ habitatio diſcoopta eſſe dꝫ ab oriēte ⁊ a ſeptētrione ratione temperantie ſolis: ⁊ laudabilium ventorum. Cooperta vero ab alijs: propter oppoſitas cauſas ⁊c.

¶ Capitulum. xx. oſtendit quomodo rectificandus ⁊ alterandus ſit aer in omni anni tempore atqꝫ qualiter viuendum ſit in vere: eſtate: autunno. ⁊ hieme.

POſſet mihi quiſpiam dicere ſi tantum aeris qualitas magnifacis ꝙ dicere non dubitaſti ꝙ venti quidam qui etiam raro perflant ſummopere ſint vitandi vt meridionales ⁊ occidentales quibus obſtare poterimus cum vitreatis feneſtris ⁊ talibus: aut omnino domos eligendo habentes facies ſuas verſus alias partes vt docuiſti. Sed quid dices de aeris impreſſione naturali annuatiꝫ facta ab eſtate que calida eſt ⁊ ſicca humores reſoluens vt dixit Princeps in. ij. j. doc. ij. c. iij. ⁊ Hipocrates in libro de aere ⁊ aqua ⁊ propterea in ipſa extraneus calor ꝯnator ꝓpter quod putrefiunt magis oīa in ea q̄ in hieme vt Ariſto. ait in. ij. problematū problemate. xxiij. Et cū humores reſoluantur ⁊ virtutes debilitentur ⁊ operationes naturales cauſa multe reſolutionis in tantuꝫ ꝙ humores fiūt cinis vt princeps ait vbi ſupra: quid in ea faciendum ſit poſtulabit itidem. Nūquid medicinali conſilio hec poſſint prohiberi: qualitaſqꝫ eſtatis ⁊ impreſſio talis remoueri. Silr. in hieme que frigida eſt ⁊ humida vt flegma in nobis teſte Gal. in j. de febribus ad glauconem. c. ij. ⁊ Hipocrates loco preallegato in qua ſanguis minuitur ⁊ flegma augetur vt dixit Auicen. in. ij. j. Et plura etiam alia fiant in ea nocumēta ſue ſupflue frigiditatis ⁊ hūiditatis rōne ⁊ pſertiꝫ in debilib⁹ cōplexionib⁹ ⁊ in corporib⁹ paucam carnē habētibus quid ſit in ipſa faciendum quomodo ne ſua impreſſio ſit fugienda expoſcet aliquis vt dixit. Cui reſpondebo ꝙ in rei veritate difficilius eſt hec talia ſubterfugere q̄ ventorum ⁊ ſolis impreſſionem eo ꝙ modo quodam vniuerſali ⁊ diutius durent q̄ ea que in precedenti. c. dicta ſunt. Tamen ⁊ his propoſſe omni erit obuiandū cū cōtrarijs alterando aerē meliori modo quo nobis erit poſſibile in eſtate quidē vt Princeps ait in. ij. primi doc. v. c. j. Minuēdo ex cibis ⁊ potib⁹ ⁊ exercitio ⁊ maneat tunc homo quietus: ⁊ extinguentia bibat ⁊ ſi potuerit ſemper in vmbra moretur ⁊ loco cooperto: irorando etiam habitationem cum aqua fontis frigida. Et ſi potens ſit cum aqua violarum: nenufaris: endiuie: lactuce ⁊ ſimiliū. Silr aſpergēdo folia plantarū: frigidaꝝ ⁊ hūidaꝝ vt ſunt folia vitis: ⁊ lactuce ⁊ portulace ⁊ ſimiliū. Itē cū florib⁹ ⁊ fructib⁹ frigi. In hieme vero econtra cum calidis ⁊ ſiccis odoriferis faciēdo ignem ex lignis laudabilibus ⁊ ſuffumigijs ⁊ talibus cauendo ſe ab immenſo frigore: precipue vero flante borea: q̄m vt bene dixit noſter platina ⁊ eſt antiquorum ex pluribus hincinde locis recollecta: vt in nimio calore concoctio interimitur. Somnus aufertur reſoluitur corpus: ac mens iacet ita nimio frigore hebetantur ſenſus ⁊ deſtitutuꝫ prope fomento naturali ſtupet ingenium. ⁊ ſubdit. igne itaqꝫ eo tempore anni: ſcilicet hieme fouenda ſunt membra: non tamen diu foco inherendum ne ⁊ corpus pigreſcat ⁊ debilitetur ingenium ⁊ malis vaporibus: ꝙ fieri ſolet: cerebrum repleat: attractis per ignem ad caput humoribus quos greci catarros ⁊ reumata: noſtri autem fluores ⁊ diſtillationes appellant. Et vt vno omnia comprehēdam verbo a frigidis omnibus tūc abſtinēdum ac calidis ⁊ ſiccis vtendum eſt: res groſſiores ⁊ ad dirigendum duriores comedendo: ⁊ plus ſe exercitando q̄ in alijs quibuſlibet anni temporib⁹ iuxta ſententiam Auicenne in tertia primi doctrina quinta capitulo primo dicentis. In hieme multum laborare debent: ⁊ copioſus comedere niſi fuerit meridionalis ſcilicet calida. nam ſi ſic fuerit exercitium erit augmentandum ⁊ cibus minuendus. Oportet preterea vt triticum panis hiemis ſit fortius ⁊ fortioris ſoliditatis q̄ panis eſtatis. Et ſimiliter illud quod eſt de carnibus. ⁊ que ſunt ſicut ipſe. Et vt ſint olera quibus veſciuntur ſicut caules ⁊ ſicla ⁊ apium ⁊ non attriplices neqꝫ blitis ⁊ portulaca neqꝫ ſcariola ⁊ ſimilia. In autunno vero cauendo a coitu ⁊ ab omnibus alijs exiccantibus ⁊ a fructibus illius temporis. In vere autem a calidis ⁊ humidis abſtinendum. Et ſic qualitatibus temporū exceſſiuis cū contrarijs erit obuiandum.

¶ Capitulum. xxj. continuat dictis dicenda oſtendens quid ſit exercitium ⁊ quid eius oppoſitum.

POſtq̄ medicus aerem atqꝫ habitationē ſalubres ac domino ſuo conuenientes inuenerit debet ⁊ ei competens exercitiuꝫ ordinare dicente Gal. in libro de diſſolutione continua. ꝙ oportet penitus eum qui vult cuſtodire ſanitatem ad duas res intentionē ſuam dirigere: quarum vna eſt ad corpus cum cibo conueniente loco eius quod diſſolutum eſt de ipſo: ⁊ de hoc nos poſtea dicemus. Alia eſt mundificatio ab ipſo eius quod generatum eſt de ſuperfluitatibus ciborum: ideo dicamus ꝙ cum per exercitium balneum ⁊ huius natura corporis iam dictis ſit ſolita euacuare ſuperfluitates propterea conueniens eſt vt prediximus ꝙ medicus electus faciat dominum

ſuum exercitare conſiderans illud Raſis dictum in almãſoris quarto capitulo primo ſic ſcribentis. Sanitas conſeruatur bonitate menſurationis motus ⁊ quietis atq̃ comeſtionis ⁊ potus ⁊c. Quod ſenſit Galienus in ſecundo de regimine ſanitatis.ca.j.dicens. Si volumus cuſtodire optime ſanitatem incipiamus a laboribus: deinde ſequantur cibi ⁊ potus deĩde ſomni: deinde ſi vſi ſint venereis venerea. ⁊ hec omnia ſint moderata. hec ipſe. Hunc proceſſum igit̃ obſeruabimus deinceps: quia primo de exercitio: ⁊ conſiderandis circa ipſum ſcribemus: deinde de cibatione ⁊ cibis omnibus poſteavero, de potu ⁊ ſic de alijs ſucceſſiue. Uerum cum dicat Ariſto.in.xxj.problematum problemate.xj.ꝙ omne iuxta contrarium magis videtur contrariorum. ⁊ in tertio de anima textu commenti.xxv.ꝙ vna pars cõtrarietatis ſeipſam ⁊ alteram ſufficiens ſit iudicare ſicut rectum qđ iudex eſt ſui et obliqui: vt in primo dixit eiuſdẽ a quo commentator Auerrois accepit in tertio preallegati libri commento.xxj.cum inquit ꝙ oppoſitum intelligitur per ſuum oppoſitum. Cum ita ſit igitur mihi videtur ꝙ volẽti tractare de exercitio debeat etiã cõuenienter tractare de ſui oppoſito: ſcilicet de quiete. ⁊ quia ita eſt ꝙ cum quis vult aliquid inueſtigare oportet vt nomen eius diffiniat vt dixit Gal.in primo de ingenio ſanitatis capitulo quinto. Et fuit ſententia Ariſto.in primo poſteriorum dicentis. Ante omnem demonſtrationem oportet precognoſcere qđ eſt ⁊ quia eſt ⁊c. Diffinire igitur oportet vnũquodq̃ iſtorum ſi de eis aliquid ratiocinari vel demonſtrari voluerimus. Quoniam tunc aſſerimus rationem cũ diffinimus aut demonſtramus: vt philoſophus ait in primo de anima textu commenti.xlviij. Diffinientes ergo exercitium primitus dicemus cum Auicenna in tertia primi doctrina ſecunda capitulo primo. Exercitium eſt motus voluntarius propter quem hanelitus magnus ⁊ frequẽs eſt neceſſarius. ⁊ iſtud videtur ſenſiſſe Gal.in ſecundo de regimine ſanitatis capitulo primo dicens. Exercitium eſt motus vehemens in tantũ vt alteret reſpirationem in maius vel minus velocius vel ſpiſſius. Auerrois vero in ſexto colliget ſic ipſum deſcripſit. Exercitium vniuerſaliter eſt membrorum motus aliqua voluntate. ⁊ hoc fit proprie in membris motum voluntarium habentibus. Sed Fulgentius volens exercitij iuuamenta ⁊ vtilitates explicare ſic ipſuꝫ diffiniunt. Exercitiũ eſt humane vite conſeruatio: caloris naturalis lima. ⁊ exercitatio dormitantis nature: ſuperfluitatum cõſumptio: virtutum roboratio: temporis lucrum: ocio inimicum: iuuentutis debitum: ſenectutis gaudium ille ergo ſolus ſe ab exercitio abſtineat qui ſenitatis gaudio vult carere. que deſcriptiones licet in verbis differant in vna tamen ſententia conueniunt dicente Gal.in primo de ingenio ſanitatis.c.vj.ꝙ vnũ quodq̃ diuerſis diffinitionibꝰ poteſt diffiniri: in verbis tamen differentibus ⁊ non in ſignificatione ⁊c. Ex quibus ſatis haberi poteſt quid ſit quies ⁊ priuatio exercitij. tamen dicemus cum Ariſtote.in octauo phiſicorum textu commenti.vij. dicentis. Quies nihil aliud eſt niſi priuatio motus vt in preſenti propoſito ſpectat priuatio exercitationis ⁊ laboris. Que ocioſitas poteſt appellari ex qua tot ⁊ tanta: cum ſuperflua fuerit in corpus: proueniunt nocumenta quot ⁊ quantas exercitium poteſt afferre vtilitates. Poſt poſito igitur exercitio ⁊ eius differentijs que quinquagintaquinq̃ ſunt: vt declarat Conciliator in differentia.cxviij.de quibus nihil intendo dicere. Nec de omnibus ſpeciebus eius que fere ſunt infinite: vt Auicenna dixit in tertia primi. ſcribemus: ſed tantuꝫ quod magis vtile videbitur proſequemur. de quiete itaq̃ in primis agamus: deinde de exercitio.

¶ Capitulum vigeſimum ſecũdũ pertractat de nocumentis ex nimia quiete et ex ocio prouenientibus.

Iuuamenta exercitationis clarius apparebunt ſi prius nocumenta quietis oſtẽdemus que ⁊ ſi innumerabilia exiſtant tamen in genere loquentes de ipſis dicemus in primis cum Auerroi in commento canticorum.clxxxiiij.dicens. Quies ⁊ ocium infrigidant corpus: quoniam ex omiſſione motus augetur et magnificatur fumoſa ſuperfluitas ſuper calorem naturalem: ⁊ ex ea ſic extinguitur ſicut ignis cum fumo premitur ⁊ ſupra ipſum dominatur: eſt enim neceſſaria calori naturali inſpiratio ſicut igni euentatio. quod ſenſit Auicenna in textu dicens. Quiete infrigidatur calor ſicut ⁊ flamma fumo extinguitur: cum ita ſit igitur ꝙ quies infrigidet corpus veriſſima eſt illa Iſaac ſententia in vniuerſalibus dietis capitulo.xx.dicentis. Nihil inimicabilius regẽde ſanitatis exiſtit ꝙ̃ ocioſitas ⁊ quies quod accepiſſe videtur Auerrois in ſexto colliget cũ inquit. Omnimoda quies corporis non ingreditur viam ſanitatis. ex quo ſatis liquet ꝙ viam ingredit̃ egritudinis cum ad plures perducat infirmitates ⁊ ad ethicam precipue ſenectutis dicente Auicenna in tertia primi doc.ſecunda.capitulo primo. Exercitium relinquens in ethicam frequenter incurrit quoniam membrorum debilitantur virtutes: propterea ꝙ motum dimittunt qui innatum eis defert ſpirituꝫ qui vite cuiuſq̃ membri inſtrumentum exiſtit ex qua ethica magna cum difficultate ⁊ in longo tempore vix poteſt ſubleuari cum dicat Hipocrates in ſecundo regiminis acutorum textu commenti.lj. Si corpora contra conſuetudinem ſuam magis torpuerint quiete non poſſunt ſtatim confortari ꝙ ſi quieuerint ⁊ requieuerint per longuꝫ tempus poſtea vero



que ad laboris exercitia fuerint tranſlata malum ⁊c. Et propterea dixit Ariſtote.in prima problematum problemate.xiiij.quies ventrem impinguat aliud vero corpus ſubtiliat: ideſt macrefacit. motus autem ⁊ operationes oppoſitum operãtur. qui textus vt nobis videtur ſic eſt exponendus: quies ventrẽ impinguat: ideſt interiora corporis ex quiete pluribus malis humoribus ⁊ frigidis replentur: cui expoſitioni videtur concordare Auicenne ſententia in textu commenti canticorum.cxlv.dicens. Ultimata quies eſt inconueniens neq̃ eſt iuuamentum in vltimitate eiꝰ: immo ipſa replet corpus humiditatibus: neq̃ diſponit corpus ⁊ aliquem cibũ. cum ita ſit ergo quod quies ad deiectionem perducat appetitus: ⁊ ad malarum humiditatum repletionem que cunctorum morborum ſunt ſemina ⁊ principium iure merito cũ Ariſtotele concludendum eſt dicente in.xiiij.problematum problemate.vij.ꝙ putrefit quieſcens quod autem eſt in motu aut omnino imputreſcibile aut minus hoc patitur ⁊ quo videtur accepiſſe. Ouidius in primo libro de ponto dicens. Cernis vt ignauuꝫ corrumpit inertia corpus. Ut capiunt vitium ni moueãtur aque. Cõcludendum eſt etiam cum Galieno in libro de euchimia ⁊ cachochimia capitulo.iij.dicente. Maximum enim eſt malum ad ſanitatis cuſtodiam quies corporis ſicut maximum bonum moderata motio. Cuius dicti rationem aſſignat ipſe in libro de Tipoiectigatione ⁊ tremore dicens. Quies eſt corruptio corporibus quibus cõuenit moueri. Quomodo autem ſit corruptio ſic deduci poteſt corruptio ad putrefactionem ſequitur: putrefactio vero ad malorum humorũ collectionem. Que collectio humorũ illaudabilium ex nimia prouenit quiete: igitur a primo ad vltimum. Quies fuit cauſa ⁊ principium corruptionis corporis: vt ex iam dictis patet. Et ppterea nullus quieſcere debet hora qua rationabiliter exercendum eſſet: ſic enim quies reprobatur ⁊ non abſolute: quod ille metrificans ſenſit cum ait. Ocia nullus amet niſi ſint coniuncta labori. Nam nimia requie mortificatur homo.

¶ Capitulum.xxiij.oſtendit que ſint Iuuamenta ⁊ vtilitates exercitij: in animam ⁊ corpus peruenientes.

SEmper ſi vnũ contrariorũ eſt malum reliquum eſt bonum: quẽadmodum dixit Ariſtote.in poſtpredicamẽtis.c. ſecũdo. Ideo dicendum eſt ꝙ quiete mala exiſtẽte motum ſiue exercitium bonum eſſe: ⁊ ſicut illa peſſima hoc optimum fore ad ſanitatis conſeruationem cum non ſolum eius vtilitas ad corpus ſed vſq̃ ad animam ipſam perueniat: vt ſenſit Gal. in libro quẽ de exercitio cum parua ſpera nominauit ea. illius ſecundo dicẽs. Exercitiorum enim quoddã non ſolum corpus ſed animam letam reddere poteſt Et poſt pauca ſubdit. Tante enim in ipſo potens fit anima motionis ꝙ multi quidẽ liberati ſunt ab egritudinibus gauiſi ſolũ. Et poſt aliqua ſubiũxit. Laudo exercitium quod corporis ſanitatẽ prebet: ⁊ partium conformitatem et anime virtutem. Et poſtea inquit. Ipſum enim ſcilicet exercitium animam potens eſt ad omnia iuuare: et corporis partes ⁊c. Et in libro de aſſuetudinibus ſic ait. Que exercitantur particule corporis fortiores ſimul ⁊ ſolidiores fiunt: et ſecũdum hoc poſſunt ferre proprios motus alijs melius quecunq̃ propter inexercitationem molliores ſunt et imbecilliores. Hippocrates quoq̃ in libro de aere et aqua hoc voluiſſe videtur cũ ait. Exercitium laboris tolerantia preſtat. Quies autem ⁊ requies timorem et ignauiam. Labor vero et agitatio animoſitatem miniſtrat. a quibus accepit Auerroys in ſexto colliget cum dixit. Iuuamentum exercitij temperati vniuerſale eſt: quia ſpiritum intrinſecum augmentat: et ſuperfluitates membrorum nutrimẽti expellit et reſoluit. Sic igitur non ſolum corpori: ſed interiori anime exercitium videtur conferre. Fortificat preterea exercitium calorem naturalem et ipſum augmentat dicente Auicenna in tertia primi. doctrina ſecunda. capitulo primo. Exercitium eſt id qđ calor innatus renouatur: et corpori leuitatis confert vſum: ipſum namq̃ ſubtilem facit colorem: et quod ex ſuperfluitatibus cõgregatur quaq̃ die diſſoluit. Et ſubdit. Et preter hoc ꝙ calorem innatum accreſcere facit iuncturas ⁊ chordas duras efficit. Quamob rem operationes efficere poſſunt: et a paſſionibus ſecure fiunt: et membra apta reddit ad nutrimẽtum recipiendum: et eorum duriciem reſoluit: ⁊ ipſa facit leuia: et humiditates ſubtiliat: et poros dilatet ⁊c. Quod etiam ſenſit Haliabas in. v. Theorice. capitulo.xij.dicẽs. Neceſſarium fuit exercitium triũ cauſa vtilitatum. Prima eſt vt naturalem expergefaceret calorem et expergefactum augeret. Unde cõfortatus cibos fortius traheret: velociuſq̃ digereret: illoſq̃ membra ſuſciperent: ſecunda ſuperfluitates quoqꝫ corporis diſſolueret: tertia quo membra eo indureſcerent et confortarẽtur: aliorum cum alijs repreſſione: ideoq̃ et in ſuis confortarentur actionibus: remotioraq̃ fierent ab incõmodorum ſuſceptione. Quequidem fuit ſententia Galieni in ſecũdo de regimine ſanitatis.c.primo dicẽtis. Utilitates exercitij ſunt due ad euacuationem ſuperfluitatum et ad bonam valitudinem ſolidorum corporum: quia exercitiũ eſt vehemens motus: et ideo neceſſe eſt hec tria fieri in exercitato corpore: duriciem organorum. inuicem contritorum quare ſequitur impaſſibilitas corꝑ et ad actiones robur: augmentationemq̃ caloris naturalis ad quam ſequitur relictorum attrahatio fortis: et alteratio paratior: et nutricatio melior: ⁊ effuſio omnium corpoꝝ que ſolida quidem mollificãtur. Humida ꝟo ſubtiliant̃: ⁊ pori latiores efficiũtur: ſpirituſq̃ fortiorẽ motũ ad quẽ ſequitur demũ euacua

tio ſuperfluitatum. Et infra ſic inquit. Cõmune eſt omnium exercitiorum naturalem calorem animalibus ex ipſis proprijs animalium corporibus augere concludendum eſt igitur ⁊ aliud exercitij iuuamentum cũ Gal'.in.ij.libro de accidenti ⁊ morbo.c.iij.dicente. Calor naturalis confortatur ⁊ augmentatur ex motu ad quaꝫ caloris innati confortationẽ cetere in corpus proueniunt vtilitates ⁊ operationũ perfectionesq uarũ vtilitatum prima eſt virtutũ corporis. fortificatio dicẽte Gal'.in.ij.aphoriſmorũ cõmento xlviij. Utile eſt exercitium: nam cõmouet naturalem calorem ⁊ validas facit: que in mẽbris ſunt virtutes naturales aïales ⁊ vitales: fortificando igiť naturales carnoſum reddit corpus: vt dixit Auicen.in canticis textu commenti.cxliij. Exercitiuꝫ diſponit corpus ad hoc vt nutriatur: ⁊ diſponit paruũ vt augeatur. Qd ſenſit Ariſtote.in.v.problematum problemate.xiiij.ſuperius allega.dicentis. Motus ⁊ fricationes ventrem quidẽ ſubtiliant.aliud vero corpus ingroſſant ſicut quies oppoſitum facit: augendo autẽ virtutes aïales ⁊ vitales exercitium mundificat ⁊ expellit a corpore ſuperfluitates: ⁊ per cõſequens a futuris liberat infirmitatibus longe melius q̄ ſi cum medicinis farmacis corpus purgaretur: vt infra ſcilicet in ſequenti capitulo dicemus.

¶ Cap.xxiiij.oſtendit ꝙ exercitiũ cõſeruet optime ſanitatẽ ⁊ melius q̄ ſi corpꝰ dieta vel ſolutiuis purgaretur medicinis.

QUam precioſus ſit ſanitatis theſaurus dixit Eccleſiaſticus in.c.xxx.ſic inquiẽs Melior eſt pauper ſanus ⁊ fortis viribus q̄ diues imbecillis ⁊ flagellatus malitia: ſalus anime in ſanctitate iuſticie melior eſt omni auro ⁊ argẽto: ⁊ corpus validũ q̄ cenſus immenſus. quia non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis. Quod etiam ſenſit Commẽtator ſectaruꝫ cum ait. Sanitate nõ inuenitur aliquid vtilius: quia ſine ſanitate nec carpentarius operatur: neqꝫ rector exponere poteſt neqꝫ grammaticus: ⁊ vt amplius dicatur nulla ars ſine ſanitate perfici põt: ⁊ fuit in paucis verbis Gal'.comprehenſa ſnĩa in.ij.alimentoruꝫ c.x.dicẽtis.ſanitas eſt res digniſſima ſtudenti viuere ſcdm naturã.precioſum igitur iuremerito atqꝫ digniſſimum id dicendũ erit qd ſanitatis erit conſeruatiuũ: queadmodũ eſt exercitiũ dicente Auicen.in iij.primi doc.ij.in principio qd plurimum regiminis cõſeruationis ſanitatis eſt vt nos exercitemur. ⁊ fuit ſententia Almanſoris in quarto.c.j.dicentis. Sanitas cõſeruatur bonitate menſurationis motus ⁊ quietis ⁊c. Et in.ij.c.eiuſdem inquit. Sanitatem cõſeruare volenti ante comeſtionem moueri neceſſe eſt.idem quoqꝫ ſenſit Iſaac in vniuerſalibus dictis.c.xx.dicens. Exercitia ad digerendum ⁊ ad ſanitatem optima ſunt ⁊ Auenzoar in ſuo Teiſir.c.primo idem voluit cum ait. Conueniũt medici ꝙ exercitium temperatum: ſiue fiat pedibus: ſiue equo adiuuat in conſeruatione ſanitatis dummodo tempus excedat: ante quos omnes Gal'.dixerat in libro de euchimia ⁊ cachochimia.c.j.ſic. Amicoꝝ meoꝝ quicũqꝫ vacant circa exercitia et ordinatiuam dietationẽ omnes video ſemper ſanos. ⁊ in.c.iij.eiuſdem ſic etiã inquit. Maximum enim eſt malum ad ſanitatis cuſtodiã quies corporis: ſicut maximum bonũ eſt moderata motio: neqꝫ enim egrotabit omnino debite dietatus ⁊ exercitatus.a quo ſumpſit Auerroys id quod in.vj.colliget ſcripſit.ſ.cum ait. Uniuerſaliter temperatũ exercitiũ conſeruande ſanitatis mirabilis cauſa exiſtit: ⁊ malicia que propter priuationem exercitij accidit in carceratis manifeſtatur: quia eorum facies cacetice fiunt: et eorum color eſt impurus: et omnes ipſorum operationes ſunt leſe: quorum omnium cauſa ⁊ principium a principe philoſophorum Ariſtotele declaratur in prima problematũ.problemate.liij.vbi dixit. Non oportet denſare carnem ad ſanitatem: ſed rarificare: quemadmodũ ciuitas ſana et locus bene euẽtabilis: propter quod ⁊ mare ſanum eſt: ita ⁊ corpus bene exabile magis ſanuꝫ eſt: oportet enim in eo aut nullam exiſtere ſuperfluitatem: aut ab hac quidẽ velociſſime alteretur: et ſemper ſic habere corpus ꝙ accipiens confeſtim expurget ſuperfluitatem: et eſſe in motione et non quieſcere: quod enim manet non putreſit quemadmodũ aqua que mouetur: putrefacta autem egritudinem facit: qd aũt expurgatur priuſq̄ corrumpatur ſeparetur: hoc autem cõdenſata carne non fit: ecce igitur quantum ad ſanitatis cuſtodiã faciat exercitium. ¶ Quomodo autẽ hoc faciat ⁊ qualiter melius q̄ purgãtes medicine queret quiſpiam: cui dicemus cum Gal'. in primo de regimine ſanitatis circa finem dicente. Exercitium ſoluit et euacuat per poros ſuperfluitates. ⁊ infra ſubiunxit. Melius eſt euacuare ſuperfluitates corporis que in cute exercitio q̄ attenuatiuis cibis vel farmacijs. Qm̃ farmacie calide ſunt et ſicce: ex quibus exiccantur carnes ⁊ attenuantur ſolida: in exercitio vero nihil noceť corpus: immo roborãtur organa calore naturali reuiuificato: et ea que adinuicẽ membrorum rarificatione: duricie: et impaſſibilitate innata. quod etiã dixit Auicen.tertia primi doc.ij. c.j. Qui exercitatur ſecũdum modum ſue equalitatis: et in hora ſua nullo indiget eorum medicamentorum que materialibus ſunt neceſſaria egritudinibus. Et in canticis ſuis textu cõmẽti.cxliij.ſic quoqꝫ ait. Ex exercitijs decet quod ſit moderatum temperatum et equale: nam equat et tẽperat corpora: et efficit egreſſum ſuperfluitatum: qd cum ita ſit concludemus cum Auerroi in commento cxlvij.canticorum. ꝙ corpus exercitatum nõ indiget proculdubio in aliquo euacuatione facta per farmaciam vel phlebotomiam. ſimiliter cuꝫ Gal'. in tertio aphoriſmorum.cõmento.xxj.dicente. Exercitia mundificando corpus a futuris liberant infirmitatibus: ⁊ per cõſequens ſanitatẽ cõſeruãt. ⁊ iuremerito precioſiſſima ſunt dicenda: ſicut nos ea in initio huius capituli appellabamus.

¶ Capitulum.xxv.oſtendit que corpora ſe exercere nõ debeant ⁊ que moueri nõ poſſunt quid loco eius facere habeat.

EXercitium q̄tum eſt ex ſe eſt vnicuiqꝫ vtile ⁊ neceſſarium: vt in capitulo viſum eſt ſuperiori. quantum inquã eſt ex ſe: quia merito indiſpoſitorum exercitantiũ poteſt non modo nõ iuuare: ſed ⁊ plurimũ nocere: ⁊ cauſam eſſe q̄plurimũ infirmitatum ⁊ interitus etiã eorum q̄facile queadmodũ cibus in ſe ſemper bonus famelico cõfert: repleto vero non modicũ nocet. quam ob rem dicendũ eſſe deinceps mihi videtur neceſſarie quo corpora exerceri non debeant vt errare non contingat: ſicut ſepenumero vidi nonnullos a ſemita veritatis deuiare credentes exercitij iuuamẽta vnicuiqꝫ equaliter eſſe cõmunia. dicamus ergo cum Gal.in tertio aphoriſmorum cõmento.xxj. ſic ſcribente. Corpora repleta aliquo malo humore exercitari non debent anteq̄ euacuentur: quemadmodum enim mordaciſſimi canes cum dormiunt nõ ſunt irritandi: ſic ⁊ mali humores exercitio non apti euacuari non ſunt cum eo cõmouendi ne moti ⁊ alterati putreſcant ⁊ aliquam egritudinem faciant. Quod voluit etiam Auicen.in tertio primi doc.ſecũda.c.iij.dicens. Hora qua inceptio exercitij preparatur, oportet vt corpus ſit mundum ⁊ ne in partibus intraneorum ⁊ venarum chimi ſilueſtres ⁊ mali exiſtant quos exercitium in corpore diffundat. Repleta igitur ⁊ nõ pura corpora ſunt ab exercitio prohibita Similiter inanita ⁊ gracilia habentes corpora non ſunt exercenda ſcdm Hipocratis ſententiam in ſecũdo aphoriſmorum aphoriſmo.xvj.dicentis. Ubi indigentia non oportet laborare. ⁊ Auicen.in parte ſecunda canticorum textu cõmenti.xlv.idem ſenſiſſe videtur cum ait. Macer non debet exercitari: ne ipſius diſſolutio augeatur. Et per macros intelligit etiam corpora colerica: vt inquit Auerrois ipſum exponendo. Nos autem ſic putamus ſuperaddendum eſſe forte ſcilicet exercitio: quoniam moderatum non diſſoluit nec debile: vt manifeſtum eſt. Aliqui etiam vt valde ſenes ⁊ egri ⁊ conualeſcentes ⁊ huiuſmodi cõuenienter exercitari non poſſunt: qui tamen Gal.cõſilio vti debent dicentis in libro de euchimia ⁊ cachochimia ꝙ quicunqꝫ propter etatem non poſſunt exercitari ante cibum: hi abſtineant a groſſis cibarijs: quicunqꝫ vero ſunt omnino ocioſi: neqꝫ ipſi accedant ad tales cibos quinimmo appenſionibus vel deambulationibus pro fortioribus vtantur exercitijs. In libello vero de exercitio cum parua ſpera ſic inquit. Qui conuenienter exercitari non poſſunt fricationibus mollibus vel balneis calidis vti debent: hoc enĩ ſuauiſſimum eſt ⁊ quieſcere egentibus oportuniſſimum ⁊ imbecilli: ⁊ ſeni: ⁊ puero valde cõferens. Nec vlla quis effici debet admiratione ſi non potentes exercitari fricari debeant: quoniam fricatio eſt ac ſi eſſet altera pars exercitij que cuꝫ fuerit mollis laxat ſi autem multa macreſcere facit: ſi vero temperata: ingroſſat vt voluit Auicen.in tertia primi doctrina ſecũda capitulo.iiij. ⁊ fuit ſentẽtia Ariſto.in.xxxviij. problematum problemate primo dicentis. Fricationes augent carnem ⁊ faciunt caliditatem ſicut quodam exercitio vt idem ait in.xxxiij.eorũdem particula problemate ſecundo. Non ſoluꝫ autem debilibus ſed etiam reliquis exercitandis fricatio videtur vtilis ⁊ neceſſaria cum Auicenna in tertia primi doc.ſecunda.c.ij.ſic ſcripſerit. Oportet vt qui exercitatur prius fricatione preparetur que naturam viuificat: ⁊ poros dilatat: que cum re aſpera fiat ⁊ fuit ſentẽtia Gal.in ſecundo de regimine ſanitatis dicentis. Qui exercitandus eſt non confeſtim fortiter eſt mouẽdus niſi ante fricatione preparetur: hoc tamen ⁊ ſi vtile ſit nõ in vſu habetur obſeruandum tamen eſſet. Nec minus illud memorie tradendum eſt vt qui ſe exercet confeſtim fortiter non moueatur: ſed paulatim motum augendo continue procedat ſicut etiaꝫ in ſequẽti capitulo dicemus. Et hec de non debẽtibus exerceri dicta in preſentiarum ſufficiant.

¶ Capitulum.xxvj.oſtendit que ⁊ quot fieri oporteat anteq̄ exercitandus ſuum incipiat exercitium.

PReterea que dicta ſunt in calce precedentis capituli de fricatione que fieri debet ante exercitiuꝫ: ⁊ de ſucceſſiuo labore augmentando. ſunt ⁊ hec alia obſeruanda ſcilicet anteq̄ ad exercitium quis etiam exercitandus accedat quorum primum eſt vt exercitium faciendum proportionetur cibo preaſſumpto ſcdm ꝙ voluit Iſaac in vniuerſalibus dietis capitulo octauo dicens cum aliquis exercitans carnibꝰ pullorum dietet ſe vel perdicum cito diſſolute inde generantur debilitates: ⁊ in vltimo capitulo preallegati libri ſic ait. in magnis exercitijs ſi dieta accipiať ſubtilis velociter deficiunt: ⁊ conſumuntur carnes: ⁊ ptiſim incidunt. Uolentes itaqꝫ fortiter laborare groſſiori ſe reficiant dieta: ſubtili vero qui debiliter ſeu parum: media vero qui mediocriter. Aliud ab exercitando omnino obſeruandum eſt vt anteq̄ incipiat laborare propoſſe conetur communes expellere ſuperfluitates ſicut iubet Auicen.in tertia primi doctrina ſecũda ca. tertio dicens. Oportet vt qui exercitatur ſuperfluitates prius ab interioribꝰ expellat: ſcilicet inteſtinis ⁊ veſica deinde ſe exercitet: que fuit Galieni ſententia in ſecundo de regimine ſanitatis cum inquit Ac exercitia ſunt agenda cum minxerint ⁊ egerint ne quid horuꝫ robore caloris qui in exercitijs ad

ambitum corporis reducatur: per has igitur principales dedit ⁊ alias intelligere ſuperfluitates naſi ſcilicet oris ⁊c. Debet preterea exercitandus anteq̃ ad motum perueniat ſuffultas: graues ⁊ ſuffocantes: ſi quas habuerit veſtes deponere iuxta ſententiã Ariſtotelis in ſecunda problematum pro. xxx. dicentis cum indumento enim q̃uis valde moderate quis laborabit cito ſudat propter caliditatem que eſt ab indumẽto ⁊ propter hoc magis colorati fiunt nudi currentes eſtate eis qui in indumentis: quare quemadmodum omnes in bene euentabilibus locis habitãtes magis bene colorati ſunt eis qui in ſuffocatis habitant: ſic ⁊ ipſe ſeipſo quando homo in bono ſpiraculo eſt tunc magis coloratus eſt quando ſuffocatus fuerit ⁊ commotus ab aliquo eſtu multo quod magis figit indumento currenti. hec ipſe. Rationem autem dictorum aſſignans Petrus padubanenſis noſter in commẽto dicit. Eſt autem corpus indutuꝫ hic intelligere veſtitum cooperimentis multis calidis tale enim cum exercitationibus quodam eſtu inflammabile ſtatim ⁊ plus ſuperfluitatum eliquatione mouebuntur q̃ poſſint diſſolui ⁊ expelli: ita ꝙ intus remanentes mote declinabunt in articulorum vacuitates: ⁊ motum difficilem reddent. Sic ergo ſit regula in diſpoſitione corporis ad exercitium vt neq̃ ſit omnino nudum: neq̃ veſtimentis eſtuantibus coopertum. ¶ Attendendum eſt poſtremo ꝙ ſi exercitandus aliquod membrorum ſuorum habuerit infirmũ vel debile: non erit omnino mouendum aut parum exercitandum ſicut inquit princeps in loco ſuperius allegato cum ait. Exercitio vtens ſibi cauere debet ne exercitij calefactio ad id quod ex membris ſuis eſt debile perueniat niſi ſcd̃m modum conſequendi: ⁊ exemplum poſuit de varicoſis qui ſuperiora magis q̃ inferiora debẽt exercere. Quod ⁊ de alijs pariter eſt intelligendum: quare ⁊c.

¶ Capitulum. xxvij. declarat ꝙ nec hora repletionis neq̃ hora omnimode inanitionis ſit exercitandum.

Illa de rebus maxime ante exercitium conſiderandis eſt hora: de qua duo faciẽda ſunt capitula. Primum quorum oſtẽdet qua hora non ſit exercitandum: ſcd̃m vero declarabit qua hora ſecuriſſime ſit laborandum. Dicamus ergo de primo ꝙ qui horam ſui laboris inconuenientem elegit longe magis peccauit q̃ ſi omnino quietus permanſiſſet quemadmodum plerique poſt crapulam dubitantes ſe tantam cibi ⁊ potus non poſſe digerere q̃titatem confeſtim forti ſe expoſuerunt exercitio ex quo infirmati ſunt: ⁊ nonnulli eorum interierunt: eo ꝙ repleti laborauerũt ⁊ propter hoc dicemus primo ꝙ nullo pacto poſt cibum donec digeſtus fuerit ſe debet quis fortiter exercitari vt voluit Iſaac in vniuerſalibus dietis capitulo vltimo dicens. Si exercitia ad digerendũ ⁊ ad ſanitatem optima ſunt: que poſt cibum erunt maxime ſanitatem impediunt: quoniam antecedentem cibuꝫ calefaciunt ⁊ ebullientẽ anteq̃ excoquatur eijciunt. q̃ cũ ad epar crudus ⁊ indigeſtus veniat in venis epatis humores adunantur groſſi: ⁊ poſtea concludens ait. Quare oportet poſt cibum exercitia ⁊ labores vitare: ſicut ⁊ requies ante cibum fugienda erit. quod etiam ſenſit Auicen. in tertia primi doctrina ſecunda capitulo ſeptimo di. Illico poſt comeſtionem non eſt dormiendum cibo natantẽ. ⁊ a forti motu q̃tũ plus poſſibile eſt abſtinendum: ne cibus anteq̃ digeratur penetret aut ſine digeſtione labatur: aut propter inundationem corrumpatur. ⁊ infra in doctrina quinta. c. ſecundo dixit. Amplius equitare non debet q̃s plenus ne cibus corrumpatur ⁊c. Quanto igitur minus alio fortiori motu nõ eſt laborandum. hoc etiam voluit Raſis in quarto Almanſoris. c. ſecundo ſic ſcribens. Poſt comeſtionem a forti motu ac longi temporis omnino eſt cauendum: ſicut enim motus ante comeſtionem factus ſanitatis eſt conſeruatiuus: ita poſt comeſtionem egritudinis inuenitur generatiu9 cuius quidem cauſam poſuit Gal. in ſecundo de regimine ſanitatis cum ait. ſi enim anteq̃ cibus digeſtus ſit exerceatur cum exercitium conferat redditionibus ciborum cum crudi ⁊ indigeſti cibi in ventre vel epate contineantur quare nondum digeſti attrahuntur ad omnia membra ⁊ eis totũ replebitur corpus. quod clarius in libro de euchimia ⁊ cachochimia. c. tertio expreſſit dicens. Ad ſanitatis cuſtodiã maximum bonum erit moderata motio cum hoc tamen intelligatur ꝙ nemo vllo moueatur motu forti ſupra cibum: quia ſicut eſt maximum bonum ad ſanitatem exercitiuꝫ ante cibum: ita eſt nociuiſſimus omnis motus ſupra cibum. diſtribuitur enim ex ventre cibus anteq̃ digeratur: ⁊ exinde multitudo crudorum humoruꝫ aggregatur ſcd̃m venas ex quibus aſſueuerunt egritudines omnimode fieri: vnde intelligendum eſt ꝙ nõ ſine cauſa dixerit Galienus. Nemo vllo moueatur motu forti poſt cibum: quoniam leui deambulatione poſt cibum poteſt abſq̃ vllo nocumento ſe quiſq̃ mouere dicente Auicen. in tertia primi doctrina ſecunda capitulo ſeptimo quemadmodum oportet motum qui eſt ante comeſtionem debilem non eſſe: ita neceſſe eſt ei ne motus qui eſt poſt ipſam ſit niſi molliter ⁊ ſuauiter. ⁊ in eodem. c. iteruꝫ dixit. Ruffus inquit inceſſus hic: ſcilicet mollis ⁊ ſuauis mihi placet ⁊ proprie poſt prandiũ: quoniã bonitatem operationis cene preparat. Sic igitur poſt cibũ ſuauiter erit deambulandum ⁊ non fortiter laborandum. Dicimus etiam ſecundo principaliter ꝙ inanitionis tẽpore ⁊ poſtq̃ famis aduenit deſiderium ſi nihil aliud impedierit non ſit exercendum: vt colligit ex dictis Hippocra. in ſcd̃o aphoriſmoꝝ aphoriſmo. xvj. dicens vbi indigentia nõ oportet laborare: ⁊



Galienus in cõmento. et in tertio Techni. ex ſententia Auicenne in tertia primi dicentis. Quando forte exercitium neceſſarium eſt: bonum eſt ne ſit ſtomachus vehementer inanitus: immo ſit in eo paucũ nutriẽs. Et infra dixit. Amplius qui exercitatur ſi plenus eſt: melius eſt q̃ ſi exercitet quando eſt vacuus: et ly melius exponendum eſt: ſcilicet minus malum. quod expreſſe dixit etiam Galienus in loco preallegato parte illa. Melius eſt calefacto q̃ infrigidato: ⁊ repleto magis q̃ euacuato ⁊c. Ex quibus patet ꝙ hora inanitionis eſt deterior: et exercitio inconueniẽtior q̃ hora repletionis: licet vtraq̃ ſit damnanda.

¶ Capitulum. xxviij. docet cognoſcere horam electam: et ad exercitandum conuenientem: et quando ipſa ſit per ſua ſigna.

Diximus ſupra que ſint hore illaudabiles ad exercitandum: nunc vero dicendũ que hora ſit ab auctoribus ad illud approbata: ſiue vt alij dicunt electa: et dicemus ꝙ exercitandum eſt poſt prime et ſecũde digeſtionis celebrationem que hora motui conuenientiſſima exiſtit vnicuiq̃ etati: et complexioni: ſexui: et regioni. iuxta ſententiã Conciliatoris noſtri in differentia. cxviij. Quequidem fuit Principis Auicen. in tertia primi dicẽtis. Oportet vt in hora exercitij corpus ſit mundum: et vt cibus exterius iam ſit digeſtus in ſtomacho: et epate: et venis: et vt alterius cibi hora iam aduenerit. Quod etiam voluit Auerrois in commento. cxliiij. canticorum dicens. Conueniẽs tempus ad exercitandum eſt cum completa fuerit digeſtio: nam cum ſit ante complementum digeſtionis ipſum quidem eſt ceteris rebus nocibilius: et hoc q2 tunc facit egredi et tranſire cibum indigeſtum: et in ſumma corrumpit ipſum. quod innuit etiam Galie. in ſecundo de regimine ſanitatis cum inquit. Si volumus cuſtodire optime ſanitatem incipimus a laboribus: deinde ſequantur cibi et potus: deinde ſomni ⁊c. Et infra clarius hoc idem expreſſit dicens. Tẽpus exercitij eſt optimum quando hic extremus cibus perfecte fuerit digeſtus duabus digeſtionibus: et que in ventre: et que in epate: et alterius inſtat cibus. Si vero ante exerceantur cibi nondum digeſti attrahuntur ad omnia membra: et eis totum replebitur corpus. Et in libro de diſſolutione continua ſic quoq̃ ſcripſit. Quando motus ſequitur cibum deſcendit cibus de ſtomacho preter digeſtionem ſuam: et intrat venas ſine mutatione: et adducit in epate opilationem: et renibus: et reliquis membris morbum ⁊c. Sed dicet quis quando hanc horam aduenisse cognoſcemus: hoc profecto nõ poteris explicare cum tanta ſit etatum complexionum: ſtomachoꝝ: ciborumq̃ comeſtorum diuerſitas: cui reſpondebimus dicendo ꝙ in rei veritate tale tempus tribus: nec quattuor: nec quinq̃: et ſic de alijs horis non poteſt explicari vt bene per opponentẽ obijciebatur: ſed tunc ſciemus certiſſime talem horam aduenisse quãdo ſigna ipſum demonſtrantia apparebunt obijciebatur: ſed tunc que in vrina videbuntur: vt Gal. voluit loco ſuperius allegato dicens. Cum vrina moderate citrina fuerit ſignificat tunc ſcd̃am factam eſſe digeſtionem: ⁊ tunc exercitandum. Cum aũt aquoſa. ſ. non citrina: ſed ſicut aqua vel rubea: ideſt ignea minime. Ignea enim apparet vrina poſt famis aduẽtum ⁊ poſt laborem immoderatũ: vt princeps voluit in ſecunda primi. Cum aũt talis apparuerit vrina nõ eſt exercitandum: ſicut idẽ iuſſit in tertia primi doc. ſecũda. c. iij. cũ ait. Horã exercitij ⁊ cõplemẽti primarum digeſtionũ declarat vrine ſcd̃m ſubſtantiã ⁊ colorem maturatio. ⁊ ſubdit. cum enim iam longe fuerit ⁊ natura aliquo tempore in nutrimento miniſtrare deſierit ⁊ igneitas in vrina accenſa fuerit ⁊ citrinitas naturalis terminũ tranſierit: exercitium impediens erit: qm̃ virtutem deficiet: tunc igitur non erit aliquo pacto exercitandũ: ſed potius cum cibo ⁊ potu virtuti ſuccurrendũ: hoc itaq̃ obſeruetur: vt anteq̃ ad exercitium accedamus vrinã noſtram inſpiciamus que ſi aquoſa fuerit ⁊ alba velut aqua nondũ aduenit hora laborandi: quia digeſtio non eſt pfecta. Si autem erit ignea iam hora pertranſiuit. Si vero citrina non dubitemus de hora quoniã tunc eſt preſens: ⁊ precipue ſi ſtomachus percipiatur alleuiatus non inflatus nec extenſus: nõ grauis habens rugitũ eructuationẽ eiuſdem ſaporis cum cibo preaſſumpto: neq̃ ſingultum aut grauitateꝫ in capite ⁊ huiuſmodi: vt dixit princeps in. xiij. tertij. c. xvij.

¶ Capitulum. xxix. oſtendit quod genus exercitij vnicuiq̃ complexioni: etati: ſexui ⁊c. conueniens ſit ⁊ neceſſarium.

Cum q̃plura ſint exercitij genera: videndum eſt deinceps qd̃ maxime faciat ad ſanitatis cuſtodiã ⁊ ad ipſius conſeruationem vt vnuſquiſq̃ intelligat quo genere laboris ſit ei exercendum atq̃ vtendum. Dicamus ergo ꝙ omniũ ſapientũ intentio ſit vt id laudabile ſit exercitiũ in quo ſingule corporis ꝑtes equaliter ſe mouẽt ⁊ exercẽt queadmodũ dixit Gal. in lib. de exercitio cũ parua ſpera. c. iiij. cũ ait exercitiũ in quo ꝑtes equaliter exercitantur maxime q̃dẽ ad ſanitatẽ cõfert ⁊ cõmẽſuritatẽ habitus operatur: neq̃ immẽſuratã carnoſitatẽ neq̃ ſuperexcellentẽ q̃litatẽ ferẽs: ſꝫ ad robur indigẽtes act9 ſufficiẽs ⁊ oĩbus q̃ velocitate indigẽt aptiſſimũ qd̃ ⁊ ĩ tertio Techni textu cõ. xxxix. replicauit di. Ex exercitio q̃dẽ opꝫ vt eligatur ſpecies in qua moueantur mẽbra oĩa corporis ſcd̃m ꝓportionẽ: ⁊ nõ laboret aliquod eorum plus ⁊ aliqd̃ eoꝝ minus. ⁊ in ſecũdo de regimine ſanitatis ſic etiã ait. Omnia mẽbra ſanis cõſeruãda ſunt mouenda. ⁊ iterum in libello de exercitio cum parua ſpera ſic

ſcripſit in.iij.c. Oportet verum dicere: ſolum enim illud iuſtiſſime laudabile eſt exercitium quod mouēs eſt omnes corporis particulas. Et infra dixit. Si ad ſanitatem examines inquātum inequaliter exercitate ſunt particule corporis intantū: nec ſanatiuum eſt exercitium. Neceſſe enim eſt ita has quidē ſuperflue laborare: alias vero in ocio manere omnino: neutrum autem eorū eſt bonum: ſed vtrūqꝫ egritudinum ſubnutrit ſemina: ⁊ virtutem imbecillem operatur. Hec igitur eſt ratio propter quam vniuerſale oportet eſſe exercitium et ſingulis partibus corporis commune. Nec ex hoc debet quiſpiam admirari: quia vnūquodqꝫ mēbrum exercitium habet ſibi propriū. vt ait Auicē. in.iij.j.c.ſepius allegato. non ſolū enim exteriora mēbra poſſunt exerceri vt vnuſquiſqꝫ ſatis intelligit: ſed etiam interiora: pectus enim ⁊ membra hanelitus: ⁊ os: et lingua exercentur voce graui et magna: ⁊ quandoqꝫ acuta: ⁊ inter eas mixta: vt Princeps ait vbi ſupra. vbi docuit vt de minori ad vocē maiorem in vociferando ſit paulatim tranſeūdum dicens. Ad legendum preterea ſuauiter eſt incipiendū: deinde vox ordinate eſt exaltanda: poſtea vero cū vox fortior facta fuerit et creſcit: et longa fuerit tempus ipſius ponēdum erit temperatum: qm̄ tūc magnum affert iuuamentum: conſimiliter viſus exercetur res inſpiciēdo minutas: et quandoqꝫ ordinando ipſum: vt res luminoſas leuiter intuaꝛ. Auditus vero ſonos auſcultando occultos: et quandoqꝫ auſcultādo magnos: et ſic de reliquis intelligi poteſt ſuo modo. Qua autē exercitij ſpecie hec omnia perfici poſſint ſciēdum ꝙ nulla accōmodatio reperitur quemadmodum eſt illa exercitij ſpecies que ludendo cum parua ſpera: ſiue pila perficitur: in qua quidem ſi bene conſideretur membra omnia corporis ſe mouēt. Et propterea Gal'. librum de tali labore compoſuit: quem ſepius in ſuperioribus allegauimus: in quo libro inter cetera dixit. Laudo exercitiū quod et corporis ſanitatē prebet: ⁊ partium conformitatē et anime virtutem queadmodum eſt illud qđ per paruam fit ſperam: animā enim eſt potens ad omnia iuuare: et corporis partes cōſimiliter ⁊c. Laudauit etiam Gal'. in eo libro aliud predicto fortius exercitiū ꝓ robuſtioribus omnibus dicens. Quicūqꝫ canum ductiones et aliam venationē adinuenerunt delectatione: et gaudio: et curialitate: cum qui in ipſis laborem temperantes: valde ſapientes fuerunt: et naturam humanam certiſſime docti. Hoc tamen genus exercitij pro delicatis conuenire non videtur aliquo pacto. Et propterea Auicen. vbi ſupra dixit ꝙ corporis debilis exercitium oportet vt ſit debile: et corporis fortis vt ſit forte: et ideo vnuſquiſqꝫ homo ſcd̄m ſe habet exercitium ſibi propriū ⁊ conſuetum: vt idem dixit ibidem. quo conſueto ⁊ ſibi conueniente ſe debet vnuſquiſqꝫ exercere: ſicut etiam precepit Raſis in.iiij. Almanſoris.c.ij. cum ait. Sanitatem conſeruare volenti ante comeſtionem moueri neceſſe eſt: motu autem quiſqꝫ vti debet ſibi cōſueto qui vires ipſius non excedat. Et ideo non qualitercunqꝫ omnis homo ſe debet exercitare vt nonnulli idiote ſunt opinati. Quare ⁊c.

¶ Capitulum trigeſimum oſtendit que quantitas et mēſura: ſiue quis terminus exercitij vniuſcuiuſqꝫ eſſe debeat.

SI vtile fuit in ſuperioribus de qualitate exercitij determinare non minus neceſſarium in preſentiarum exiſtimo de quantitate ipſius pertractādum eſſe: quoniam aliqui poſſent opinari ꝙ quodcunqꝫ bonum per augmentum eius non ſolum in melius: ſed etiam in optimum poſſet deuenire: quod cum ita crederent facile putarent bono: ⁊ intantum a nobis laudato exercitio ꝙ̄maxime: et etiam vltra proprias vires forſitan exercendum eſſe qui non ſolum deciperētur: ſed hoc facientes in breui vitam cum morte commutarent: quāobrem intelligant quod ſicut moderatum exercitium ad corporis facit ſalutem: ſic ad perniciem adducit ſuperfluum et immēſuratum ſcd̄m ꝙ ſenſit Auicen. in textu commenti.cxlv.canticorum dicētis. Immoderatum exercitium proprie dicitur labor: quiquidem ſpiritum euacuat et educit: ⁊ emacerat pingues et carnoſos violentia dolorum: et faciat corpus ſeneſcere ante etatē ſenectutis. et in parte ſecunda coūdem ait. Non eſt exercitandum exercitio magno et forti ⁊c. Cuius ratio a Gal'. exprimitur in tertio de regimine ſanitatis dicente. Nihil relinquitur in corpore niſi ſiccitas ex immoderato motu. Et in quinto libro eiuſdē ſic inquit. Acuta exercitia quorum motus ſunt veloces attenuāt corpus. Et infra iterum dixit. Multa exercitia ſiccant: moderata vera carnem faciūt. Quod et in quarto de ſimplici medicina replicauit dicens. Exercitium forte ſuperflue fortitudinis ⁊ ſolis facit acquirere corpora calida fortia ſuperfluam fortitudinē: corpora vero que nō ſunt ita exercitium forte: et ſol faciunt acquirere debilitatem: et reſoluunt: et poſtremo infrigidant ipſa. In libro quoqꝫ de exercitio cū parua ſpera.c.ij. ſic inquit. Fortaſſis exiſtimabit me quiſpiā laudare: ⁊ alia quecunqꝫ attenuant corpus exercitia: hoc autem nō eſt ita: immenſuritatem enim ego vbiqꝫ vitupero: ⁊ omnem artem exercere aio. Oportere quod commenſuratum eſt: et ſi quid menſura caret id nō eſſe bonum dicimus. Et cōcludēs dicit. Igitur neqꝫ curſum laudo attenuātem habitum: neqꝫ omnino ab exercitio abſtinere iubeo. quam ſentētiam ſecutus Haliabas in quinto Theorice c.primo ſic inquit. Exercitio ſi q̄ temperatorum corporum temperato vtantur modo ante balneum: et ante ciborum horam: calor confortatur naturalis: ſuperflua a corporibus diſſoluuntur: membra roborantur: digeſtio procuratur: fitqꝫ in naturalium numero que corporis faciūt ſanitatem. Si autem quiuis eo immoderatius vtatur: laboretqꝫ



plurimum caleſit corpus eius: febres emergunt. Et ſi immoderate eius vſui diutius operam dederit: calor diſſoluitur: naturalis virtus debilitatur ⁊ deficit: ⁊ propterea relictis extremis medium in omnibus eſt eligendum: cum autem metiri hoc medium ſit difficile diuerſorum anni temporum: complexionum: etatum: artium: ⁊ conſuetudinum diuerſitate propterea pro regula vniuerſali ab vnoquoqꝫ tenendum eſt ꝙ tunc ad debiti ⁊ conuenientis exercitij terminum deuentum eſt: cum incipit ad motionem conſequi corporis defatigatio ſcd̄m ſententiam omnium antiquorum. dixit enim Raſis in quarto Almanſoris.c.ſecundo. Motu tam diu nemo preſumat donec fatigationem ⁊ multam ſentiat grauedinem. Sed cū vtitur motu ex quo laxari ſenſerit dimiſſo motu ſtatim anteꝗ̄ aliquam inde conſequatur leſionem quieſcat. quod etiam voluit Hipocrates in ſecūdo aphoriſmorum aphoriſmo.xlviij. dicens. In omni motione corporis cum ceperit quis dolere: quieſcere ſtatiꝫ remedium eſt. ⁊ Galienꝰ in tertio Techni parte illa in gymnaſijs quādo primū incipit dolere corpus ⁊c. Et in libro de exercitio cū parua ſpera cum ait. Quātum ſcd̄m vnamquāqꝫ vtilitatem intendit ⁊ remitti debeat exercitium ſcribere quidem non eſt poſſibile: quantitas enim in vnoquoqꝫ indicibilis eſt in ipſis vero operibus inuenire ⁊ oſtendere poſſibile eſt in quo ⁊ maxime dominatur ⁊c. Auicen. autem in tertia primi.c.ſepius allegato clarius de hac materia locutus eſt dicēs. In quantitate exercitij tres res ſunt cōſiderande. Vna eſt calor quoniam dum in ipſo bonitas augetur adhuc eſt hora.ſ.exercendi. Secunda eſt motus qm̄ dum leues perſeuerant adhuc eſt hora Et tertia eſt membrorū diſpoſitio ſcd̄m ipſorum inflammationem: quoniam dum ipſorū augetur inflammatio adhuc eſt hora. Cū autem iſte diſpoſitiones ceperint ⁊ ſudor vaporalis ⁊ reſudatio liquida facta fuerit dimittendū erit exercitium: ⁊ finiendum Que oīa in ſanis ⁊ bene cōplexionatis corporibus ſunt intelligenda cū in ſua naturali diſpoſitione conſeruari voluerint. qm̄ non bene cōplexionata corpora vt flegmatica quādoqꝫ dictum terminū debent ꝑterire precipue qm̄ perduci ad meliorem diſpoſitionem deſiderarent: quare ⁊c.

¶ Capitulum.xxxj. oſtēdit. Que ab exercitatis ſint obſeruanda poſt exercitium conueniens in qualitate ⁊ q̄ntitate.

QVid faciendum ſit: quidqꝫ obſeruandū poſt exercitium a laborantibus nolumꝰ ſicco calamo preterire: cū ad preſentis ꝓpoſiti faciat cōplementum ⁊ longe magis ad ſanitatis cōſeruationeꝫ vt ferme cunctorum hominū error intelligaꝛ qui poſtꝗ̄ laborauerint illico ad corpus reficiēdū prolabunꝛ. Quod tamen eſt cōtra philoſophorum ac medicorum oīm ſententiam cum dicat Ariſto. in prima problematum problematibus.xxviij.et.xxx. Quod exercitatis non debemus confeſtim cibum offerre: et cauſam ſubiunxit dicens: quia adhuc non requieuit laborans: neqꝫ ſegregate ſunt ſuperfluitates: in quorum quidē problematum vltimo commento Petrus padubanenſis noſter ſic ait. Scias ꝙ ille qui exercitatur diūmodo fuerit forte exercitium ſeu labor non debet ſtatim comedere aut bibere etiam: immo oportet prius corpus quietari: quia tunc ſuperfluitatibus adhuc purgatur: tum quia propter calorem eius diſſeminatum per totum non poſſet cibos digerere aſſumptos: cū in digeſtione oporteat calidum circa ventrem adunari: vnde ipſi ſcilicet cibi in ſuperfluitates et nō in nutrimenta corporis conuertuntur: ⁊ ideo regula eſt in regimine ſanitatis ꝙ in nimio exercitio poſitis ante cibum parum quieſcere oportet. que ſunt verba Damaſceni in ſuis aphoriſmis ad litteram. et poſtea in calce commenti ſic ſubiunxit. Laborans ⁊ qui exercitatur vniuerſaliter non ſedatus eſt a motu adhuc: licet enim videatur quieſcere exterius membra tamen adhuc mouentur: et titillant propter virtutē motus impreſſam ſibi ab anima: neqꝫ etiā ſuperfluitates ſegregate per motū: ſunt expulſe oīno. hec ipſe. Quieſcendum igitur erit poſt exercitium aliquantiſper vt calor naturalis paulatim ad intrinſeca retrocedat: poſtea vero comedendum erit atqꝫ bibēdum ſecure: dummodo cibi boni poſt motum aſſumantur dicēte Gal'. in tertio de regimine ſanitatis. ꝙ omnes laborioſi euchimo indigent cibo. Et in tertio de alimentis.c.xxix. Omnium autem dictorum piſcium alimētum optimum non exercitantibus: et ſenibus: et debilibus: et conualeſcentibus: quoniam qui exercitantur magis nutritiuis cibis indigēt. a quo ſumpſiſſe videtur Princeps cum in tertia primi. doctrina.ij.c.vij. dixit. Piſces et que eis aſſimilātur poſt laborioſum exercitium comedendi non ſunt: corrumpentur enim et corrumpent humores. Et poſt multa in eodem capitulo expreſſit. Quid celauerat in eo verbo: ⁊ que eis aſſimilantur. loquens de fructibus ſic ait. Si exercitati alijs regātur rebus et nō iſtis.ſ. fructibus recentibus eis melius erit: quoniam omnis res que ſanguinē implet aquoſitate que in corpore ebulit ſicut ſuccus fructuum: licet ea hora iuuamentum preſtet tamen ipſum: ſcilicet corpus ad putrefactionem parat: quod autē de his explicauit: et de alijs cachochimis cibis dedit intelligere: qui autem ſint huiuſmodi: ⁊ qui euchimi ſiue boni: ⁊ quomodo vtēdi ſint in ſequentibus dicemus ſi omnipotēti placuerit: verūtamen quia actus coitus vna ſpecies exercitij videtur eſſe cum in eo notabiliter corpus laboret: ⁊ in eo conſimilia his que de exercitio diximus ſunt obſeruanda et fere quantum ad omnia cum exercitio videtur conuenire: ideo de ipſo conſequenter quedā non inutilia ſubiungemus: non ignorantes tamen ꝙ ſcd̄m Haliabatem et Johannitium coitus ipſe ſub

euacuatione contineatur. ſecundū vero Hali. ⁊ Gal. in Techni ſub accidentibus anime. Nobis tamē placuit in preſentiarum ipſum ſub motu collocare ante dicta iam ratione.

¶ Capitulū. xxxij. oſtendit quid ſit coitus: ⁊ de qua ſpecie eius ſit determinandū: poſtremo declarat appetitus mulieris ad venerem inſatiabilitatem.

Mordebunt me maliuoli: ſatis ſcio ꝙ de re obſcena ad virum caſtiſſimum et continētiſſimū ſcripſerim. Qui bene conſiderant ꝙ in verbis turpitudo nō exiſtit: ⁊ ꝙ res iſta ad operis huius faciat integritatē: ⁊ ad ſanitatis amicorum faciat conſeruationem: intelligent id potius ſcribendū eſſe ꝙ̄ ſilentio pretereundum. Sed ipſis dimiſſis ad propoſitum meū deuenio et dico cum Conciliatore in differentia. cxxiiij. ꝙ coitus eſt maris et femine in membris generationis applicatio: qua ſuperfluum expellitur quantū ad finem ſpeciei vel indiuidui ordinati. Cuius duplex exiſtit finis. Unus quidē principalior. ſ. in ſpeciei generationem. vnde in. v. Theorice. c. xxxvj. Haliabas inquit. Natura coitum in animali conſtituit generādi cauſa: vt inde ſpecies permaneret animaliū. Et ideo dixit Iſaac in. vj. viatici. Deus in animalibus in coitu admirabilem ac inſeparabilem (al's inſuperabilē) delectationem exhibuit: ne forte coitus abominatione deſtrueretur generatio. Per vim namq̄ generatiuam ſpecies diuino et immortali eſſe participāt inquantum poſſunt. vt in de aīa et de generatione animalium ſecundis dixit Ariſto. vnde Auerrois cōmētator ſic ait. Solicitudo diuina cum non potuerit facere ſcdm indiuiduum aīal permanere: miſerta eſt dādo ei virtutē qua poſſet permanere in ſpecie. hec ipſe in. ij. de anima commēto. xxxiiij. Alius quoq̄ coitus finis eſt ſecundarius: ⁊ hic quidem eſt duplex. Unus quidem vt neceſſarius et approbandus ⁊ ad regimē ſanitatis ordinatus: de quo preſens propoſitum determinabit. Alter vero inutilis magis et illicitus: vt propter delectationem et paruā conſuetudinē peractus: quem vt finem optimū preponunt alijs neceſſarijs plurimi. vnde Haliabas in. v. Theorice. c. ſuperiꝰ allegato ait. Maioris partis hominum in appetendo coitum delectationis cauſa preponitur: paucorū vero finis et propoſitum eſt liberorum productio. de quo etiam coitu in preſenti ſermone non intēdo verba facere: pariter nec de illo qui a natura ⁊ a legibus fuit prohibitus. de quo Auicen. in. xx. iij. c. v. ſic inq̄t. Coitus quidem cū infantibus eſt fedus apud multitudinem gentium: et prohibitus in lege. Sed volo de eo coitu dicere qui catholicis eſt cōceſſus: et inter maritum ⁊ vxorem neceſſarius: in quo non ſolū quo ad animam: ſed quo ad corpus grauiſſima et ꝙ̄plurima committuntur peccata ſuperfluitatis et inordinationis ratione. Neſciunt enim pleriq̄ quantū delinquant: quod equidem intelligent ſi hunc meum librum quādoq̄ perlegerint: et de ſua magis curabūt ſalute: ꝙ̄ de ſua etiam formoſiſſime mulieris delectatione. Que forſitan erit vt et alie mulieres naturaliter inſatiabiles. ſicut in. xxix. prouerbiorum Salomonis. c. colligitur cum tria inſatiabilia exponeret. que fuit ſententia Ariſtot. in. iiij. problematum. problemate. xxvj. in cuius commento Petrus padubanenſis noſter ſic inquit. Mulieres ſunt inſatiabiles: et maxime iuuēcule quarum meatus adhuc ſunt anguſti eo ꝙ modica eſt humiditas que cogitur expelli mota et liquata per fricationē: que quia modica eſt: cito infrigidatur non potens expelli propter qd̄ iterum appetunt fricari vt expellatur. Nō eſt igitur tutum velle cum eis contendere: nedum velle: vt nōnulli faciunt eas ſuperare: quia inſatiabiles et maſculis luxurioſiores exiſtūt. iuxta illud Naſonis de arte dicentis. Mollibus in partis admugit femina tauro Femina: cornipedi ſemper adhinnit equo. Fortior in nobis nec tam furioſa libido eſt: Legitimū finē flamma virilis habet. Et fuit ſententia Auicenne in. xxj. tertij. capitulo ſecundo dicentis. Multiplicatur delectatio mulierum in coitu ſuper delectationem virorum propterea ꝙ ipſe delectantur ex motu ſpermatis viri in ore matricis earum deſcendendo: et propter motum qui accidit matrici: et propter fricationem. Idem quoq̄ dixit in nono libro: de animalibus vbi inquit. ꝙ duplatur delectatio feminarum ⁊c. Idē Haliabas in quinto Theorice. Padubanenſi tamen noſtro placuit in. xv. commento. iiij. problematum. ꝙ mulierum delectatio maior ſit extēſiue: intenſiue vero ea que maſculorum maior. quicquid tamen ſit: certum eſt ꝙ plurimum delectantur: et intantum ꝙ viri ſapientes non debent velle earum inſatiabilem appetitum adimplere: ne ſuperflue coeuntes in nocumenta: et egritudines infra dicendas incidāt: ⁊ precipue ſi ad hoc apti minime exiſtunt: vt in proceſſu ſcribemus.

¶ Capitulum. xxxiij. oſtendit iuuamenta et vtilitates coitus moderati: et declarat nocumenta que accidunt ex dimiſſione eius cum aſſuetus fuerat.

In hoc capitulo viri caſtiſſimi religioſi ac continentiſſimi non ingrediuntur: tum quia inaſſueti: tum quia ſobrij: ieiunantes et promouentia ad venerem fugientes: et vinum precipue potens in quo: vt Apoſtolus inquit: eſt luxuria. Sed id quod ſcribimꝰ ad eos dirigitur: qui oppoſitum eius quod dictū eſt faciunt: et ad hos precipue qui venerem exercere conſueuerunt. Qui ſi eam dimittant: et ocioſam ac lautā mēſam nō reliquerint: intelligāt eis aduenire qd̄ ſcripſit Hali. in. v. Theorice. c. xxxvj. vbi ait. Si huiꝰ ſuperfluitas. ſ. ſpermatica: ſuis aucta in vaſis coitu nō purgatur: nec poterit eā expellere natura in inguinibꝰ



fit ⁊ alijs ſimul extenſio: omniq̄ in corpore grauitas ſepeq̄ ſuis ſperma calefit in vaſis: fitq̄ febris: quoniam membra hec quidem poſt illa calefiunt donec cordi calor ille continuetur: nonnunq̄ autem eius aſcēdunt ad cerebrum vapores: vbi et peſſimos generāt morbos. ⁊ infra magis addidit ꝙ dimiſſio coitus hebetudinem ſenſuum ⁊ intellectus parit. ⁊ capiti accidit grauitas ⁊ viſui tenebre: et frangitur corpus: et appetitus imminuitur ciborum: ⁊ nonnunq̄ complexio declinat a ſtatu ſuo. Aliquotiens etiā patitur maniam ex vaporibus ſpermatis ad cerebrum aſcendentibus: ſepe quoq̄ fit corpori frigus: et nonnunq̄ tremor precordiorum pectoris attractio: ſepe etiam ſcotomia ⁊ vertigo ⁊c. Cuius ſimile dixit Hali rodoam in. iij. techni. commento. xxxj. cuius hec eſt ſeries. Si ſuperfluitas aggregata in corpore ex ſpermate: ⁊ non egreditur per coitum coarctatur in corpore: et generantur ex ea egritudines male. quod eſt quia ex coarctatione ſeminis generantur ex eo vapores mali: qui aſcendunt ad cor et cerebrum ⁊ ſtomachum ⁊ corrumpunt ſanitatem illorum membrorum ⁊ generant egritudinem. Et fortaſſis ex eo eſt aliq̄d ſimile veneno viperino: ſicut accidit ei qui conſueuit coitum ⁊ dimittit eum longo tempore ex debilitate appetitus cibi et pigritia a motibus a generatione humoris melancholici ⁊ fortaſſe corrumpitur ⁊ exiccatur ex eo quod eſt ſimile virtuti veneni: ſicut illud quod accidit viduis ex ſuffocatione matricis: et multis virorum qui moriuntur ex eo ſubito. hec ipſe Hali ad litteram. a quibus videtur princeps accepiſſe in prima tertij tractatu quinto capitulo octauo cū dicit. Quandoq̄ accidit homini vt in vaſis ſuis ſeminalibus aggregetur ſperma plurimum ⁊ corrumpatur ⁊ infrigidetur et conuertatur ad qualitatem venenoſam ⁊ accidit ei ſicut epilepſia. Et in vigeſimo tertij. capitulo decimo ſic ait. Plurimorum quorum complexio requirit coitum: cum ipſum dimittunt infrigidatur corpus ⁊ cadit appetitus cibi: ita vt ipſum etiam nō recipiat. et poſtea ſubdit. Et quādoq̄ accidit viro ex dimiſſione coitus ⁊ abundantia ſpermatis ⁊ frigore eius ⁊ conuerſione ipſius ad ventoſitatem: ⁊ forſitan vult dicere ad venenoſitatē: vt mittat ſperma ad cor et cerebrum vaporem malum ventoſum: vel quod magis credo venenoſum: ſicut accidit mulieribus ex coarctatione matricis. Et iterum in. xxj. tertij capitulo ſecundo ſic ait. Retentio ſpermatis eſt mala valde. Et in canticis etiam dixit. Coitus commendatur iuuenibus: quatenus per eū a nocumentis pernicioſis liberentur. in cuius comēto: ſcilicet. cliij. dixit Auerrois. Si coitu vſi non fuerint attingent ei morbi magni ⁊ illaudabiles. Quod etiam ſenſit Haliabas loco ſuperius allegato cum ait. His itaq̄ de cauſis ſi vtatur cum opus ſit homo coitu. ⁊ cum in ſuis huiuſmodi ſuperfluitas augetur vaſis: ſentitq̄ in corpore grauitatem et titillationem: ſtatim vt celebrauerit alleuiatum ſentiet corpus: in pigritiam: virtutemq̄ ⁊ eius augetur appetitus. Deinde ſubiunxit. Si ergo coitu vt oportet q̄s vtatur: cogitationes cedunt: ira mitigatur: melancholie prodeſt paſſioni: prodeſt etiam phlegmaticis morbis: ſomniorumq̄ medetur multitudini ⁊ appetitum confortat. Et propterea dixit Almanſor in libro quarto capitulo ſexto Uiri preterea ac mulieres cum appetunt coire debent: quod quidem faciant nature non repugnantes. Cuius cauſam ⁊ rationē idē ſubiunxit in cap. xvij. eiuſdem libri cum ait. Coitus corpus repletum alleuiat ⁊ animam hilarem ⁊ letā efficit: eiuſq̄ auget leuitatem. Iram quoq̄ ſedat: ac cogitationem remouet. Et infra. Coitus preterea caput alleuiat atq̄ ſenſus. Que quidem fuit ſententia Ariſto. in. xxx. problematum problemate primo dicens. Poſt venerea plurimi magis leti fiunt: quicūq̄ ſuperfluitatem multam emittunt. cum ſpermate: alleuiantur enim a ſuperabundantia ſuperfluitatis: ⁊ hec eſt ſcilicet cauſa letitie. a quo ſumpſit Auerrois cū ſcripſit in. vj. colliget. Coitus moderato vſu conueniens exiſtit. Quod non concedimus. niſi quia ſperma eſt vna ſuperfluitas preparata a natura vt expellatur ſicut et alie ſuperfluitates: excepto ꝙ in ſe bona eſt ⁊c. Hec quoq̄ fuit ſapientis Gal. ſententia in ſexto de regimine ſanitatis. Cōmune venereorum actuum cōmoderatio. nam in culpabilibus conſtructionibus corporis neq̄ oportet omnino a venereis abſtinere. Et in. vj. interiorum. cap. iiij. Uirtus ſpermatis fortis eſt: in mulieribus aūt frigidius ⁊ humidius: ideoq̄ neceſſe eſt a mulieribus emitti multam ſpermatis q̄titatem habētibus. Quod etiam viris neceſſariū eſt ⁊ ſanguineis maxime qui niſi nubant caput eorū aggrauatur: febricitant: appetitus et digeſtio debilitantur. Cognoui ego quoſdam: qui cū abſtinerent ſe ꝓpter venerabilitatē infrigidati ſunt: Alij vero ceciderūt in triſticiam abſq̄ vlla cā. et in falſas cogitatiōes: ſicut melancolici: ⁊ appetitus ⁊ digeſtio infirmate ſunt. Uidi quoq̄ alios ꝓpter anguſtiā vxoris ſue abſtinuiſſe: qui fuerant aſſueti ſepe coire: vnde appetitus eoꝝ deficit: ⁊ paululū comedebāt: ⁊ nō digerebatur ſꝫ multū vomitu eijciebatur. Qd̄ conſiderans certificaui continentiam coeundi magis ꝙ̄ mēſtrua nocere. maxime corporibus in quibus mali humores ſunt: ⁊ aſſuetis, requie. Et poſtea ſubdit. Diogenes in huiuſmodi abſtinentia fortiſſimus fuit coitu tamen ſemper vſus eſt: cum ſciret nocumentum a ſpermate ſibi non fore modicum ſi abſtinentia pateretur: fertur enim pueris iuſſiſſe meretricem accerſiri: que cum moraretur membrum fricans polluit ſe. Cumq̄ meretrix veniſſet ait: quod volui manus mea fecit. Unde monſtratur ꝙ venerabiles non faciunt hoc cauſa delectationis: ſed vt ſuperfluitatem emittant. hec ipſe Galienus Fidelibus tamen innuptis non licet huiuſmodi perpetrare. Et propterea dicebat Apoſtolus primo ad corinthios ſeptimo. Qui non ſe continent nubāt. ⁊ p̄mo ad Timo

thē.v.Uolo aut ez iunioꝛes nubere ⁊ filios pꝛocrea
re ⁊c.Qui autem nubere nolunt aut non poſſunt:vt
quia ſacerdotes ſint ⁊ a venere abſtinere voluerint ſi
ne leſione debent ab inducentibus eam et pꝛomouē
tibus infra dicendis ſe pꝛecauere.vt in duobus vlti
mis de hac materia capitulis oſtendemus.

¶ Capitulum.xxxiiij.declarat que nocu
menta proueniant ex ſuperfluo coitu et
frequentato:in membꝛa ⁊ totū coꝛpus.

Nocumenta ſuperflui coitus ſunt longe
plura ꝙ vtilitates ⁊ iuuamenta modera
ti.Unde licet ſuperius moderatus coi
tus ſit appꝛobatus ad ſalutem coꝛpo
ris robuſti et iuuenis conſeruādam : ſic
impꝛeſentiarum ſuperfluus et frequentatus coitus
deteſtatur:cum non ſolum aliquibus partibus : ſed
etiam toti coꝛpoꝛi nocumenta eius ſint communia.
Nocet enim oculis pꝛimo:vt voluit Auicē.in tertio
tertij.cap.v.cum dixit.Multiplicatio coitus eſt no
cibilioꝛ res oculo. et ſimiliter multiplicatio ebꝛieta
tis ⁊c.Quod etiam ſenſit Raſis in quarto almanſo
ris.cap.xvij.dicens.Qui coitu ſepe vtitur oculoꝛum
habet concauitatem.Et infra.Coitus multus ⁊ fre
quens oculos foꝛtiter ledit.Que etiam fuit Ariſto.
ſententia in quarto pꝛoblematū pꝛoblemate.ij.dicē
tis.Plurimo coitu vtentes manifeſtiſſime in oculis
et anchis patiuntur.¶ Nocet quoqꝫ neruis coitus
plurimus:vt dixit pꝛinceps in ſecūdo tertij.c.j.⁊ Ra
ſis vbi ſupꝛa.atqꝫ neruoſis membꝛis omnibus.et ꝑ
cipue ſtomacho dicēte Auicen.in.xiij.tertij.cap. vlti
mo pꝛimi tractatus.Coitus eſt ex rebus magis no
ciuis ſtomacho:et dimiſſio eius eſt ex rebus maxime
conferentibus ei.Et in decimo eiuſdem.c.v.inquit.
Dimiſſio coitus eſt conuenientioꝛ res ei qui habet
ſtomachum debilem.et deuitēt ipſum de mulieribꝰ
que aboꝛtū patiuntur.Que fuit ſententia Ariſto. in
iiij.pꝛoblematū pꝛoblemate.xvij.di. Coitus infrigi
dat ventrē ⁊ exiccat.¶ Nocet pꝛeterea etiā coitus
faciens accelerare ſenectutem:vt inquit Hali in.iij.
Techni.cōmento.xxxvij.dicens.Et non factus eſt er
roꝛ multus in coitu nociuus:niſi qꝛ pꝛopter multitu
dinem eius accidat in coꝛpoꝛe ſenectus feſtina ante
hoꝛam ſuam:pꝛecipue illi cuius complexio teſticulo
rum eſt frigida ⁊ ſicca.Quod etiam confirmat Auer
rois in cāticoꝛum cōmento.clvj.dicens.Non ſolum
hoc dicimus ꝙ multus coitus debilitat coꝛpus:qui
immo quod diminuat et abbꝛeuiet valde vitam:fa
citqꝫ eam valde bꝛeuiter et celeriter terminari.Ari
ſtoteles enim aſſerit ꝙ animalia multi coitus ſunt
bꝛeuioꝛis vite pꝛobans hoc ⁊ confirmans ex paſſeri
bus:que non viuunt niſi per annum ſolum:inducēs
ſuper hoc pꝛobationes:quoniā nō apparet nigredo
ſuper guttur illoꝝ que videtur in autūno.que quidē
nigredo ſignificat ſuper ſenes ex eis.Ariſtote.quoqꝫ
iiij.pꝛoblematum pꝛoblemate.xxj.inquit.Coeūtes
exoluuntur ⁊ infirmioꝛes fiunt vt frequenter.Et ꝓ
pterea multus coitus debilitat coꝛpus:facitqꝫ ipm
hereditare varias ſpecies nocumentoꝝ ⁊ doloꝛum:
vt inquit pꝛinceps in canticis textu cōmenti.clvj. et
in.xxiij.tractatu pꝛimo.c.quinto ſic ait.Coitus eua
cuat de ſubſtantia cibi poſtremi : quare debilitatem
affert cuius ſimile alie non afferunt euacuationes:⁊
euacuat de ſubſtantia ſpiritus rem plurimā pꝛopter
delectationem.Et pꝛopter illud qui plus delectātur
plus ſunt cadentes in debilitatem:⁊ coitus quidem
velociter facit peruenire illum qui plurimum eo vti
tur ad infrigidationem ſui coꝛpoꝛis cauſa ſui : et ad
reſolutionem caliditatis innate ⁊ ad moꝛtificationē
virtutis:et pꝛeparat ipſum in pꝛimis ad caliditatez
fumoſam adeo donec multiplicentur ſuper ipſum pi
li.deinde ſuccedunt ei infrigidatio completa ⁊ debi
litas ſenſuum:viſus:auditus:⁊c.⁊ ad multas perdu
cit egritudines vt idem ibi dixit.que quidez fuit ſen
tentia Almanſoꝛis loco allegato dicens. Eſt etiā val
de obſeruādū ne quis coitu ſepe vtatur:⁊ pꝛecipue
qui ex eo velociter debilitatem incurrit ac appetiti
ue cōſequitur deſtructionem.⁊ poſt aliqua ſubiunxit
Quo etiam ſi quis vſus fuerit ethicam incurret:coi
tus etiam multus ⁊ frequens neruis magnū infert
nocumētum:oculoſqꝫ foꝛtiter ledit ⁊ coꝛpoꝛis vires
deſtruit:coꝛpuſqꝫ coꝛrumpit ac debilitat : ad ſenium
quoqꝫ cito adducit.hec ipſe.Non ſolum autem cito
ſeneſcere facit:ſed etiam moꝛi ꝙ facile ſuperflue ipſo
vtentes:dicente Galie.in ſecundo de ſpermate.c.pe
nultimo hec verba.Non ſolum a ſeroſa humiditate
pꝛiuari omnes animales particulas accidet ex ſuper
fluo coitu:ſed et de vitali ſpiritu. Etenim et de hoc
ex arterijs euacuatur cum ſpermatica humiditate:
Quocirca nullū mirabile eſt imbecillioꝛes effici coe
untes multū pꝛiuato vniuerſo coꝛpoꝛe ab alterutro
puriſſimo:adueniente autem et delectatione : que
eſt in ipſo que per ſe ſufficit exoluere vitale robur:
nam quidam ſuperflue delectati moꝛtui ſunt. hec ip
ſe.Sed vt cum Conciliatoꝛe noſtro in differentia.
xxxiij. omnia vnico compꝛehendam verbo : dico ꝙ
omnem coꝛpoꝛi diſpoſitionem acquirit pꝛauam coi
tus ſuperfluitas ⁊ frequentia:⁊ ad ſummum totam
animam diſſipat ⁊ coꝛpus coꝛrūpit .Cuius quidem
ratio eſt.quia coitus eſt emiſſio pure ⁊ naturalis ca
liditatis.vt.quinto dicitur de animalibus. Et ideo
pꝛopter paruū erroꝛem euacuationis ipſius fit ma
gnum nocumentū.vt Auerrois inquit in.vj.colliget.
Et fuit ſentētia Haliabatis in.v. Theoꝛice.c.xxxvj.
dicētis.Nō eſt enim ſperma quemadmodum alie ſu
perfluitates:qbus oīno natura nō indiget q̄lia ſunt
emūctiones:ſputa:ſudoꝛ:vꝛina:⁊ ſimilia ſed ex me
lioꝛi fit q̄ in coꝛpoꝛe eſt ſubſtantia ac laudabilioꝛi.Et
poſt pauca ſubiūxit.Generatur etenī ſperma ex cla
ro puroqꝫ ſanguine:quo pꝛincipalia ⁊ pꝛima paſcū
tur mēbꝛa.poſtea cōcludit dicēs.Cū igitur coitus
menſuram exceſſerit:licet non tanta eo quantitas vt
phlebotomia vel aliter euacuetur: vehemētioꝛ tamē
accidit inde virtutis diſſolutio. Et pꝛopter hoc quā
do de homine ſperma exiuit:multum diſcoloꝛatur et
debilitat ſuū coꝛpus magis ꝙ ſi quadrageſies exie
rit de eius coꝛpoꝛe ſanguis tantus:qꝛ ſperma eſt res
habilitata vt trāſeat in mēbꝛa. ſicut in.iij.lib.dicitur
de animaliū generatione. Et ideo qui vxoꝛes habēt
perpulchꝛas:ꝙtū delinquunt intelligant. Et in ſene
ctute ſi ad eam peruenerint:podagras expectēt:qm̄
coitus nocet neruis: et eſt magis adiuuās ad hoc vt
fiat podagra. ſicut Raſis inquit in libꝛo diuiſionū.c.
xx.et fuit ſententia Gal.in.vj.aphoꝛiſmoꝛum. com
mento.xxx.dicentis. Coitus eſt foꝛtis cauſa in gene
rāda podagra. Simus itaqꝫ hac in re temperati: ne
podagras et alias ſupꝛadictas incurramus infirmi
tates: aut moꝛtem ipam ſicut aliqui quos nouimus
interiere.

¶ Capitulum trigeſimūquintum oſtendit quibus
naturis ſeu cōplexionibus coitus maxime noceat: ⁊
in quo anni tempoꝛe.

Terroꝛ ſuperflui coitus omittatur:⁊ pꝛe
ſertim ab his quibꝰ maxime nociuus exi
ſtit:mihi videtur tanꝙ vtile et neceſſariū
ſcribendū eſſe: qui ſunt hmōi quibꝰ plus
alijs plurimi coitus frequentia ſit inter
dicta.Et dicemus pꝛimo ꝙ vt ſentiunt ſapientes:hi
maxime ſunt qui ſicce et frigide cōplexionis exiſtūt:
et qui melancholice macilenti et debiles naturaliter
ſunt fabꝛicati: modicū ſanguinis ⁊ carnis habentes.
Et ꝙ ita ſit patet per Haliabatem in.v. Theoꝛice di
cētem. Cū vero eſt coꝛpoꝛis frigida ⁊ ſicca cōplexio:
et hominis eiuſdem cōplexionis teſtes coꝛpus exile
coloꝛ viridis albus aut croceus eiuſqꝫ ī coꝛpoꝛe ſper
ma perpaucum: ſi huiuſmodi coitū exerceat refrige
ratur coꝛpus:naturalis debilitatur caloꝛ:⁊ rarefactū
eneruatur:nerui imbecilles fiunt:ſuperuenit illi tre
moꝛ anime marcoꝛ cardiaca: appetitus ciboꝛum defe
ctio:ſicci fiunt illi moꝛbi:artetica:pectoꝛis paſſiones
ac pulmonis. In cuius vſu ſi fuerit frequens coꝛpus
conſumitur et deficit ſpaſmus accidit . Et concludit
deinde. Quare ab huiuſmodi dominio complexiōis
cauendus eſt coitus. Sed iam dictis non minus ma
la inquā bꝛeuibus adduxit Hali rodoā in.iij. Techni
commento.xxxvij.cū ait. Ex multitudine coitus ac
cidit ſenectus in coꝛpoꝛe feſtina ante hoꝛam ſuā:pꝛe
cipue illi cuius complexio teſticuloꝝ eſt frigida ⁊ ſic
ca.Quod etiam ſenſit Auicen. in canticis textu com
menti.xix.dicens. Coitus nequaꝙ cōcedat macris:
ſenibus:aut debilibus. Et Auerroys in.vj. colliget.
c. de regimine coꝛpoꝛum calidoꝛum in fine ſic inquit.
Et coitus nocet plus ceteris omnibus complexio
nibus:ſupple ꝙ calidis:maxime autem frigidis ⁊ ſic
cis. Et inter complexiones calida et humida ſuper
fluum poteſt leuius tolerare:et que peioꝛes ſunt fri
gide ⁊ ſicce:humidi vero.ſ.phlegmatici medio modo
ſe habent circa illud. que fuit ſententia Raſis.in. iiij.
Almanſoꝛis.c.xvij.dicentis.A coitu etiā coꝛpoꝛa ha
bentes ſicca:vt ab inimico interficiēte: ſibi cauere de
bent:quo etiam ſi quis.ſ.macer multum vſus fuerit:
ethica incurret:conualeſcētes quoqꝫ ac debiles atqꝫ
macri: et quoꝝ nerui ſunt debiles: coitū omnino vi
tare debent. Et nos addimus de auctoꝝ intentione
in pꝛeſcripto.c.ꝙ debilem habētes ſtomachū aut vi
ſum:aut auditum:aut aliquem alioꝝ ſenſum: ad coi
tum frequentem non accedant.Et ſimiliter qui debi
litatem appetitus patiuntur : aut calculos et hmōi:
quoniam inde manifeſtiſſimum percipient nocumē
tum:ratione etiam etatis cōſiderata grandioꝛes cō
tineantur a coitu ſuperfluo inquantum poſſunt. Se
nioꝛes vero caueant coitū omnino.Similiter ⁊ inſue
ti et pꝛecipue in autumno fugiendus eſt coitus: quo
niam eſt tempus nature ac vite cōtrarium cum caloꝛ
in eo naturalis debilitetur:et ſiccitas fiat foꝛtioꝛ. di
xit Auicen.in.ij.j.ſumma de pulſibus.c.ix.⁊.j.iiij. tra
ctatu.ij.c.viij.et fuit ſentētia Gal.in.iij.aphoꝛiſmo
rum.commento.xxiij.dicentis.Stomachus et inte
ſtina maxime patiūtur in autumno:cum frigidum et
ſiccum tempus ſit: in quo maxima eſt grauitas ⁊ in
temperies.vt idē inquit in libꝛo de ſpermate. Et ꝓ
pterea eſt tempus moꝛtiferum.teſte Ariſto.in pꝛima
pꝛoblematum.pꝛoblemate.xxvij. In eo itaqꝫ maxi
me coitus eſt fugiendus:et pꝛeſertim a macilentis ⁊
debilibus:vt dictū eſt:quia facile egrotarent. Simili
ter licet nō tantum in eſtate:audacius autem in hie
me et vere: ſemper tamē hoc obſeruando: vt potius
raritati ꝙ frequentie et multitudini intendatur.

¶ Capitulum.xxxvj. oſtendit quibus naturis ⁊ coꝛ
poꝛibus coitus tēperatus maxime conueniat:ac ſu
perfluus et frequens minus noceat.

Volo vt ex hoc capitulo qui nondum vxo
rē duxit: bene conſulat ſi eam ducere poſ
ſit ſine ſui coꝛpoꝛis ac ſanitatis detrimē
to: licet vnuſquiſqꝫ ferme ſibi videat foꝛ
tem robuſtum:ac bene complexionatum
eſſe:atqꝫ bene quotidiano coitu ſufficiētem. In hoc
tamen errant pleriqꝫ qui poſt paucum etiam tempo
ris ſpacium:poſtꝙ vxoꝛē duxerint ex venere frequen
tata diſcoloꝛantur:debilitantur:macreſcunt: infirmā
tur:atqꝫ nō pauci(vt noſtris viſum eſt tempoꝛibus)
interiere. Quod ne reliquis accidat:animaduertant
queſo ſi infra dicendas has habuerit conditiones.
Quarum pꝛima hec eſt:ꝙ coꝛpoꝛa habeant groſſa ro
buſta:et ſanguinem multum:ac venas amplas: et co
loꝛem rubeū:multoſqꝫ pilos. vt Raſis inquit in.iiij.
Almanſoꝛis.c. xvij. Que etiam fuit ſententia Ariſto.
in.iiij.pꝛoblematum.pꝛoblemate.xxj.⁊ Galienus in
ſexto de regimine ſanitatis dicentis. Innoxia vene

rea ſolis humidis et calidis: et omnibus qui natura
multi ſunt ſpermatis: contrarijſſimi vero ſiccis com
plexionibus venerei actus: et amplius quāto fuerit
ſiccitas frigiditati commixta:et precipue cum craſis
teſticuloꝛum fuerit huiuſmodi : vt in pꝛecedenti pa-
tuit.c.v.talis complexio eſt ſemita ad moꝛtē.vt in.ij.
de complexionibus idem dixit.Secunda conditio re
ſpicienda eſt in qua etate ſint cōſtituti. Quoniam vt
Conciliatoꝛ inquit:maxime conuenit iuxta adoleſcē
tie finem:cum coꝛpoꝛis augmentum incipiat deſine-
re:et antea parum ac in iuuentute:demum et in reli-
qua adoleſcentia. In pꝛima tamē maxime nocet mo
dicum etiam ſuperfluus: cum adhuc augmentum ſit
ſufficienter intenſum:ſintqꝫ diminuti adhuc et debi-
les. Deinde et minus competit coitus in ſenectute
ſcilicet pꝛima:minime vero in ſenio.Et fuit ſententia
Galieni in ſecundo de regimine ſanitatis cum dixit.
ꝙ poſt laboꝛes ſequi debent cibi et potꝰ:deinde ſom
ni:poſtea vero venerea: debētibus quidem venereis
vti.et ſubdit.Alia namqꝫ cuncta communia oīs ſunt
etatis:venerea vero adoleſcentium ſolū.Et ideo Ha
liabas etiam in.v.Theoꝛice.Iuuamenta coitus om-
nia adoleſcenti aſcripſit et iuueni pꝛimo: nec cuilibet
tali:ſed ſanguineo rubeo foꝛti ac ſano:vt patet ex ſe-
rie ipſius in.c.xxxvj. Et propterea delirāt ſenes qui
puellas non ſibi: ſed alijs potius ducunt vxoꝛes: vel
filijs eoꝝ adhuc creſcentibus ac teneris feminas co-
pulant:cum vtraqꝫ etas illa ſit a venere pꝛohibita:vt
diximus. cuius vſus inoꝛdinatus: vt padubanenſis
inquit: pꝛecipue nocet ſexui maſculino: femelle vero
parum:cum in eo laboꝛent minime.Conſiderēt pꝛe-
terea nubere volentes ſi pꝛeter hoc qđ carnoſi et iu-
uenes fuerint bū coloꝛati: ac naturaliter rubei vt ſan
guinei exiſtant:quoniam vt idem ait Conciliatoꝛ. et
eſt mens antiquoꝛum:coitus habentibus coloꝛē ru-
beum flauum pꝛecipue conuenit: et per flauum intel
ligo hoc in loco rubeum obſcurum et nō clarum: qui
choleram et ſanguinem ſubtilem: et non verū et bo-
num ſanguinē oſtendit in coꝛpoꝛe dominare.Haben
tibus autem coloꝛem album qui phlegma ſignificat.
vt Pꝛinceps ait in.ij.j.doc.iij.c.iij. coitus etiam in-
terdicitur.dicit enim Auicē.ibidem. Albedo ſignum
eſt pꝛiuationis ſanguinis: aut paucitatis ipſius cum
frigiditate: quoniam ſi cum caliditate eſſet et humo
re cholerico:eſſet citrinitas.⁊ ſubdit ꝙ coloꝛ rubeus
ſignificat multū ſanguinis:et ruffus et ſubꝛuffus ſi-
gnificāt caliditatē:ſed ſubꝛuffus plus ſignificat cho-
leram rubeam:et ruffus ſignificat ſanguinem chole-
ricum. Et per coloꝛem ruffum intelligimus illū quē
dicimus rubeum clarum. Qui igitur coloꝛem habue
rit rubeum et non ruffum aut ſubꝛuffum: maioꝛem ⁊
laudabilioꝛem habebit ſanguinis quantitatē: et per
conſequens tutius poterit veneri indulgere:qui au-
tem coloꝛem bꝛunum ſiue fuſcum habuerit minime:
quoniā vt Pꝛinceps ait vbi ſupꝛa.Coloꝛ fuſcus ve-
hementem ſignificat frigiditatem: ob quam minui-
tur ſanguis et congelatur: et ille paucus ad nigredi
nem tendit:et cutis mutat coloꝛem.Demum conſi-
derent conſuetudinem ſuam iam aſſueti aſſuetos la-
boꝛes ferre:etiā ſi fuerint imbecilles facilius ferunt.
teſte Hippocrate in ſecūdo aphoꝛiſmoꝛum.aphoꝛiſ-
mo.xlix.His igitur obſeruatis ſi omnia cōſentiunt:
aut plurima: ſecure quis ducet vxoꝛem:ſi vero pꝛohi
buerint:minime.

¶ Capitulum trigeſimūſeptimum oſtendit in quo anni tempoꝛe:et in qua hoꝛa diei naturalis ſit veneri operam dandum ſecurius.

QUantum autumni tempoꝛe noceat vene
ri indulgere in fine.xxxv. capituli dictuꝫ
eſt. In qua autem parte anni bene car-
noſi iuuenes et ceteri poſſint vti frequē
tioꝛi coitu ſecurius: nondum dictū fuit:
ſed in pꝛeſenti dicemus: ⁊ in qua etiam hoꝛa diei hoc
facere debeamus oſtendemus:vt minime noſtra cau
ſa errare contingat. Dicamus igitur pꝛimo ſicut in
autumno pluſqꝫ in alijs coitus nocet : ſic in vere per
oppoſitum confert:aut ſaltem minus nocet:cum ver
ſit ſaniſſimum tempus et minime moꝛbiferum: vt di
cit Hippocrates in tertio aphoꝛiſmoꝛum. aphoꝛiſ-
mo decimo. In cuius commento Galienus inquit.
Ver eſt ceteris tempoꝛibus ſanius : quia tempera-
tius alijs.Et infra. Ver(ſicut diximus)in ſuis tem
peratum eſt complexionibus. Et in pꝛimo de com-
plexionibus capitulo quarto ſic iterum ait. Qui exi
ſtimat quod ver ſit calidum et humidum : et non ſit
equale:errant manifeſte: quod intelligendum eſt re-
ſpectu coꝛpoꝛis temperati : reſpectu tamen alioꝛum
tempoꝛum anni ſine dubio calidum eſt et humidum:
vt Conciliatoꝛ voluit in differentia ſexageſimaſexta.
et fuit mens Galieni in pꝛimo de febꝛibus ad glau-
conem. capitulo ſecundo dicentis. Ver calidum eſt
et humidum: vt eſt ſanguis in nobis. que etiam fuit
ſententia Ariſtotelis in quarta pꝛoblematum. pꝛo-
blemate trigeſimapꝛima dicentis. Natura veris ca-
lida eſt ⁊ humida:et propterea in eo operationes nu
tritiue ſunt perfectioꝛes: et hoc non accidit niſi pꝛo-
pter multiplicationem caloꝛis naturalis in coꝛpoꝛe:
vt inquit Auerrois in ſecundo colliget.capitulo vlti-
mo.Et propter hanc rationem tutius in vere poſſi-
mus veneri indulgere. In hyeme quoqꝫ ſatis etiam
ſecure idem facere non dubitamus:licet frigida ſit et
humida.vt dixit Auicenna in ſecunda pꝛimi. et Ga-
lienus in pꝛimo de febꝛibus ad glauconem. capitulo
ſecundo.Tamen quia caloꝛ in hyeme interioꝛa ingre-
ditur : et ibidem adunatur : pꝛopter hoc in hyeme
digeritur multum : et per conſequens multus ci-
bus eſt appetendus.teſte Galieno in pꝛimo aphoꝛiſ
moꝛum. commento. xv. et Auicenna in ſecunda pꝛi-
mi.doctrina ſecunda.c. ſexto dicens. Hyems ad di-
gerendum eſt melioꝛ pꝛopterea ꝙ frigus ſubſtan-



tiam caloꝛis innati cōpꝛehēdit vnde foꝛtioꝛ efficitur
⁊ nō diſſoluitur.⁊c.Et ob hāc cauſam in hieme coitꝰ
nō ꝓhibetur:ſicut per oppoſitas cauſas ideꝫ in eſta
te nocibilioꝛ et pꝛohibitus magis exiſtit. In autun
no autem omnino deteſtatur. Hoc eſt igitur quod
diximus de coitu reſpectu tempoꝛum anni. Sed de
hoꝛis diei naturalis idem ferme aſſerimus quod de
hoꝛis exercitij dicebamus.Unde coitus fieri nō de-
bet niſi coꝛpus eo modo quo ibi diximus pꝛepare-
tur:ſicut nobis innuit Haliabas in.v.theoꝛice. capi
tulo.xxxvj.cum ait.Si cibo homo repletus : aut po
tu coitu vtatur debilitas eius ſit coꝛpoꝛi:eneruatio
neruis:doloꝛ in genibus:aliarūqꝫ continuationuꝫ:vi
ſceruꝫ oppilatio:generāturqꝫ abinde humoꝛes groſ
ſi:cuius vſus ſi hoc fiat modo frequens et aſſiduus
hidropiſis ſequitur aſma et tremoꝛ. Si vero famē pa
tiens quis ad coitum acceſſerit:aut ſitis moleſtia ꝑſ
ſus:aut aliqua certa euacuationum ſpecie exinanitꝰ
eſt:vt vomitu:ſolutiōe:phlebotomia ⁊ his ſimilibus
aut ſtatim poſt balneum:vel laboꝛem vigiliaſqꝫ : aut
etiam poſt grauem triſtitiam:coꝛpus conſumitur et
deſiccatur:caloꝛ diſſoluitur naturalis : ciboꝛum im-
mutatur appetitus:tenebꝛatur viſus:oculi fiunt con
caui:⁊ nonnūqꝫ defectus accidit ⁊ ſpaſmus ⁊c.Et ꝓ
pterea dixit Auicēna in.xx.tertij.capit.decimo Coi
tus bonus eſt ille qui fit in hoꝛa anteqꝫ ſuperfluita-
tum ſequitur euacuatio ⁊c.Quod dictum ſic intelli-
gendum eſt:ſcilicet anteqꝫ hoꝛa aduenerit in qua ex-
pellere opoꝛteat ſuperfluitates: quoniam cum ipſe
ſtimulant et exitum petunt:tunc iam hoꝛa coeundi
pertranſiuit.Et quod ita ſit:patet per ipſum dicen
tem in capitulo ſecundo eiuſdem. Et opoꝛtet ne coi
tus fiat neceſſitate fecis : aut mingendi mota : neqꝫ
cum exercitio ⁊ motu:aut poſt paſſionem animalem
foꝛtem ⁊c.Et poſtea ſubiunxit.Et opoꝛtet etiam ne
coitus fiat ſuper repletionem : quia pꝛohibet dige-
ſtionem et debilitat. neqꝫ coeat aliquis cum adeſt
vacuitas iterum:hoc enim eſt nocibilius ⁊ oneroſius
nature:et magis pernecans caloꝛem innatum : ⁊ ma
gis attrahens liquefactioneꝫ ⁊ ethicam.immo opoꝛ
tet vt fiat cum cibus deſcendit a ſtomacho : et com-
pletur digeſtio pꝛima ⁊ ſecunda:et mediatur diſpo-
ſitio in digeſtione tertia. Et opoꝛtet ne coitus fiat
ſuper ſatietatem nauſeatiuam:et poſt euacuationes
foꝛtes ex vomitu ⁊ fluxu vētris et motus coꝛpoꝛeos
et animales ⁊c.Que fuit ſententia Galieni in tertio
Techni textu commenti.xxxviij. dicentis. Tempus
vſus coitus eſt quando perfecte medium earum que
extrinſecus omnium circūſtantiarum:neqꝫ ſuper re-
pletum coꝛpus:neqꝫ indigens : neqꝫ infrigidatum:
neqꝫ ſupercalefactum:aut exiccatum: aut humecta-
tuꝫ immoderate. Si vero peccet aliquādo coꝛpus:par
uū eſto peccatum meliꝰ vero id eſt minus malū eſt cale
facto magis qꝫ infrigidato:et repleto magis qꝫ eua-
cuato:⁊ humectato magis qꝫ exiccato coꝛpe vt vene
reis hec ipſe.Tamen periculoſum eſt ſuper repletio-
nem ⁊ cenam vt cōmuniter fit velle coire : quoniam
incurrit podagras ⁊ doloꝛes alios ille qui vtitur coi
tu immediate poſt cibū ſumptuꝫ ſicut dixit Auicēna
in canticis textu cōmenti.clv. Recte igitur intelliga-
tur verbum illud Gal'.melius repleto qꝫ euacuato
coꝛpoꝛe vti venereis. Obſeruent itaqꝫ ea que diximꝰ
de coitu qui ſuam incolumem cupiunt ſanitatem cō-
ſeruare.

¶ Capitulum.xxxviij.oſtendit que fugere debeant religioſi ⁊ que dimittere volentes a coitu abſtinere.

SEd cū pleriqꝫ viri cōtinentes et religioſi
reperiantur: qui ſuā omnipotēti deo vo-
uerunt caſtitatem:quibus ꝓcedentia di-
cta de venere non modo non ſunt vtilia:
ſed nec quidē ab eis legenda aut inſpicienda ſunt:cū
potius omni ingenio omniqꝫ diligētia mente ac coꝛ
poꝛe ea que venereis ſunt fugere conētur.His ergo
hoc capitulū compilaui nō modo eis vtile.verūetiaꝫ
neceſſariū:vt qđ deſiderant ſine moleſtia ac ſine ali-
qua tentatiōe facilius cōſequi valeant.Quod tamen
pluribus eſt difficile:eo ꝙ que venerem ꝓmouent nō
intelligant:neqꝫ que ipſam extinguāt moꝛtificentqꝫ
nō cognoſcāt:quos intendo in pꝛeſentia docere di-
cens cū Ariſt.in ſecundo poſterioꝝ.cap.pꝛimo.ꝙ cau
ſa et effectus ſeinuicē inferunt ſi vniuerſaliter et ade
quate ſumantur. Sic igitur vbi erit ſufficientia cau
ſarum alicuius effectus :pꝛoculdubio ipſe pꝛoduce-
tur ab eis in eſſe.et per oppoſituꝫ vbi ſufficiens erit
deſtructio talium cauſarum et talis effectus adnihi-
labitur ſine dubio.Deſiderantes ergo coitum fuge
re debent et cauſas ipſum pꝛomouentes auferre ali
ter enim poſitis cauſis ⁊ effectus conſequetur.Cau
ſe enim in venerem perducētes pꝛincipales he ſunt.
ſcilicet ventoſitas erigens et ſemen purgari ac expel
li pꝛocurans incitanſqꝫ ad hoc ſine aliqua intromiſ
ſione ⁊ pꝛecipue ſi multe fuerit quantitatis ex qui-
bus deſiderium ſurgit et tentatio manifeſtatur.Qđ
cum viderit diabolus:menti perſuadet vt turpia cō
cipiat:feminas deſideret:ceteraqꝫ talia viris religio
ſis abominabilia.Hec autem tentatio ſepius venit:
multoſqꝫ aggreditur : atqꝫ fragiles omnes coꝛrum
pit:foꝛtioꝛes autem et bene armati viriliter reſiſten
tes vix illeſi poſſunt ſubterfugere.Quod tamen non
eſſet ſi cauſas illas : ſcilicet ventoſitatem et ſemen
non admitterent. Sed dicet quis : hoc in noſtra po
teſtate non conſiſtit:vt naturam ſuas pꝛoducere ope
rationes impediamus:ſi eniꝫ aliquis calidos renes
ac teſtes plurimum ſanguinis attrahentes ⁊ ipſum
in ſemen conuertentes habuerit : quomodo pꝛohi-
bere poterit ſeminis vel ventoſitatis generatio-
nem: Cui reſpōdebimus ⁊ dicemus ꝙ aut illa calidi
tas erit naturalis aut accidentalis : et quecunqꝫ

fuerit illa remitti poteſt cū frigidis rebus interius ⁊ exterius adminiſtratis fugiendo ſupinum decubitum ac grabati mollitiem atq; caliditatem. que autē debeāt eſſe talia infrigidantia: medicus electus ſcōm complexionem ac caliditatis intenſionem vel remiſſionem: corporiſq; proprietatem: et vt ſue ſapientie videbitur ordinabit. Multitudo autem ſanguinis ad ea membra tranſmiſſi medici opera non indiget: ſed patientis parco regimine ſanguinis calidi et acuti: diminutiuo. Diminuitur autem ſanguinis ſuperfluitas ſuperabundantiam nutrimenti prohibendo: quoniam in repletione eſt venus: vt dixit Ariſtote. in decimo problematū problemate. xlvij. et precipue ſi talis repletio ex bonis ⁊ delicatis cibarijs fuerit: et maxime ſperma multiplicantibus: vt carnes columbinorum: paſſerū: hedi: ⁊ ſimiliū. Unde Auicē. dixit in vigeſimo tertij cap. xxj. Meliores ad ſperma cibi ſunt qui fiunt ex carne hedi pinguis maſculi ⁊ carne ouina cicere ⁊ cepe ⁊c. Qua etiam ſorbilia: lac piſces cum aromatibus calidis ventoſis: vt zinzibere piper galāga ⁊ ſimilibus. Cuius ratio ponitur a Gal. in quinto de ſimplici medicina diſtinctione ſexta. c. ſecundo dicente. Res prouocantes ſperma ſunt res que aperiunt: ⁊ earum caliditas tanta eſt ꝙ non exiccat: propter hoc igitur predicta aromata faciunt ad venerē. Similiter cepe: baucie: faba: faſeoli: cicer: enula: ⁊ talia ventoſitatem multiplicando. Aniſum quoq; ⁊ feniculus: amigdale: phiſtici: auelane ⁊ huiuſmodi vitari debent. ⁊ vinum precipue potens ⁊ dulce in quo eſt luxuria: vt Paulus inquit. ⁊ Ouidius de remedio cum ait. Quid tibi precipiam de bacchi munere queres: Spe breuius monitus experiere meos. Uina parant animos veneri faciuntq; libidinis aptos. Et fuit ſententia Ariſto. in tertio problematū problemate primo dicentis. Uinum venereos facit. ⁊ recte dicitur bacchus ⁊ venus adinuicē ſunt. Herbas quoq; calidas vt erucam: mentam: ⁊ huiuſmodi dimittere oportet: ſicut etiam nec cepas accipere eſt totum vt diximus. iuxta ſententiam medicorum et Ouidij dicentis vbi ſupra. Daunis an libicis bulbꝰ tibi miſſus ab oris. An veniant megaris noxius omnis erit. Nec minus erucas aptū eſt vitare ſalaces. Et quicq̇d veneri corpora noſtra parat. Quod etiā nobis innuit Auicē. in. cap. xxxvj. fen. xx. dicens. Ex adiuuantibus ad coitum ſunt quecūq; ſumuntur ex cibis calidis acutis aut inflatiuis: ſicut ſunt cicer et vua ⁊ vitellus oui ⁊ illa que aggregant vtramq; rem ſicut eruca ⁊ vinum nouum in quo eſt proprietas generandi ſperma ⁊c. Ab his ergo abſtineant: ⁊ a reliquis huiuſmodi qui ſuam caſtitatem illeſam voluerint altiſſimo conſeruare.

¶ Capitulum. xxxix. oſtēdit que facere oporteat eos quis venereis nolunt moleſtari.

QUi ſuã voluerit ſeruare caſtitatē: debet preterea que in precedēti. c. dicta ſunt: et hec que in hoc dicemus obſeruare: vt ſecurius ſuū laudabile votū conſequatur. Quorū primū iſtud exiſtit: vt ꝓ poſſe nulla in eo ſpermatica ſuperfluitas generetur cū abſtinētia cibi et potus: qm̄ ſperma eſt ſuperfluitas digeſtionis quarte: que fit cū diſpartitur cibus in membris reſudādo a venis tertia digeſtione iā expleta: ⁊ eſt de ſumma humiditatis ꝑme, coagulationi ex qua nutriuntur membra dura ⁊c. vt princeps voluit in. xx. tertij. c. iij. Iſta igit̄ ſuperfluitas exiccabitur ⁊ cōſumetur cū ieiunio ⁊ fame vehemēti que debilitāt corpus: vt Auicē. dixit in decimotertio tertij tractatu. v. cap. octauo ⁊ in. xvj. tertij tractatu. iij. cap. vj. ſic inquit. Fames ⁊ vigilie reſoluunt ſuperfluitates. Similiter et cum forti labore huiuſmodi ſuperfluitas: ſi qua erit generata: reſoluetur: vt ſupra patuit de nocumentis immoderati laboris: ſicut ocio ac cōtinua requie oppoſitū cōtingit: ſicut Naſo poeta ſingularis in ſuo pmo de remedio cecinit. Ergo vbi viſus eris noſtra medicabilis arte. Fac monitis fugias ocia prima meis. Hoc vt ames faciūt hec que fecere tuen̄: Hec ſuut iocūdi cā cibuſq; mali. Ocia ſi tollas periere cupidinis arcus. Cōtēpteq; iacēt ⁊ ſine luce faces. Quā platanus. riuo gaudet. ꝙ̄ populus vnda. Et ꝙ̄ limoſa canna paluſtris humo: Tā venus ocia amat ⁊c. Sint igitur in continuo exercitio ⁊ forti qui plus a venere moleſtari cōſueuerunt. Nec non mortis future recordentur: triſtitiam inferorū imaginātes: ꝑcutiētes quoq; corpus: vt Hierony. ac reliqui beati faciebāt. Iſtis enim remedijs nulla prorſus tentatio aut ꝙ̄ rariſſima percipietur: ſicut placuit Auicen. in. xx. tertij. c. de aluminiati dicenti. Cura que confert eſt illud qđ frāgit deſideriū eorū ex triſtitia fame ⁊ vigilijs ⁊ carcere ⁊ ꝑcuſſione. hec quidē ſecurior via exiſtit ⁊ ad ſanitatē magis faciēs ꝙ̄ que exiccātia ⁊ reſoluētia: ſiue plurimā extinguētia iubet aſſumere: vt ſemē agni caſti: rute: cimini: et hmōi calidorū ⁊ exiccātiū: vel coriādri: cāphore: ⁊ taliū ifrigidātiū ⁊ calorē innatū ꝯgelātiū. Preterea q̄ de pedibus nudis ⁊ de dormitione ſuꝑ res frigidas ac duras dicitur tanꝙ̄ de rebus ꝑiculoſis ad ſanitatem: imo ad vitā ipſam ꝑnicioſiſſimis: ſimiliter et q̄ de aſpectu pulchrarum facierum dici ſolent tanꝙ̄ de re manifeſtiſſima. et vtiq; ab omnibus caſte viuere volentibus neceſſaria nedum vtili nihil in preſentiarum verba facere inutiliter: vt aliqui: volumus. Hec enim et ſimilia ſatis qui ſane mentis fuerit ꝑ ſeipm̄ et ſine doctore aliquo fore fugiēda iudicabit: quare de hac materia hec hactenus dicta ſufficiant.

¶ Capitulum. xl. declarat quid ſit balneum et que conditiones debeāt obſeruari a volentibus in aqua calida artificialiter balneari.



ET de iuuamentibus: ⁊ ſuperfluitates corporis euacuantibus ſermonem cōpleauimus: reliquū eſt vt de balneo ſcribamus aliqua ⁊ ꝙ̄ breuiſſime: Tum quia apud nos vſus eius nō exiſtit: tum quia non ſine ꝑiculo balneantur q̇ in hoc delectari conſueuerūt ⁊ ob hanc cauſam potius ſilendū ꝙ̄ ſcribendū eſſet de ipſo ne omnino quis eo vteretur. Attamen q: nō nulli ſine ipſo viuere minime poſſe videntur ꝓpter eorū ad ipſum conſuetudinem: ſicut in quibuſdam regionibus ⁊ non ignobilibus apparet: ideo de ipſo aliqua nō inutilia p out ſapientibus viſum eſt in duobus capitulis adducemus. Sed quid balneū ſit declaremus dicentes cū Conciliatore noſtro in differentia. cxxviij. ꝙ balneū eſt corpus ſubtile vel liquidum corpori circūferentialiter occurrens: ⁊ ipſius immutatiuū. Cuius cū due ſint ſpecie: ſcꝫ aereū qđ ſtupha nūcupat̄: aliud vero aqueū qđ ex aqua dulci fieri ſolet. ⁊ hoc iterū duplex eſt. ſ. calidum vel tepidū: aliud vero frigidū de quibus tātummodo in preſentia dicemus: ⁊ primo de calido cuius multa videntur eſſe iuuamenta cū cōſuetum fuerit ⁊ debito modo applicatum: dicente Auicen. in tertia primi doc. ſecunda. c. v. iuuamēta balnei ſunt ſomnū facere: ⁊ aperire: ⁊ abradere: ⁊ reſoluere: ⁊ digerere: ⁊ nutrimētū ad cutis ſuperficiem attrahere ⁊c. Et in canticis textu commenti. clij. inquit. Utendum eſt balneo ad tollendū ſordes ⁊ immundiciam: neq; ſis in hoc piger: ſi vis educere ſuperfluitates a corporis ſuperficie: et cutis ab accidentibus immundicie mundā facere. qđ cōfirmauit Auerrois in cōmento ⁊ in vj. colliget. Et fuit ſententia Almanſoris in quarto. c. xviij. dicētis. Sūt de iuuamentis balnei corpus humectare ⁊ renouare poroſq; apire: ac ſordes cōgregatas detergere repletionem quoq; minuere: ⁊ ventoſitatem diſſoluere: ⁊ ad ſomnū ducere ac humores ſubtiliare: balneū preterea dolores reprimit: venrrē ſtringit atq; laſſitudinem remouet: corpuſq; cibis aptum efficit Hoc quoq; ſenſit Haliabas in. v. theori. c. xiij. dicēs. Balneo autem poſt exercitium ⁊ ante prandium vti ſanis corpore magnas vtilitates cōfert: humectat em̄ corpus ⁊ membra. calorē confortat naturalem: digeſtionem optimā reddit: anguſtiam ſi qua eſt effugat: poros aperit. ſuperfluitates euacuat: dolores mitigat: ⁊ ventoſitates diſſoluit: ex quibus apparet ꝙ balneū nō minus ſit neceſſarium ꝙ̄ vtile qđ equidem verū eſſe fatemur: etſi nos in totius vite noſtre tēpore nunꝙ̄ balneati fuerimus: ⁊ tamē ſani dei gratia ſemper fuimus ⁊ propterea nō abſolute balneum vituperamꝰ: ſed tāmodo illis q̇ inepti ſunt ⁊ inſueti: cōſuetos em̄ exhortamur vt ad balneū accedāt dūmodo infra ſcribendas conditiones habuerint: ſin autem minime. Quarū pma eſt vt aſſueti ſint ſic balneari: dicēte Hipocrate in tertio regiminis acutorū. Qui balneum ament vel ſani conſueuerūt eis maxime adhibendū eſt: hi nanq; ipſum deſiderāt: ſi ergo dimiſerint ledūtur. Secunda conditio obſeruanda eſt vt nullus plectoricus neq; cachochim᷑ balneo vti preſumat: ne cōmoti humores aliquā faciant egritudinē: quoniā Auicen. in quarto primi. c. xvij. dixit. Balneum ſolet facere vt ebulliant humores ⁊ ſpargantur. qđ etiam ſenſit Haliabas, in. v. theorice. c. xiij. cū inquit. Aliquotiens malis aliquo in membro poſitis humoribꝰ cū a balneo liquefacti fuerint decurrentes bonis miſcētur humoribus: quibus ſecū corruptis: malorū quātitates augentur: ideo corpora habentes repleta balneo non expedit vti anteꝙ̄ eorum euacuentur corpora: ⁊ illi maturentur humores: hinc itaq; eſt ꝙ apoſtemate febricantes: ⁊ ab opthalmia moleſtati in morbi principijs ⁊ anteꝙ̄ maturetur materia arcētur a balneis que fuit ſententia Galie. in primo de febribus ad glauconem. ⁊ in quinto Terapētice cum inq̇t. Quod inter reliqua a balneandis obſeruanda oportet vt nulla principium particularum imbecillis exiſtat: ⁊ ꝙ multitudo crudorum humorū ſcōm primas venas non prohibuerit. ⁊ propterea cōcludit Raſis in iiij. Almanſoris. c. xxiij. ꝙ ſi aliquid damni in balneis percipitur: iſtud eſt in corporibus impuris: quia puris nullum damnum euenire poteſt. ⁊ propter hāc conditionem omnes fere ſunt ad balneandum ſuſpecti. Tertia conditio attendenda circa horam balnei eſt vt nequaꝙ̄ ante exercitium balneetur quis dicēte Haliabate in. v. theorice. c. preallegato Balneū etenī ante exercitium ſuꝑfluitates cibi trāſmittit in membra quas indigeſtas inuenit. liquefacitq; humores ⁊ ſuperfluitates exire ꝑatas: ⁊ vapores defluere ad aliqua facit mēbra: pariterq; inde morbus ⁊c. Quarta conditio vt dicebatur de exercitio. eſt ꝙ ante comeſtionē balneari oportet: cum dicat Princeps in tertia primi doctrina ſecunda. capitulo. vij. Prius oportet balneari deinde cibari: ita vt comeſtio balneationem nō precedat. que fuit ſententia Hippocratis in. iij. regiminis acutorum textu cōmenti. lvij. dicentis. Nequaꝙ̄ balneandum eſt parua temporis mora poſt acceptum cibū vel quēpiam potum: in cuius commento Galie. ait. Quod eſt quia qui vtitur aliquo potu: deinde balneatur: poſt illud repletur caput eius. ⁊ qui ſumit cibum deinde vtitur poſt ipſum balneatione repletur caput ipſius ⁊ reliquū corpus propterea q: attrahit cibū ad ſe ex ſtomacho ante digeſtionem eius a quo ſumpſit Auicen. in ſecūda primi doctrina ſecunda. c. xix. cum dixit. Cum balneum ingrediuntur poſt ſaturitatē impinguat propterea ꝙ materiam ad exteriora trahit corporis. verūtamē oppilationes efficit propter qđ ſui cauſa a ſtomacho ⁊ ab epate nutrimentū ad mēbra trahitur nō coctū: ⁊ ꝓpterea dixit vbi ſupra ⁊ in. vij. quarti tractatu quarto. c. ij. Qui ſanitatē vult cōſeruare balneū ingredi debet poſtꝙ̄ digeſtū eſt qđ eſt in ſtomacho ⁊ in epate. Nec tamē propter hoc credendū eſt ꝙ cum hora ſumendi cibū ⁊ famis aduenerit tunc balneandū ſit: immo ⁊ hec hora pariter prohibetur vt de exercitio

dicebatur:teſte principe in ſecūda primi loco ⁊.c.ſupe
rius annotato dicente. Cū balneū ingrediuntur ie-
iuni ⁊ vacui vehementer exiccat ⁊ macreſcere facit ⁊
debilitat. Quinta conditio in balneo obſeruanda eſt:
ꝙ dum in eo ſunt neqꝫ comedant quid neqꝫ bibant
ꝗuis oppoſitum plurimi faciant:que precipitur ab
Hippocrate in.iij.regiminis acutoꝝ ſic ſcribente:
Neqꝫ circa horā ipſam balnei propinandū eſt aliqd
cuius ratio in quarta conditione fuit expreſſa. Sex-
ta conditio circa ſpacium balneandi eſt:ꝙ in balneo
longa mora non eſt facienda propterea ꝙ reſoluit ⁊
debilitat dicente Auicenna in.ij.primi doc.⁊.c.predi-
ctis. Balneum exiccat eos qui diu in ipſo morantur
propter reſolutionem ⁊ ſudorem ⁊c. Et infra ſubiun
xit. Si quis multā in balneo facit moram : timet ne
ei ſuperueniat ſincopis propterea quia calefit cor ⁊
commouetur inde ſincopis.⁊ in ſumma ſecunda.c.ij.
eiuſdem ſic inquit Multa in balneo mora ⁊ longo tē
pore:licet temperate calefaciat:infrigidat tamen ca
lorem innatū ſuffocando.⁊ in ſcda tertij.c.vij. dixit
Scias ꝙ longitudo ſpatij more in tina ſiue ſit aqua
ſiue aliud eſt ex eis que nocent propter mollificatio-
nem virtutis.⁊ in tertia primi doc.ſecūda.c.v.ſic quo
qꝫ ſcripſit. Balnei impedimenta ſunt debilitare cor
ſi multū morati fuerint ⁊ facere ſincopim ⁊ nauſeam
⁊ humores quietos mouere ⁊ eos ad putrefactionē
preparare ⁊ cum eis ad membroꝝ debilium recepta
cula declinare a quibus accidunt apoſtemata mēbro
rum occultorum ⁊ in corū ſuperficie : ⁊ propterea ſit
Septima conſequens ad predicta cōditio attenden
da:que ponitur ab eodē in.xiij.tertij tractatu quar-
to.cap.x.de termino ſpacij ⁊ more in balneo dicente.
Oportet vt ſit ſpaciū balneationis vſqꝫ dum perſe-
uerat ⁊ inflatur ⁊ augmentatur corpus ⁊ incipiat de
tumeſcere. Octaua conditio poſt exercitium balnei
obſeruanda eſt eiuſdem principis in ſecunda primi di
centis. Qui balneant debēt ſe cuſtodire ne rē frigidā
actu bibāt in egreſſione balnei aut in balneo qm̄ po-
ri ſunt apti q̄re frigiditas nō tardat quin ad mēbro
rū pncipaliū corpa pcedat ⁊ ipoꝝ corrūpat virtutes
ab oī quoqꝫ re vehementis caliditatis ſe cuſtodire
debent ⁊ precipue ab aqua:quoniam ſi eam ſumpſe-
rint timendum erit ne cito ad membra penetret prin
cipalia:⁊ inde accidat ptiſis ⁊ ethica . ⁊ ſubdit. Ca-
ueant preterea ne cito balneum egrediantur:⁊ caput
poſt ipſum diſcooperiant:⁊ ne frigiditati ſe exponāt
ſed bene cooperiantur pannis: precipue ſi in hieme
fuerit.⁊ in tertia primi do.ſecūda.c.vij.addidit. Qui
ex hominibus pinguis exiſtit: oportet ne illico cum
egreditur balneū comedat:ſed expectet: ⁊ paruum
dormiat ſomnū. Ecce igitur quot obſeruanda ſunt a
volentibus balneari ſi balnei iuuamenta ab auctori-
bus dicta conſequi voluerint:aliter enim plus nocu-
menti ꝗ vtilitatis ex balneatione pcipient ⁊ ppter
hoc ꝙ tanta ⁊ tot a balneandis non obſeruant:ipſū
ſuſpectū habemus:ꝗuis in ſe vtile ſit ad ſanitatis cō
ſeruationem.

Capitulum.xlj.oſtendit.que ſint iuuamenta bal-
nei aque frigide:⁊ qui poſſint ⁊ quando ipſo vti ſecu
re.⁊ demum continuat dictis dicenda.

Viſum eſt in ſupiori.c.quot debeāt obſer
uari q̇ calide aq̄ balneo vti voluerint: in
pſenti aūt dicendū duxi de obſeruandis
a volētibus in aq̄ frigida balneari:vt iu
uenes in eſtate balneātes ſe intelligāt q̇
bus hoc cōceſſū ſit ⁊ q̇bus minime:dicamꝰ ergo cū
Auic.in.iij.primi doc.ſecūda.c.vj.ꝙ ablutio q̄ fit cū
aq̄ua frigida:cōueniens non eſt niſi cuius regimē vn
diqꝫ conſeruat ⁊ cuius etas ⁊ virtus ⁊ figura ⁊ tem-
pus ſunt conueninetia:⁊ neqꝫ faſtidium:neqꝫ vomi-
tum neqꝫ ventris fluxum:neqꝫ vigilias: neqꝫ reuma
tiſmos habet neqꝫ eſt puer: neqꝫ ſenex.⁊ in hora in
qua ipſius corpus eſt leue et motus conuenientes
⁊ eſt cū hoc ꝙ fit poſt ablutionē aqua calida factam
ad hoc vt exteriora fiant fortiora ⁊ vt calor retineat
naturalis:quod ſi voluntas affuerit vt iſtud ſit opor
tet ne aqua ſit multum frigida:immo vt ſit tempera
ta:⁊ eſt qm̄ hoc fit poſt exercitium ⁊ tunc quidē opor
tet:vt fricatio ante ipſam fiat fortior ꝗ ſolebat : ſed
inunctio ſit ex oleo quēadmodū ſolebat:⁊ ſit exerci
tiū poſt fricationem aut inunctionem temperatam:
aut ſit parum velocius ꝗ ſolebat:deinde poſt exerci
tiū in aq̄ frigida ſubito natet vt ipſius mēbra ſimul
dura fiant:poſtea pſeueret in ea ſcd̄m mēſurā ſue le
uitatis:⁊ quantū tolerare valet anteꝗ ſuperueniat
horripilatio:deinde cū egreſſus fuerit fricet ſicut no
minabimus:⁊ eius cibus augmentū ſuſcipiat: et po
tus diminutionē:et conſideret tempus reuerſionis
ſui coloris ad ipſum et caloris eius : ex quo ſi velox
fuerit ſcietur ꝙ eius mora fuit moderata:et ſi tarda
fuerit ſciet ꝙ mora plixior fuit ꝗ debuit . et ſubdit.
Et qui hoc agere.ſ.balneari in aq̄ frigida voluerit:
gradatim in ipo pcedat ⁊ calidiore die qui eſt in eſta
te hora feruoris prius incipiat et ſibi caueat ne ven
tus ſit ibi ⁊ ne illud poſt coitū pagat:neqꝫ poſt cibū
q̇ nō ſit digeſtus:neqꝫ faciat hoc poſt vomitum neqꝫ
poſt euacuationē:neqꝫ poſt colicā paſſionem:neqꝫ vi
gilias:neqꝫ corporis debilitatē:neqꝫ ſtomachi: neqꝫ
poſt exercitiū niſi qui illud agit ſit valde fortis ſcd̄m
modū quē diximꝰ. Et cōcludit poſtremo. cum aqua
igit frigida ſcd̄m modos dictos lauari calorē natu-
ralē ſubito ad interiora pellit poſtea cōfortat ipſum
vt fortior fiat:⁊ egrediatur extra multū hec ipſe. Et
nō ſolū hoc fuit principis ſed etiā Halia.in.v.theo.c.
xiij.dicentis. Suauis aque frigide balneū.corpus re
frigerat ⁊ humectat:calefacit quoqꝫ: ſed p accidens
ſpiſſat etenī poros:calorē interius in corpore reclu-
dit. Vn̄ ⁊ ſuauis aque frigide balneū ſi poſt ſumptū
fiat cibū:digeſtionē adiuuat ſi carnoſum fuerit cor-
pus ⁊ etas iuuentutis ⁊ preſens eſtas tunc enim au
getur calor naturalis:⁊ membrorum virtus:digeſtio



niſqꝫ bonitas.⁊ poſt pauca ſubiunxit. Si ſit autem
corpus exile : ⁊ pauce carnis : frigus in profundo
immergitur corporis: ipſumqꝫ refrigerat donec etiā
nobilibus cōtinuet ipſa mēbris frigiditas:coagulat
itaqꝫ naturalis calor:acciditqꝫ illis qđ ſerpētibꝰ hye
me. Et poſt aliqua adhuc ſubdit. Cauendum eſt aūt
aque frigide balneū poſt coitum ⁊ laborem diariāqꝫ:
niſi quod ſuperabundans fuerit: tunc etenī aque fri
gide balneum vtile eſt. Nec vero ſtatim poſt vigilias
aut vomitum fiat: nec poſt medicaminis laxatiui po
tum: quoniam in oībus his malum eſt. que fuit etiā
Gal' ſententia in tertio de regimine ſanitatis dicen
tis. Aqua frigida moderate nature corporis cōgrua:
quouſqꝫ tamen augetur corpus eucratū frigida non
balneandū eſt:q2 prohibet augmentationē: adaucto
vero iam ſufficienter aſſuefaciendum co:quia totum
corpus fortificat:⁊ cutem ſpiſſam ⁊ duram perficit vt
nō ab exterioribus ledatur. Qui aūt voluerit incipe-
re balneari in frigida aqua : debet hoc incipere hora
anni incipiente eſtate: vt vſqꝫ ad hyemē iam aſſuefa-
ctus ſit:et dies ſit vt poſſibile eſt nō vētoſus:ſed ca-
lidiſſimus et meridies eius ſit:et homo qui erit bal-
neandus in medio quarti ſeptēnij. ſ. circa vigeſimū-
quartum annū:in nullo ab aliqua cauſa eo die vel pre
cedente nocte alteratus ſuam conſtitutionē certiſſi-
me cuſtodiēs ſit:et animo nō triſtis:immo letus ma
xime:tunc qui prius fricetur lintheis durioribus vel
ſpartina vt equaliter fiat fricatio: deinde fricet oleo:
poſt vero exercitet equalibus quibus aſſuetus erat
exercitijs:ſed citioribus:deinde repente in aquā de-
ſcendat vt momento vno omnibus mēbris corporis
circūfundat aqua:ne ſi paulatim deſcēdat rigor inna
ſcatur:ſit autem aqua neqꝫ tepida:neqꝫ multū frigi-
da:poſtmodū vero et hac vtetur. Egrediēte vero ab
aqua pluribus manibus fricet p oleū quouſqꝫ cale-
fiat cutis: et poſtea cibaria quidē plura ſint aſſueto-
rū:minor vero potus offerat:q2 plura appetūt in fri-
gido balneo:⁊ digerūt melius:⁊ ſitiūt minus:⁊ ince-
dāt in craſtinū ad exercitia fortia ⁊c. Ex quibus ma-
nifeſte patet ꝙ perpauci quidem reperiūtur qui hec
omnia ſciant:poſſint et velint obſeruare: et ppterea
infirmātur pleriqꝫ ex tali balneatione:ideo periculo-
ſa eſt his qui tot ⁊ tāta vt diximus attēdēda nō ob-
ſeruauerint:quare aut cōſueti dimittāt:aut predicta
ad plenū proſequantur. Reliquū eſt ꝙ poſtꝗ in ſupe
rioribus de aere exercitio coitu: ⁊ hmōi corpus iuua
mētibus(al's immutantibus)diximus: vt deinceps
de reſtaurātibus ipm̄ ſcribamus:vt ſciat vnuſquiſqꝫ
quomodo et cū quibus reſolutū ⁊ iam euacuatū cor
pus poſſit confortari:⁊ q2 naturaliter ⁊ artificialiter
generalia ſemper precedere debent ſpecialia. vt dixit
Gal'.in.iij.aphoriſmoꝝ.cōmēto.xvj. et Ariſto. in.ij.
de generatione. Cognitis vniuerſalibus facilius in-
telligunt particularia: ideo rationabile nobis videt
vt prius declaremus quot et que circa refectionē vni
uerſaliter attēdenda ſint neceſſario : deinde de cibis
oībus in ſpeciali ſermonē facimus: oſtēdētes q̇ cib:
laudabiles ſint et ſanitatis cōſeruatiui:⁊ qui mali et
egritudinales exiſtāt: digerēdi ⁊ approprīādi in qua
litate ⁊ quātitate vniuiqꝫ cōplexioni:etati:regioni:
cōſuetudini ⁊c. Scd̄m ꝙ pito ⁊ iā electo medico vide
bitur. Nūc aūt ab vniuerſalibus incipiētes oſtenda
mus propter quid comedere oportet quotidie.

Capitulum.xlij.oſtendit cauſaꝫ neceſſitatis quo
tidiane refectionis ex cibo ⁊ potu.

Quemadmodū lampadis flamma conti
nue cōſumit ea que ſibi apponūtur vt ſe
ipſam diu cōſeruet ⁊ faciat:quāuis non
poſſit:immortalem:ſic ⁊ calor naturalis
q̇ in nobis exiſtit:inceſſanter agit in mē
bra ⁊ corporis humiditates:⁊ ſicuti oleo deficiente
flāma ipſa lychinū in breui tēpore cōburit ⁊ cōſequē
ter extinguit:ſic ⁊ noſtra caliditas poſtꝗ humidum
nutriēs finierit ptes corporis arefacit:⁊ ſic eſt cauſa
extinguēdi ſeipſam accidētaliter:ppterea ꝙ ſuā cōſu
mit materiā:vt inquit Aui.in tertia primi.c.j. Et pri
ma quarti.c.de ethica. Cū autē extinctus fuerit ca-
lor naturalis:neceſſe eſt vt ⁊ aīa corpe ſeparet: q2 de
ficiente inſtrumēto nō pōt artifex operari:ſic ⁊ ani-
ma ſuas amplius nō poteſt actiones exercere calore
naturali adnihilatio:qđ ſuū erat inſtrumentum : vt
ait princeps in prima primi doc.iij.c.iij. Et fuit ſen-
tentia Gal.in quinto de ſimplici medicina diſtinctio
ne ſcd̄a.c.v.dicentis. Calor innatus eſt illud qđ nomi
namus ſpiritum:⁊ eſt ille qui fixus eſt et plantatus
in corpore cuiuſqꝫ animalis:qui ꝗuis non ſit de ſub
ſtātia aīe:eſt tū primū inſtrumētorū eius : neceſſe eſt
igit volenti hūc calorē et vitā ipſam cōſeruare vt eū
nunꝗ ſine pabulo et nutrimēto relinquamꝰ:qm̄ pri
uatū alimento nō poteſt diu durare teſte Ariſtotele
in ſecūdo de aīa textu cōmēti.xlviij.⁊ Gal.in primo
de alimētis.c.j.di. Sine alimēto nō eſt poſſibile viue
re nec ſanos nec egros. Cuius cauſam ⁊ rationē aſſi
gnauit Raſis in.xxv.cōtinētis.c.primo dicens aucto
ritate Ioannitij. Quia corpora noſtra ſunt cōtinue
diſſolutionis ex aere circūferenti ⁊ caliditate innata
q̄ eſt in nobis:indiguerūt nutrimēto ad reſiſtēdū ei
qđ diſſoluitur diffuſiuſqꝫ Haliabas in.v.theorice.c.
xiiij.hoc ſentiēs ſic ait. Dico ergo cū ſit corporū ani
maliū rōnaliū ⁊ irrationalium ſubſtantiā corꝝ diſſol-
ui ſemp ⁊ cōtinue naturalis cauſa q̇ in eis eſt caloris
calidiqꝫ exteriꝰ q̇ illis obuiꝰ eſt aeris aut diſſolutiōe
leui:vt qđ a corporibus oībus relaxatiōe diſſoluitur
aut certe manifeſta:vt ſputa:emunctiones:ſudor:vri
na ⁊ egeſtio:neceſſariā habuit natura materiā ab ex
terioribus que eorum loco ſuccederet que a corpore
diſſoluuntur. hec ergo materia ſunt eſca ⁊ potus:
Qui mihi videntur verba Galieni dicentis in libro
de diſſolutione continua capitulo.j.hocmodo. Quia
corpora hominū ſunt in cōtinua diſſolutiōe:⁊ ppter

calorē aeris circũdãtis ea extrinſecus: et calorē interius exiſtētē fuit neceſſariũ reſtaurare in eis qđ diſſolutum eſt de ipſis: ideoq̃ fuerunt neceſſarij cibi ⁊ potus: vno itaq̃ verbo cũ ipſo etiam Auicē. in. ij. j. doc. ſumma. et. c. ſecundis. ſic dicente. Nutrimento indigētes ſumus: et noſtre cõſeruatio ſanitatis eſt ex nutrimento nobis conueniente qđ equale exiſtit ⁊c. In ſumma igitur dictoꝝ ratio hec eſt: quia ſi reſolutio eſſet: reſtauratio autem nõ exiſteret: proculdubio vita cito finiret: ſed poſito calore reſolutio ſequitur: nõ poſita autem refectione conſumptio: propterea fuit neceſſariũ vt nutrimentum partibus ſuppleret reſolutis: multũ vero aut paucum ſcđm maiorem aut minorem reſolutarũ partium quantitatem dicēte Auicen. in. xiij. tertij. tractatu. ij. c. vij. Neceſſitas cibi eſt vt ſuppleat locum eius quod reſoluitur: cũ ergo non eſt reſolutio: aut eſt reſolutio parua: non eſt neceſſarius cibus extrinſecus. quod etiam voluit in cãticis textu cõmenti. cxxiiij. dicēs. Scias ꝙ vera cibi actio eſt augere augenda: et reſtaurare omne deperditum ex diſſolutione corporis: et ad primũ ſtatũ deducere. Reſolutio itaq̃ calore naturali et ab extrinſeco ꝓueniens fecit refectionis ⁊ nutrimenti neceſſitatem: vt deperdita eo modo quo poſſibile eſt reſtaurarentur: qđ dicimus propterea ꝙ reſtaurata nunq̃ ad quantitatem: nec ad perfectionem diſſolutoꝝ attingunt: et ob hanc cauſam neceſſe eſt ad finem deuenire. ⁊ ꝙ ita ſit patet per Gal. in primo de regimine ſanitatis dicentem. Si poſſemus tale aliquid introducere qđ ſimile eſſet effluenti: hoc ſaniſſimum ⁊ optimum eſſet: ſed hoc impoſſibile eſt: quia id quod defluit ab vnoquoq̃ membroꝝ: tale natura eſt quale ipſum mēbrũ a quo defluit. Nihil autem eoꝝ que comedũtur aut bibuntur: tale eſt omnino quale id qđ defluxit. a quo ſumpſit Auicen. in prima primi de etatib9. ſ. illo. Amplius ſi hec virtus ſcilicet nutritiua infinita foret: et ſemper permutationē in corpore faceret eius qđ diſſoluitur equaliter et vno modo: diſſolutio tamē vno modo non eſſet: immo quotidie augeretur ⁊c. Et ob hanc cauſam etiam optima comedentes: nutritiuiſſima: et ea perfectiſſime digerentes: mori habēt de neceſſitate: licet non tam cito ſicut oppoſitũ facientes. Et hec de neceſſitate refectionis dicta ſint hacten9.

❡ Capitulum. xliij. oſtendit que et quanta ſit vtilitas refectionis cum cibo et potu.

Viſa in precedēti capitulo refectionis neceſſitate: in preſenti eius grãdis vtilitas eſt videnda: licet magna ex parte ex his que in ſuperioribus dicta ſunt: cõprehendi poteſt. Attamē dicamus iterum replicãdo ꝙ quãuis refectio quãtũcũq̃ optima nos non faciat a morte ſecuros: cum due ſint naturales corruptiones quas nullum generatũ corpus effugere poteſt. Vna ꝙ ſemper magis deſiccamur. Altera ꝙ ſemper vniuerſa ſubſtantia noſtra fluit ob innatum nobis calorē. vt primo de regimine ſanitatis innuit nobis Gal. ⁊ in. vj. eiuſdē cũ inquit. Si poſſibile eſſet ſemper cuſtodire humidã cõplexionem corporis: immortales eſſemus: ſed quia naturalem viã eam q̃ ad deſiccandum corpus fugere nõ eſt poſſibile. ꝓpterea ſeneſcere neceſſariũ eſt nobis: ⁊ corrumpi: ⁊ q̃uis a iã dictis ordinatiſſima ⁊ ꝑfectiſſima dieta nos minime poſſit liberare: de his tamen duabus rebus ſecuritatem prebet putrefactionis penitus prohibitione: et defenſione ne humiditas cito reſoluatur: ⁊ in ipſius quidē fortitudine conſiſtit vt ipſum corpus vſq̃ ad debitum tempus ſcđm ſuã primam cõplexionē permanere faciat ⁊ hoc quidem erit ꝓpter regimen rectũ reſtaurationis que fit loco eius qđ reſoluitur ſecundum quãtitatē poſſibilem ⁊c. vt inquit Auicenna in tertia primi. c. j. cuius preallegata fuerunt verba: Si igitur hec duo fecerit. ſ. ꝙ putreſieri nõ permittat: ⁊ prohibuerit ne cito humiditas reſoluatur: diu ⁊ ſanos viuere faciat omnes q̃ tali vſi fuerint reſtauratione prout ſenſit Gal. in. vj. de regimine ſanitatis cũ ait. Longeuiſſimus eſt vtiq̃ qui minime deſiccatus fuerit. ⁊ infra dixit. In cõplexione longeuiſſimi omniũ ſunt qui humidiſſimi ⁊ nimirũ ⁊ ſani ſunt cũ ſolidatum fuerit corpus ⁊c. Quod etiã voluit Auicen. in loco ſuperius allegato cũ inquit. Corpus non permanet tempore quo perdurat: niſi propterea ꝙ ipſius innata humiditas prima reſolutioni reſiſtit caloris ⁊c. O q̃ grandis eſt ergo refectionis vtilitas: que corpus a ſiccitate feſtina preſeruat: que ſiccitas in tãtũ eſt noſtris corporibus inimica atq̃ cõtraria: ꝙ inceſſanter augendo procedit donec nos perimat. teſte Principe vbi ſupra. q̃ grande iterum erit refectionis commodum cũ humanum corpus longeuum ⁊ ſanum eſſe faciat toto ſuarum etatuꝫ decurſu. ſi ipſa debita fuerit ⁊ ordinata refectio dicēte Galieno in libro de euchimia ⁊ cachochimia. Amicorum meorũ quicũq̃ vacant circa exercitia ⁊ ordinatiuã dietationem omnes video ſemper ſanos eſſe: ⁊ iterum in eodem. Non egrotabit omnino debite dietatus ⁊ exercitat9 ⁊c. Sit itaq̃ huius capituli hec concluſio: ꝙ magna eſt debite ac ordinate refectionis vtilitas: quēadmodum ſapientiſſimi antiquorum in preallegatis locis voluere. Quas autem habeat conditiones que debita ſiue ordinata dieta dici meretur in ſequentibus: deo volente ſcribemus: non appropriando ipſam huic vel illi complexioni aut etati: ſed hoc iam electi medici iudicio relinquemus: qui ſua ſapiētia quod vnicuiq̃ cõueniens erit: iubebit offerre ꝓut regio: natura: tempus: anni: conſuetudo: ⁊ huiuſmodi expetere videbuntur: que omnia cognoſcere ⁊ ſufficientiſſime intelligere debet: cum dicat Galienus in libro de euchimia. Memorari autem te volo ſcđm omnes huiuſmodi tractatus: quoniam neq̃ auxiliorum: neqꝫ ſanatiuarum dietationum ſcitor erit finaliter qui materierũ virtutes certitudinaliter didicit:



niſi cognoſcat corporum naturas quibus hec adducunt. Quedã enim dēſa ſunt ⁊ difficile trãſpirabilia. Quedã vero rara ⁊ de facili euacuabilia: ⁊ indigēt vt iam eſt: cibo humidiori. ſicciori vero ſecunda: ⁊ illa quidem groſſiori: illa autē ſubtiliori: ⁊ illa quidem pauciori: illa vero ampliori: ita autē ⁊ quicũq̃ melancholicũ habent ſanguinē: humidis ⁊ calidis cõplexione indgent cibis: ſicut quicũq̃ cholericũ humidis ⁊ frigidis: que auteꝫ phlegmatici calidis ⁊ ſiccis ⁊c. Demum concludit. dignoſticũ igit̃ eſſe oportet euꝫ qui recte debet vti cibis: ideo perito dirigente medico iã reperto: prout conuenit vtilis ſemper erit ad corporis ſanitatē refectio: ſicuti ab initio p̄ſentis capituli intendebamus declarare.

❡ Capitulum. xliiij. oſtendit qualiter ſubſtantia reficientium in bonitate vel malitia conſideranda ſit ad ſanitatem.

Dicamus ꝙ prima ⁊ principalior rerũ circa refectionē cõſiderandarũ ſit bonitas ſubſtantie ciborũ que ſi neglecta fuerit nõ modo erit inutilis: ſed etiã pernicioſa Malitia enim ciboruꝫ hanc ſolita eſt habere naturã ꝙ per ſpaciuꝫ quoddã temporis ſua celet ⁊ occultet nocumēta: poſterius vero ea manifeſtiſſime oſtēdat dicēte Gallie. x. de iuuamentis membrorum. c. j. Sicut animal quãdo fameſcit inducit illud famis neceſſitas comedendũ lutũ limum: ⁊ alia multa mala: ita eſt in quolibet mēbro quando caret cibo ſibi conuenienti: inducit ei cibi neceſſitas naturalis ad attrahendũ humores malos quibus nutritur: ⁊ iſte ſuꝑfluitates que aggregantur in mēbro putreſiunt ſcđm ſpaciũ temporis quouſq̃ adacuentur ⁊ caleſiant ⁊ habent generare egritudines calidas ⁊ febres acutas ⁊ alias multas egritudines. Non eſt igitur de ꝓpria digeſtiua: vt nõnulli faciunt conſidēdũ: cũ male ſubſtãtie cibaria cõedunt: qm̃ p̄nceps in tertia primi doc. ſcđa. c. vij. ſic inq̃t. Ille in quo mala digeruntur nutrientia ob hoc nõ decipiatur qm̃ poſt dies in ipſo mali generabuntur humores egritudines facientes ⁊ perneccantes. quod ſenſit Gal. in primo de alimentis. c. vltimo cũ ait. Non oportet negligere pura facere omnia ad eſum preparanda cognoſcentes quãq̃ id quod ꝑ ſingulos dies nocumentuꝫ nõ ſentiatur propter paruitatē tamē cõgregatur ex ipſis tempore multo ⁊ inde manifeſtũ ſit aliquando in ſecũdo etiã alimētoꝝ. c. de cucumeribus in fine ſic inquit. Ab oibus abſtinere cõſulo cachochimijs edulijs ⁊ ſi facile digeſtibilia aliquibus ſint latet enim tēpore multo prauus in venis chimus ex ipſis cõgregatus qui cũ coctione modica ad putrefactionē deuenit febres mali moris operatur. ⁊ ꝓpterea in. c. iij. libri de euchimia ⁊ cachochimia cõcludit dicēs. Cachochimia cibaria omnimodo fugiēda ſunt ſiue groſſos ſiue ſubtiles operentur qui in nobis humores. Et in libro de cura ictericie dixit: ꝙ aſſumere quid nociuum propter delectationē nephandũ: qui autē ſint hmõi mala cibaria: ipſe Galienus expreſſit in libro de diſſolutione continua dicēs. Oĩa cibaria que non tēperata ſunt nõ generant ſanguinē purũ: mundum clarum. Et cibariorũ mali chimi tres ſunt ſpecies: eorum enim ſunt que addũt in phlegma: et eorum que addũt in choleram: ⁊ eorum quedam ſunt que addunt in cholerã nigrã ⁊ opꝫ oēm hominē dimittere multitudinē eorũ ⁊ cõtinuationē aſſumptionis ipſorum: ⁊ ſi digerant ea: ⁊ ſi nõ inferant nocumētũ cito. tamē addunantur in corpore continuantis acceptionem eorũ in longo tempore: chimi generantes egritudines malas ⁊c. Et poſt pauca ſubiunxit ꝙ hmõi ſunt panis factus ex farina multi furfuris: ⁊ frumenti antiqui aut farina mali. chimi qui addit in cholerã nigrã. Et caro pecudis oĩs q̃ addit aliquid in phlegma. Et caro capre ⁊ multoꝝ annoꝝ oĩs caro addit in melancholiam: ⁊ ſimiliter caro hirci: caro bouis: ⁊ hmõi. ⁊ de mēbris aĩalium renes: ⁊ cerebrum: ⁊ oēs vētres: ⁊ oua cocta in tegnamine: ⁊ caſeus antiquus ⁊ fungi: ⁊ cicera: ⁊ lentes: ⁊ miliũ: ⁊ panicum: ⁊ piſces duri viſcoſi: ⁊ ſimiliter ſaliti: ⁊ ficus ſicce ſi multa ſumantur: ⁊ pira: ⁊ poma: ⁊ cucumeres: ⁊ cucurbita: ⁊ bateca cũ malũ chimũ in ſtomacho reperiunt: ⁊ olera oĩa ſunt mali chimi ꝓpter multitudinē ſuperfluitatũ in eis ⁊ paucitatē nutrimenti: ⁊ cepe: ⁊ allia: ⁊ raphanus: ⁊ rape: ⁊ paſtinace: ⁊ caules ⁊ his ſimilia a quib9 omnibus abſtinere manifeſtũ eſt dicēte Raſi in quarto Almanſoris. c. xj. Saluus exiſtit a ciborum horum malitia qui non eis vtitur: ꝙ ſi aliquē eis vti contingat ſibi ſubuenire debet cataricũ humorē ex eis generatũ expellens ſumendo. ⁊c. Quod etiã breuibus ꝑſtrinxit Auicen. in tertia primi. c. ſuperius allegato dicens. In principio oportet vt ſanitatis conſeruator ſtudeat ne cibi ipſius ſubſtantia ſit aliquod nutrimentũ medicinalium ſicut olera ⁊ fructus ⁊ reliqua ab ipſis: quoniã ſubtiliantia ſanguinē ſunt adurentia: ⁊ groſſa ſunt ipſum phlegmaticũ faciētia: ⁊ corpora grauantia ⁊c. Non ſunt ergo hmõi cibaria male ⁊ illaudabilis ſubſtantie comedēda. Si tamen aliquando ꝓpter neceſſitatem aut inopiam quis alia ab his non haberet cõſilio principis Auicē. vti debet dicentis in tertia primi. Si alicui neceſſarium fuerit nutrientia comedere mala paucis vicibus ⁊ nõ frequētibus vtatur ⁊ cũ eis miſceat quod ſit ipſis cõtrarium vtputa calida cũ frigidis ⁊ ſicca cũ humidis vt infra diffuſius ſcribemus: quapropter cibaria male ſubſtãtie in tantũ ab auctoribus deteſtata erunt iure merito ab omnibus relinquenda: ⁊ per cõſequens que bone fuerint ſubſtantie ⁊ laudabilis chimi erunt ab hominibus eligenda vt ex iam dictis patet manifeſte.

❡ Ca. xlv. oſtēdit quis modus ſubſtantie ciborũ eligendus ſit ad ſanitatē: ſcilicet an groſſi vel ſubtiles cibi ſint mãducãdi: et qui ſint huiuſmodi declarat.

Q Uia poſſet quiſpiã dubitare circa modũ ſubſtantie ciboꝛũ: an. ſ. ſubtiles ſeu groſſi magis cibi ſint ad ſanitatis cõſeruationem eligendi: et ideo in pꝛeſentiarũ de tali modo eſt aliquid dicendũ cũ ſubtiles neq; groſſi cibi abſolute nõ fuerint ab auctoꝛibus cõmendati: ſed anteq̃ hoc declaremus intelligendũ eſt iuxta Haliabatis ſniam in. v. theoꝛice. c. xiiij. q̃s cib⁹ ſubtilis et quis groſſus eſſe dicat: inquit enĩ ipſe eo in loco ꝙ ſubtilis cibus eſt cuius q̃titas magna coꝛpus pauco paſcit nutrimẽto groſſus aũt dicitur cui⁹ q̃titas pauca coꝛpus plurimo reficit nutrimento: tẽperatus aũt inter groſſum et ſubtilem eſt: cuius moderata q̃titas moderate nutrit. Si autem multa ſit eius q̃titas multũ: et ſi pauca: parũ: poſtea exẽplificat dicens. Cibi ſubtiles ſunt vt caro pulloꝛũ: piſces parui: lactuca: et hmõi opoꝛtuni his qui parui ſunt laboꝛis et exercitij. groſſi aũt cibi ſunt caro vituli magni: et piſces grãdes ſolide carnis: caſeus recens et ſimiles cõuenientes his qui magni ſunt laboꝛis et exercitij: et q̃ virtutis neceſſariũ habẽt augmentũ: coꝛpoꝛiſq; coꝛpulentiã: et ideo bene diximus a pꝛincipio huius capituli ꝙ abſolute neq; cibi ſubtiles neq; groſſi appꝛobentur a ſapientibus: ſcõm quod etiam Iſaac in vniuerſalibus dietis ſenſiſſe videtur cũ ait in. c. viij. Mollia et tenera digeſtibilia facile ſũt in ſanguinẽ cõuertibilia et mẽbꝛis facile aſſimilanda: ſed in coꝛruptiones tranſduci leuiſſima et non diu in membꝛis permanẽtia. et infra dixit. qualiſcũq; cibus ſubtilis fuerit paruiſſimũ et debiliſſimũ mẽbꝛis tribuit nutrimentũ: cibaria vero dura ad dirigẽdũ ſunt: coꝛpus nutriẽtia ſi virtus naturalis ſuperat ea: qđ etiã voluit pꝛinceps in. iij. pꝛimi doc. ij. c. vij. cũ inq̃t. Nutriẽtia ſubtilia ſunt magis ſanitatis cõſeruatiua: et virtutẽ minus iuuant: ⁊ foꝛtitudinẽ. Et groſſa ſunt iſtis cõtraria. Et igitur qui foꝛtitudine indiget nutrientia foꝛtis chimi ſunt neceſſaria: Uerũtamen ex eis nõ multũ comedant: ideo vt digerantur. ne quis aũt audiẽs qđ nutrientia groſſa magis virtutẽ confoꝛtẽt decipiatur: exiſtimãs ea pꝛe alijs foꝛe accipienda: debet etiã cõſiderare ꝙ tardi ſunt digeſtionis: et nõ niſi exercitatis cõueniẽtia: quieſcẽtibus aũt maxime inimica: vt iam ex Haliabatis ſerie ſupꝛa viſum eſt. et vt multo clarius ex verbis Iſaac colligit dicentis in vniuerſalibus dietis. c. viij. Cibaria groſſa nõ ſunt laudabilia quietis et non habentibus exercitia in his enĩ caloꝛe: quiete cõgelato talia nõ digerunt: ideoq; cauenda ſunt. Que quoq; fuit ſentẽtia Gal. in libꝛo de euchimia ⁊ cachochimia. c. ij. dicentis. Cibarioꝛũ que groſſos ⁊ viſcoſos generãt humoꝛes nutriuiſſima oĩm ſunt: etſi digerantur bene in ventre: valde benignũ ſanguinẽ generare nata ſunt. Manifeſtum eſt aũt ꝙ qui in quiete permãſerint ea bene digerere minime poſſunt. Et propterea ipſe eodem in cap. que media ſunt cõmẽdauit his. ſ. qui neq; omnino ocioſi ſunt neq; foꝛtibus ſunt aſſueti exercitijs: dicens. Inculpabiliſſima cibarioꝛũ ſunt q̃ inter ſubtiliantia ⁊ ingroſſantia exiſtunt qualia ſunt optimi panũ ⁊ carnes gallinarũ ⁊ faſianoꝛum ⁊ perdicũ ⁊ colũbarũ ⁊ turturũ ⁊ merularũ ⁊ paruarũ auium oĩm: adhuc aũt ⁊ petrinoꝛum piſcium: ⁊ marinoꝛũ ⁊ ceteroꝛũ nullũ fetoꝛem habentiũ. Et infra ait. Optimus cibus coꝛpoꝛibus noſtris eſt qui nõ eſt ex ſubſtantia groſſa neq; viſcoſa ex quo ſanguis cõſiſtentia moderatus generat. Et in libꝛo de diſſolutione continua ſic diffuſiſſime hãc materiã ꝑtractauit di. Et qui eſt in coꝛpoꝛe tẽperatus ⁊ ſanus nec laboꝛ eius eſt multus nec eſt laboꝛ in virtute: melioꝛa ſunt ei cibaria media inter ſubtilia ⁊ groſſa: q2 ipſa ei cõueniunt ⁊ non debilitant ſubtilia nec generãt cruditatem ⁊ oppilationẽ ſicut groſſa: ⁊ poſtea exẽplificat. Queadmodũ eſt omnis panis bñ ꝑparatus arte: ouũ gallinaꝝ: caro hedi ⁊ aĩalis agni ⁊ pecudũ: ⁊ caro pulloꝛũ ⁊ colũbarum ⁊ paruarũ auiũ: licet hec duo ſanguinẽ generẽt calidioꝛẽ ⁊ groſſioꝛẽ ſanguine tẽperato: epata quoq; pulloꝛũ anſerũ ⁊ aſſelle ipſoꝛũ que ſunt temperata: licet reliquũ coꝛpus eoꝛũ ſit multarũ ſuperfluitatum. Et oĩs auis q̃ eſt multi motus ⁊ cuius paſcua ſunt in loco boni nutrimenti ⁊ mundi aeris. Et ſimiliter oĩa oua bene pꝛeparata ⁊ maxime que ſunt pꝛoiecta ſuper aquã calidam ⁊ recipiuntur anteq̃ indureſcãt ſunt tẽperate groſſitiei. Et oẽs piſces non dure carnis: nec multe viſcoſitatis: aut quibus nõ eſt viſcoſitas ⁊ ſunt boni ſapoꝛis ⁊ quoꝛũ paſcua ſunt in aq̃s mũdis a foꝛditie: ⁊ qui in aquis fluminũ ſunt tẽperari ⁊ boni nutrimenti. Et de fructibus vue ⁊ ficus q̃ ſunt bene mature ſup arboꝛẽ ⁊ cito deſcẽdunt de coꝛpoꝛe. Quod enim generat ex eis tẽperatũ eſt in ſubtilitate. Et de oleribus: lactuca: endiuia: ſparagi. Et omne vinum cuius coloꝛ eſt granati clarus nec eſt nimis antiquum ⁊c. Hec ergo inter cibaria ſunt vtenda ſicut groſſa inter alia ſunt maxime fugienda ⁊ ab ipſis etiã exercitantibus: q̃uis minus eis noceant q̃ quieſcentibus: tum quia dura ſint ad dirigendum: tum etiam quia ſanguinem generent groſſum ⁊ oppilatiuum. Et ꝙ etiam in laboꝛantibus ſint ſuſpecta apparet ex ſententia pꝛincipis in. iij. j. capitulo allegato dicẽtis. Nutriens groſſum qđ exercitati ⁊ multi laboꝛis comedunt propterea quod ab eoꝛum epate rapit cũ nondũ ſit digeſtũ pꝛeparat eos ad egritudines ꝑnicioſas in fine vite aut in eius pꝛincipio licet ſint in ſua cõfidentes digeſtiua. Et in. iiij. j. c. pꝛimo iterum ait. Et nos q̃dẽ terremur a nutriente groſſo cũ pꝛo certo ſciamus ꝙ ex eo accidant oppilationes ⁊c. Concludamus itaq; ꝙ ad ſanitatẽ conſeruandã cibi valde groſſi ſint ab oĩbus euitandi ſubtiles vero a laboꝛantibus: medij autem a medio modo ſe habentibus. Qui ſubtilioꝛes ⁊ groſſioꝛes eligantur pꝛout maioꝛibus aut minoꝛibus appꝛopinquauerint homines exercitijs dicente Iſaac vbi ſupꝛa. Membꝛis confoꝛtandis cibi ſunt neceſſarij groſſi. ſ. nõ multum ⁊ ad digerendum duri. Regimẽto vero ⁊ cuſtodie ſanitatis leues cibi et faciles et actioni nature obedientes ⁊c.



¶ Capitulum. xlvj. oſtendit que ſint cibaria groſſa que delicatis pꝛopꝛie et quieſcẽtibus maxime inimicantur. Et an duris vel mollibus cibis vtendum ſit.

AD cōplementū conſiderationis noſtre de ciboꝛum qualitate: dicēdū eſt de vtilitate temperātie reficientiū: que quidem non modo vtilis: verū etiam ad ſanitatis cōſeruationē neceſſaria: eo ꝙ quādoq; calida vel frigida nimis ſint nobis oblata: ſimiliter ſicca vel humida: que tñ ſic incoꝛecta pernecabilia videntur eſſe ⁊ ſepiſſime egrotare faciētia: vt ſupꝛa viſum eſt: cum de pꝛima ciboꝛum qualitate loquerem̄ur: quāobꝛem ne hmōi male vel excellentis qualitatis nobis nocere poſſint: debemus ea coꝛrigere ⁊ tēperare cum ſibi cōtrarijs. ſ. calida cū frigidis. humida cum ſiccis ⁊c. ſcd̄m ꝙ pꝛecepit Auicēna in.iij. pꝛimi doc.ij.c.vij. dicens. Frigidum nutriens ſicut cucumer ⁊ cucurbita tēperetur cū eo qd̄ ei exiſtit cōtrariū: ſicut allia ⁊ poꝛri: ⁊ ſi fuerit calidū: cū eo qd̄ eſt frigidū temperet̄: ⁊ ſi oppilatiuū fuerit: cū eo qd̄ aperiat et euacuet ⁊c. Et infra etiā ſubiūxit. Et cui res dulces nocent: acetoſa bibat: cui ꝟo acetoſum nocet: rē dulcē poſt ipſum comedat. Idem quoq; in cāticoꝝ parte.ij. textu cōmēti.xix. ſcripſit. Cibi ſunt ꝑmiſcēdi. ſ. humidi cū ſiccis: dulces cum acetoſis. frigidi cum calidis ⁊c. Cuiꝰ hec eſt ſeries. Eſt aūt humidū et lubꝛicū ſtiptico imponēdū. Eſtq; ſapoꝛ dulcis acetoſo vniēdus: et ſiccū cum humido rectificādū: ⁊ frigidū cū calido et ecōtrario. Qd̄ ſi timeatur defedatio oleaginoſi vel eiꝰ qd̄ ē male digeſtionis ratione pinguedinis addatur ſal eis aut aliq̄d acutū: nā hec iuuant ad ſubtiliādū. qd̄ etiā voluit Raſis in.xxv. cōtinētis.c.j. cū ait. Et ſi coactꝰ dederis alicui nutrimētū incōueniēs: miſce cum co aliqd̄ cōueniēs ad remouēdū nocumētū ipſiꝰ mō q̄ꝫtitatis ipiꝰ ⁊c. Hoc etiā ſenſiſſe videt̄ Yſaac in vniuerſalibꝰ dietis.c.xiiij. di. Caro q̄ calida fuerit in ſui cōplexiōe: cū vua acerba ⁊ aceto pomi citrini. ſ. arantij aut limonis vel mali granati et ramis poꝛtulace aptet̄. Si ꝟo accipiētis natura ſicca fuerit: cū aceto ⁊ cucurbite ſucco: ⁊ ſucco cucumeris ⁊ citruloꝝ ⁊ lactucarū ſuū caloꝛē temperantium ⁊c. Hoc igitur obſeruetur pꝛeceptū cōſiderata ſbā ⁊ q̄litate ciboꝝ in ſeipſa cū tēꝑato coꝛꝑi vel ſatis bñ cōplexionato exhibentur. Nō minuſq; obſeruādū ē id qd̄ diximus ex ꝑte ſuſcipiētiū: iuxta ſniaꝫ Gal'. in lib. de euchimia et cachochimia ſic ſcribētis. Sanatiuarū dietationū neo ſcitoꝛ erit final'r: niſi cognoſcat coꝛpoꝝ naturas: q̄bꝰ nec adducūtur. Quedā enī dēſa ſunt ⁊ difficile trāſpirabilia. Quedā ꝟo rara ⁊ de facili euacuabilia ⁊ indigēt vt palā ē: cibo hūidioꝛi pꝛima: ſiccioꝛi ꝟo ſcd̄a. Et illa q̄dē groſſioꝛi: illa aūt ſubtilioꝛi: et illa q̄dē paucioꝛi: illa ꝟo āplioꝛi: ita aūt ⁊ q̄cūq; melācholicū hn̄t ſanguinē humidis ⁊ calidis cōplexiōe indigēt cibis: ſicut et q̄cūq; cholericū humidis et frigidis: ſil'r aūt ⁊ q̄cūq; ſunt phlegmatici calidis et ſiccis: q̄cūq; vero ſanguinē benignū aggregāt amplioꝛē: paucioꝛibꝰ q̄dē cibis indigēt: apparētē aūt nullā hn̄tibꝰ ꝟtutem minime: ſꝫ cōſiſtētibꝰ in medio ⁊c. Qd̄ clariꝰ inuit in lib. de diſſolutiōe ꝯtinua cū ait. Itaq; opꝫ qn̄ dn̄ans eſt ſcd̄m coꝛpꝰ ſanguis mūdus. ꝙ adminiſtrētur cibi eq̄les in quātitate tēperati in naturis ſuis: ⁊ qn̄ eſt phlegma dn̄ans opꝫ vt ſint cibi calefacietes et exiccātes. et nutriatur cū his q̄ addūt i caliditatē ⁊ ꝯſumāt hūiditatē: ⁊ qn̄ ei fuerit dn̄ans colera opꝫ ꝙ nutriat̄ cū his extiguunt ipaꝫ et addūt in hūiditatē: et qn̄ ei nigra cholera dn̄at̄: opꝫ vt nutriat̄ cibis calidis et humidis: et cū coꝛpꝰ eſt ſpiſſum tarde diſſolutiōis: opꝫ vt nutriat̄ cibis paucis ⁊ ſubtilibꝰ hūidis: q: paucū ē qd̄ diſſoluit̄ de coꝛꝑe: ⁊ qn̄ coꝛpꝰ fuerit rarū: opꝫ vt nutriatur cibis ml'tis groſſis ſiccis ⁊ viſcoſis ꝓpter ml'titudinē eiꝰ qd̄ diſſoluit̄ de coꝛꝑe. ⁊ hꝰ regimē eſt cōueniēs de neceſſitate niſi ſit in aliq̄ coꝛpoꝛis membꝛoꝝ leſio ⁊c. hec ipſe. Et ideo temperanda ſunt reficientia vt diximus altera iam dictarū duarum ratione. quare ⁊c.

¶ Cap.lviij. oſtendit q̄ debeat eſſe refectionis quātitas: et que nocumenta pꝛoueniant ex ſuperflua.

Viſa ſubſtantia ⁊ qualitate reficientium: de quātitate ipſoꝛum volumus impꝛeſentiarum dicere cum paucioꝛes homines ſi exceſſiua fuerit q̄ꝫ qualitas ipſa nō

interimat: aut ſalteꝫ ad pernicioſas egritudines nō perducat. dicente Eccleſia.in.cap.xxxvij. Propter crapulam multi obierūt. Qui autē abſtinens eſt adijciet vitam. Quod ſenſit Auicēna in tertia primi doc. ſecunda.cap.ſeptimo dicens. Vehemens repletio in qualibet diſpoſitione eſt pernecabilis ſiue ex comeſtiōe ſit: ſiue ex potu: quot nāqꝫ hoīes ſupfiue ſe repleuerūt ⁊ ſuffocati interiere. ⁊ infra. Nihil eſt deterius ꝙ̄ faſtidium .ſ.ſequens repletionē ⁊ proprie cum fuerit faſtidium ex malis nutriētibus. propterea quod cū faſtidiū puenerit ex groſſis nutrientibus hereditare faciet iuncturarū dolores: ⁊ renū: ⁊ diſniam: ⁊ podagrā: et ſplenis ⁊ epatis groſſitiem: et phlegmaticas egritudines et melācolicas: quod faſtidiuꝫ ſi ex ſubtiliantibus acciderit nutrientibꝰ: prouenient ex ipſo febres acute et erratice ⁊ maligne ⁊ apoſtemata mala acuta ⁊c. Hoc etiā ſenſit Gal. in ſecundo de accidēti ⁊ morbo.c.iij.di. Sicut cauſa frigidi morbi plenitudo potus: ſic nimia abundātia cibi: lꝫ eū corporis ſit nutritiuus et ipſi cōueniēs: cauſa tū̄ eſt frigidorum morboꝝ. et in libro de diſſolutione continua ſic etiā ait. Obſeruanda eſt ciborum menſura: ita vt ſint in mēſura virtutis digeſtiue: quia et ſi eſt cibus in ſeipſo bonus ⁊ corpori cōueniens et eſt virtutem digeſtiuam debilitans quantitate ſua generatur ex ipſo nutrimētū malū quod diuerſoꝝ morborū eſt occaſio ⁊ precipue frigidorum: vt dictum eſt. Modum aūt et principiuꝫ cauſandi tales infirmitates poſuit Auicē. in canticis textu cōmēti.clxxxiij. dicēs. Vehemēs ſaturitas et crapula calorē ſuffocat ⁊ extinguit: quemadmodū excedēs olei q̄titas extinguit flāmaꝫ lampadis donec ſpm oīno ſuffocet: vt inquit Auerrois in eiꝰ cōmēto. et ppterea dicēdū eſt cū Petro Apoſtolo. Fratres ſobrij eſtote ⁊c. Et ſimiliter cum principe in tertia primi doc. et.c. vbi ſupra. ſic ſcribente. Ex cibo nullus eſt ita replendus: vt nō ſit ibi locus ſupfluꝰ: ſꝫ ab eo ē remouēdus reliquijs deſiderij adhuc in aīa remanētibꝰ: hec eū famis reliquie poſt horā vnā deſtruūtur: qm̄ nulla eſt deterior comeſtio ꝙ̄ que ſtomachi grauitatē facit. vt idem ait ibi: ſꝫ parū infra. que fuit ſentētia Ariſto. in prima pblematū pblemate.xlvij. dicētis. Sanū eſt a cibo ſubtrahere: et cauſam ſubiūgit dicens. Quia egritudinis cā eſt multitudo ſuperfluitatis. hec autē ſit quotiēs nutrimenti ſupabūdātia fuerit. et in eius cōmēto Paduanēſis noſter ſic inqt. Huius ꝟo exceſſus ſuperfluitatum cauſatur quocūqꝫ modo nutrimentum ſuperabūdauerit ita ꝙ natura ipſo nō indigēs nō digerit: necꝫ poſtea cōuertit: ſꝫ indigeſtū pmanēs cōuertit in ſupfluitates. q̄ demū modica occaſiōe cōmote mouētur ad putrefactionē cāntes egritudinē. hec ipſe. Et ppterea dixit Raſis in.xxv. cōtinētis.c.j. ꝙ ſatietates nauſeatiuas in aliquo tpe ſequūtur accidētia huiuſmodi .ſ. inflatio: cōpunctio: ſolutio vētris: nauſea: defectus appetitus cibi: aut exercitio eiꝰ: remiſſio corporis: groſſa mens: negligentia: pōderoſitas capitis: ⁊ aurium dolor: ⁊ ſtomachi anguſtia: impeditꝰ intellectus: calamitas: melācholia: colica: vitiū ſplenis: epatis ⁊ articuloꝝ: corpus laxuꝫ ⁊ febris. Et infra etiā dixit. De maioribus cauſis habētibus vim in corruptione ſanguinis ſunt ſatietates nauſeatiue illate frequēter q̄ quotiēs fiunt de nutrimentis malis: peiores ſunt: ⁊ ſi fuerint de groſſis generāt morbos groſſos: Et ſi de ſubtilibus morbos calidos. Quāobrē perutile nimis eſt cōſiliū ſurgere a menſa cum aliqua ſanus particula adhuc remanſerit et p̄cipue obſeruandū ab habentibus frigidū ſtomachū: qui longe plus appetit ꝙ̄ bene digerere poſſit: teſte Gal. in.ij. Techni textu cōmēti.cxiij. ſic dicētis. Frigidus natura venter appetere quidē bonus: digerere ꝟo nō bonus: ⁊ maxime quicūqꝫ difficile mutabiles ⁊ frigidi ciboꝝ fuerint: aceſcunt enim hmōi cito in ipſo ⁊c. Quē textū ſic gloſant Hali et ceteri ipm exponentes ꝙ frigidus ſtomachus plus appetit ꝙ̄ digerat ⁊c. In habētibus ꝟo ſtomachū valde calidū oppoſitū eſt faciendū .ſ. ꝙ aliquid vltra vires deſiderij eſt accipiendum: quia calidior natura venter digerit quidem melius ꝙ̄ appetat vt dixit Galie. vbi ſupra. perpauci tamen hmōi vētrem habētes reperiūtur: plurimi autē frigidum: ⁊ propterea tanꝙ̄ vniuerſalem regulam fecit philoſophus cum ait. Sanum q̄dem eſt a cibo ſubtrahere ⁊c.

Capitulum.lix. declarat que ſit competēs refectiōis mēſura vnicuiqꝫ ppria: ⁊ quotiēs ſit comedēdū in die: ⁊ quando plus: ⁊ quando minus.

Cum ciborum et potuū nō parua ſit habēria ſolicitudo in robur virtutis: vt quātitate commoderati ⁊ qualitatibus diligentiſſimi ſint: vt inquit Gal. in.vj. Terapētice.c. de tali ciborum menſura dicēdum eſſe iudicauimus: cum ipſa ad ſalutem corporis ſit maxime neceſſaria. Hec autem cōmoderata quātitas q̄ ſit in vnoquoqꝫ hoīꝫ: nec lingua proferri: nec calamo ſcribi pōt: ſed ſola experientia que magiſtra ſit virtutis: vt dixit Gal. in ſecundo de alimētis.c.x. Eſt illa que debet hāc cōmoderatā quātitatē inuenire: ⁊ ipſam vnūquēqꝫ docere. Scire igitur debet vnuſq̄ſqꝫ: ꝙ intētio quātitatis in cibarijs eſt vt nunꝙ̄ grauēt ventrē: licet difficile ſit hoc tale: ⁊ fortaſſis impoſſibile in valido ventre cuſtodiri penitus: vt inqt Gal. in primo terapētice.c.vj. A quo ſumpſiſſe videtur Princeps in primi doc. ſecūda.c.vij. cum ait. Cibi quidem mēſuratio exiſtit ſcd̄m viſum ⁊ virtutē: ⁊ vt menſura eius in eo qui ſane eſt virtutis ſit talis cū ipſum recipit: ꝙ ei grauitatē non afferat: necꝫ natet: et non accidat ex eo nauſea: necꝫ caninuꝫ deſideriuꝫ: necꝫ caſus: necꝫ ingenij pigritia: necꝫ inſomnietas: necꝫ ipſius ſapor in ructibus poſt tempus reperiatur ⁊c. Aduertendum eſt igitur ꝙ cū aliqđ predictorum affuerit preaſſumptā ciborū quātitatē oſtendet cōmenſuratā non fuiſſe: ⁊ ideo conſilio eiuſdem Auicē. vti debet dicentis vbi ſupra. ꝙ ſi aliqua die ſuperuenerit grauitas ex cibo precomeſto vel aliqđ predictorū .ſ. ſequēti die famelicus maneat: ⁊ ſomno vtatur prolixiore: ꝙ ſi ſomnꝰ ei nō aduenerit: multo vtatur inceſſu ſuauiter ⁊ cōtinuo in quo nō ſit quies ⁊c. Deinceps autē ſibi cauere debet a tanta ciborum quantitate egritudines et nocumenta q̄ in precedenti.c. diximus incurrat. De mēſura aūt numeri refectionis in die naturali ſciendū ꝙ cōſuetudo eſt maxime obſeruanda cū ſit altera natura teſtibus Hipocrate Ariſtote. Gal. ⁊ Auerroi in pleriſqꝫ locis: licet Auerrois ipſe in.vj. colliget in.c. de regimine corporis temperati in fine ſic dicat. Noui medici ſentiunt ꝙ cōuenientia tēpora comedēdi tēperatis cōplexionibus ſunt: vt tribus vicibus refectio duobus celebretur diebus: ⁊ iſti mihi videntur veritati magis appropinquare: ⁊ etiam admirabilis Auenzoar huic aſſentire videt̄. hec ipſe. Cuius dicti fundamentū ⁊ rationē poſuit in pte ſecūda canticorū commēto.xij. dicens. ꝙ ſcd̄m ꝙ̄ quidam opinati ſunt: actus digeſtionis tertie nō perficit̄ niſi in decimooctaua hora: conſtat aūt ꝙ laudabilior modus reficiendi eſt: cum reficitur quis iam pfecta digeſtione cibi preaſſumpti. qđ etiā videtur voluiſſe Auicē. in textu preallegati commenti: ⁊ in tertia primi cū ait. Ex vicibus ſaciantis comeſtionis eſt vt homo vna die ſemel: ⁊ altera bis: mane .ſ. ⁊ veſpere comedat. ⁊ ſubdit. Verūtamen in hoc vſus multū eſt cōſiderandus: qm̄ ille q̄ bis in die comedere cōſueuit ſi ſemel comedit debilitabitur ⁊ laſſabitur eius virtus. ⁊ proſequitur. Sed qui digerendi debilitatē habet: bis comedere debet: ⁊ raro ſemel comedat in die: ⁊ qui ſemel in die comedere conſueuit: ſi ad bis comedendū redibit: accidet ei debilitas ⁊ pigritia ⁊ laſſitas ⁊c. Que fuit ſentētia Raſis in.xxv. continētis.c.j. dicētis. Nemo dꝫ mutare conſuetudinē in numero tēporū comeſtionū: qm̄ qui eſt vſus comedere bis in die: ſi ſemel in die ſumit cibum debilitabitur valde ⁊ laſſum erit corpus eius: rubeſi et vrina: ⁊ ſuſpendentur eius viſcera: ⁊ qui vſus eſt comedere ſemel in die: ſi bis ſumit cibum ſuum: ille cibus pōderoſus erit ſuper ſtomachū ipſius: quia ſtomachus conſueuit digerere cibum ſemel ⁊ non bis. ⁊ infra dixit auctoritate Rufi. Habēs quoqꝫ corpulentum corpus ⁊ lene: ſemel comedat in dimidio diei: ſꝫ habēs corpus macilentū comedat bis in die leuiter in prandio: et in cena abūdanter q̄ oīa dicta ſunt etiā per Gal. in libro de diſſolutione cōtinua ſic ſcribentem. Antiqui preferebant cenā prādio p̄cipientes ꝙ ſumeretur plus in cena propter aggregationeꝫ caloris in interiora corpis frigiditate noctis ⁊c. Et poſt aliqua ſubdit de horis comeſtionis dicēs. et cōſuetudo in eis addit parteꝫ magnam: qm̄ q̄ conſueuit prādere et remouetur ab eo et eſt cōtentus: cena magnificat nocumentum cibi: et qui conſueuit ſumere cibū in aliqua hora determinata: et mutatur ad aliam preter iſtam horam declarabitur ſibi hec permutatio nociua ⁊c. Multa quoqꝫ alia dixit de cōſuetudine huiuſmodi horarū: que omnino debet obſeruari etiā ſi mala fuerit: ⁊ iam eſt antiquata ⁊ ſupermutari debet non niſi paulatim. Concludamus igitur ꝙ vſus eſt obſeruandus dicentes cum Hippocrate in primo aphoriſmoꝝ aphoriſmo.xvij. ſic ſcribente. Quibus ſemel: aut bis: aut amplius: aut minus: aut ſcd̄m partem: dandum eſt aliquid: tempori ⁊ hore et regioni et conſuetudini: quare ⁊c.

Cap.lx. oſtendit ꝙ diuerſa cibaria in vna refectione nō ſint aſſumēda: declarans nocumenta que peueniunt ex ipſa diuerſitate.

Quam plures ſane viuere deſiderantium que diximus in precedenti.c. conātur ad vnguem obſeruare: peccant tamē in multiplici reficientium diuerſitate: non conſiderantes eius nocumenta: et in hunc errorem potentes oēs fere non ſolum ſepe: ſed ſemper et quotidie ſolent incidere: et ob hanc cauſam multotiens infirmant̄: quoniā hmōi pluralitas: et ciborum et potuum diuerſitas nō ſolum non digerit̄: ſed in ſtomacho vt in pluribꝰ corrumpitur: et in prauos et pernecantes humores cōuerti cōſueuit: corruptio autē digeſtionis eſt mater egritudinuꝫ et origo chronicarum infirmitatum: vt dixit Aui. in.xiiij. tertij tractatu tertio.c.ij. Quod cōſiderās ſapientiſſimus Salomon in fine.xxxvij.c. eccleſiaſtici ſic conſulit dicēs. Noli auidus eſſe in omni epulatione: et nō te effundas ſuper omnē eſcam: in multis eū̄ eſcis erit infirmitas. Unde Horatius. Nempe immacreſcunt epule ſine fine petite. propter hoc quoqꝫ exclamat Lucanus in.iiij. dicens. O prodiga rerum luxuries paruo nunꝙ̄ gaudere paratu: Et queſitorū terra pelago qꝫ ciborū. Ambitioſa fames ⁊ laute gloria mēſe: Diſcite ꝙ̄ paruo liceat producere vitam. Et ꝙ̄tum natura petat. ⁊c. Que quoqꝫ fuit medicoruꝫ ſententia. Dixit enim Gal. in.iij. regiminis acutorū cōmento.xxxvij. ꝙ diuerſitas rerū que comedūtur ⁊ pprie quando non ſunt ſimiles in virtutibus ſuis facit ſtomacho inquietudinem. Et in.v. de regimine ſanitatis idem ſenſiſſe videtur cum ait. Non debemus nociuis vtile miſcere cum poſſumus ipſo vti ſolo. Et in libro primo de iuuamentis membrorum capitulo quarto circa principium ſic inquit. Res compoſite ex multis rebus ſunt velocioris corruptionis quam res compoſite ex paucis. A quo ſumpſit Raſis in xxv. cōtinentis.c. dicēs. Tempus comeſtionis nō debet eſſe longum ⁊ tarduꝫ valde multiplicatis modis cibariorū in eo: cum primum cibarium ſit diuerſum alteri in digeſtione dato in fine ⁊ graue ſiat ſuper ſtomachum ⁊c. et princeps in.iij. primi doc.ij.c.vij. hos imitatus ſic ait. Nihil deterius eſt ꝙ̄ diuerſa nutriē

tia ſimul adiungere: ⁊ poſt in comedendo tēpus pꝛolongare: quoniam cum poſtremum nutriens aduenit pꝛimum iam incepit digeri. Nutrientis ergo partes in digerēdo nō aſſimilantur. et infra dixit iterum Cibaria diuerſa a duabus impediūt partibus: Una earum eſt pꝛopter diuerſitatem eoꝛum in digerendo et quoniam quod ex eis eſt digeſtū. ei admiſcetur qđ non eſt digeſtū. et ſcđa quoniam aliquis plus poteſt comedere ex vno cibario q̃ ex alio. In tēpoꝛe enim antiquo q̇ exercitabantur iam fugierunt ab hoc: contenti enim erant ſolius carnis comeſtione in mane: ⁊ ſolius panis in cena. hec ipſe. Sint igitur ſimplices aut perpauci ⁊ non diuerſi cibi in genere ⁊ in ſpecie vt bene digeri poſſint: ⁊ inuicem ſe nō impediant: quēadmodum in diuitum cōuiuijs ſolet eſſe: in quibus valde diuerſi exiſtunt cibi: vt carnes plurimū animalium ⁊ diuerſimode pꝛeparate que ſpecie tantum differre dici poſſunt poſt quas quandoq̧ piſces: lacticinia: fructus: ⁊ poſtremo cōfectiones admiſcent in ſui coꝛpoꝛis q̃ citiſſimū interitum: quare ⁊c.

¶ Cap. lxj. oſtēdit quis oꝛdo in diuerſoꝛū reficientiū aſſumptione ſit obſeruādus: ⁊ qui cibi anteponendi ſint: ⁊ qui poſtponendi.

Cum nolint potentes quod diximus de omiſſione diuerſitatis ciboꝛum vllis pꝛ ſuaſionibus vel rationibus obſeruare. Cū eis videretur ꝙ nō ſolum nobilitatē ſed diuitias ipſas amiſiſſent ⁊ eo magis pꝛopter hoſpitantes qui ad eoꝛum domos non raro ſolent peruenire. Ideo dicendū eſt in hoc. c. ꝙ ſi omnino volunt ciboꝛū diuerſitatē in eoꝛū menſis habere: oꝛdinem tamē debitum nō aſpernāt: qui ⁊ ſi omne nō tollat nocumentū diuerſitatis: iuuat tamē plurimum: ſicut ſi negligatur facile ad egritudines perducit: vt viſum eſt Hipotetici in libꝛo de pharmacijs ſic ſcribenti. Uane ⁊ negligenter traditi cibi perturbant homines ⁊ eos egrotare faciūt. Talis igitur oꝛdo eſt obſeruādus: ꝙ ſemper cibi lubꝛici ſubtiles: et cito penetrabiles ⁊ facile digeſtibiles: ſimiliter ⁊ cachochimi vt fructus aquoſi ⁊c. talia groſſis ⁊ durioris digeſtionis reficientibus anteponantur: et hoc fiat ne inuicem coꝛrumpantur dicēte Iſaac in de vniuerſalibus dietis. c. iiij. Opoꝛtet a cibis incipi leuioꝛibus ⁊ ad digerendum facilioꝛibus: poſtea groſſioꝛibus ⁊ tardioꝛibus dietare: vt cum deſcendit ſubtilis digeratur: ⁊ non offendatur: ⁊ non ſit a quo retineatur. Cuius quidem rationem in eo. c. aſſignauit dicēs. Cibus coꝛrumpitur cū accipit ab initio groſſus ⁊ ad digerendū tardus: poſt aūt ſubit ſubtilioꝛ ⁊ digeſtioni facilis: qui ex leuitate ſui cito digeſtus: ⁊ exire incipiens a grauioꝛi egredi pꝛohibetur: remanet ergo aliquandiu ⁊ mutatur in fumoſitatē: ⁊ gñatur cholera in ſtomachis calidis: vel mutatur in acetoſitatē ⁊ putredinem quibus ſtomachus eſt frigidꝰ Et pꝛopterea in. c. xx. libꝛi eiuſdem inquit. Concoꝛdati ſunt antiqui in hoc ꝙ cibaria que velociter ſunt deſcendentia: facile venas penetrantia: ante cibū pꝛimo ſunt dāda: q̄ aūt ad hoc tarda poſtrema. Cibus eñ facile digerēdus ſi extremꝰ accipiat ⁊ digerat ⁊ exire feſtinꝰ ſit: repugnat ſibi grauis anterioꝛ cibꝰ ⁊ exire nō pmittit. Cū aūt exire nō poſſit innatat: ⁊ a caloꝛe groſſi cibi calefit: ⁊ ebulliēs velociter coꝛrūpit et ideo poſtea concludit ꝙ pꝛopter hoc molles cibi ⁊ liquidi ante duros ſunt accipiēdi. Hoc etiam voluit Raſis in. xxv. cōtinentis. c. j. ⁊ Auicē. in. iij. j. doc. ſcđa. c. vj. cum ait. Nutrientia oꝛdinē in ſui receptione debent habere: in quo ſanitatis cōſeruatoꝛ ſolicitꝰ eſſe debet: ne illud qđ ſubtile eſt ⁊ qđ cito digeritur poſt foꝛte nutriens quod ſit eo durius in cibo ſumat: quia pꝛius digeritur q̃ ipſum: ⁊ ſuper illum natabit non habens viam qua penetret: putrefiet ergo: ⁊ coꝛrumpetur ⁊ coꝛrūpet illud quod ei admiſcebitur ⁊c. Fuit quoq̧ hec Gal. ſententia in pꝛimo terapentice. c. vj. dicentis. Suſcipiendus eſt imbecillis cibus pꝛimum vt ⁊ digeſtus ſit cito ⁊ ſubeat eiꝰ ſuperfluitas. et vacuo ⁊ puro vētri ſecūdus cibus detur. et in. ij. de Alimentis. c. x. ait. Utile eſt ſcire eoꝛū que ad ſeceſſum incitant edulioꝛū: quoniā poſterica quidem opoꝛtet ſumere que tardi ſeceſſus: omniū autē pꝛima que permeant quidē celeriter coꝛrūpenda autem ſi tardauerint in ventre. Et in. c. xviij. eiuſdem. ij. ſic etiā inquit Meminiſſe opoꝛtet huius quod eſt cōmune omnibus quecūq̧ cachochimia humida ⁊ lubꝛica ⁊ facile ſubire potentia ꝙ comedere opꝫ ipſa pꝛioꝛa alijs: ſicut enim ipſa celeriter ſubeunt ⁊ illis viam faciunt: vl. aūt ſumpta ſimul coꝛrūpūt ⁊ alia. Clarius q̃ꝫ hoc dixit in lib. de diſſolutiōe cōtinua his verbis. Debemus pmittere ex cibarijs q̄ opꝫ pmittere ⁊ poſtponere q̄ opꝫ poſtponere: quia eniꝫ aliqñ aggregat hō cibos lenientes coꝛpus in vna comeſtione ⁊ cibos ſtipticantes ipſum. Quod ſi pꝛemiſit lenitiuū ⁊ ſecuti ſunt ei alij: leuiter deſcendunt poſt digeſtionem cibi. Sed quando pꝛemiſit ſtipticū ⁊ ſecutus eſt leniens non deſcendunt ſed coꝛrumpitur totū. et hoc ideo qꝛ lenitiuus ſeparatur inter ſtomachum ⁊ inter deſcenſum cibi ſtiptici: remanens in ſtomacho poſt digeſtionem ſuam coꝛrumpitur ⁊ coꝛrumpit coꝛruptione ſua cibum alium. Sed quando eſt cibus leniens ante ſtipticum: leniens deſcendit poſt digeſtionem ſuam: ⁊ ſtipticum leuiter per vias deſcendit: et ideo ſi aggregat aliquis in comeſtione vna cibos velocis digeſtionis: ⁊ alios dure ⁊ tarde digeſtionis: pꝛeponat cibos dure ⁊ tarde digeſtionis in fundum ſtomachi: ppꝛoterea quia fundꝰ ſtomachi eſt calidioꝛ ⁊ potentioꝛ ſuper digeſtionem pꝛopter multitudinem compactionis eius: que eſt in eo de partibus carnis et ſuperius ſtomachi eſt neruoſum frigidum debilis digeſtionis ⁊c. hec ipſe. Que quidem ſane intelligenda ſunt. ſ. quando cibus facilis digeſtionis: ⁊ cibus difficilis digeſtionis non multū in hoc diuerſificarentur.



Quando tamen valde foꝛent diuerſi: vt communiter accidit: vt carnes ⁊ caſeus: pꝛoculdubio carnes pꝛeponi debent: et caſeus poſtponi: cum longe difficilioꝛis digeſtionis ſit caſeus: vt patet: ne carnibꝰ digeſtiuis et pernicare nō potentibus coꝛrumpant ⁊c. vt ipſe Gal. Iſaac. Auicen. et oēs cōuenere. Tutius tñ eſſe videtur pꝛopter difficultatē cognoſcendi certiſſime huiuſmodi menſuram et q̄titatem groſſis et ſubtilibus ſimul in vna menſa nō vti: qm̄ ⁊ ſi ſubtilia in fundo ſtomachi: et poſtea reponātur groſſa: aliqđ tñ inde pꝛouenit nocumentū dicente Auicen. in. iij. j. c. ſepius allegato. ꝙ ſanitatis cōſeruatoꝛ non pꝛimo comedere debet cibum labilem: ita vt poſt ipm cibū foꝛtem et durum ſumat: qm̄ cū ipſo. ſ. ſubtili labetur cū ad inteſtina penetrabit eo. ſ. groſſo nōdum tā integre digeſto q̄tum debebat ⁊c. Ex quibus ſatis patet ꝙ nil ſecurius eſt q̃ diuerſitatē ciboꝝ dimittere: vt oīs ſuſpitio coꝛruptionis nutrientiū auferatur: et ſanitas cū paucitate et ſimplicitate conſeruetur ⁊c.

¶ Capitulum. lxij. oſtendit qui cibi eligendi ſint ad ſanitatis cōſeruationem q̄tum eſt ex parte eoꝛum.

Quia poſſet mihi quiſpiam dicere: pꝛohibuiſti in pꝛecedentibus quedam reficientia ratione ſubſtātie: quedā ratione qualitatis: alia ratione ſapoꝛis: et nonnulla pꝛopter multitudinē: diuerſitatem ⁊ indebitū oꝛdinē. Que igitur cibaria dicis nobis conuenire? Cui reſpondebimus dicētes ꝙ illi ſunt pꝛe ceteris eligendi: qui bonū et laudabilem ſanguinē ſolent generare: ⁊ qui ſunt delectabiles (vt ſupꝛa diximus) et qui complexioni: conſuetudini: exercitio et tēpoꝛibus anni pꝛopoꝛtionantur: dummodo in ſua conuenienti hoꝛa quātitate et oꝛdine recipiātur: quēadmodum pꝛo parte viſum eſt in ſuperioꝛibus: ⁊ pꝛo parte in ſequentibus dicendum. Qui autem cibi ſint boni ſanguinis generatiui: ꝙ pꝛe alijs ſint eligēdi ratione ſui in hoc. c. manifeſtabimus: vt ceteris conſentientibus tātummodo ipſi aſſumantur. Dicamus igit̄ cū Auicen. in. ij. j. doc. ij. c. xv. ꝙ cibi quoꝝ natura vicinioꝛ ſubſtantie ſanguinis: ſunt ſicut vinū: ouoꝛū vitelli: et aqua carnes: et panis etiā: et caro: licet ſint parū per longioꝛa: nutrientia vero medicinalia ſunt ab hoc lōginqua. In tertia autē pꝛimi doc. ij. c. vij. dixit. Opoꝛtet vt cibus ſit talis: qualis ſunt carnes: et pꝛopꝛie ſicut carnes hedoꝛum et vituloꝛum lactentium paruorum: et agnoꝛum annualiū: et triticum ab extraneis rebus purgatum: quod ex meſſe ſana fuerit collectū: et cui nullum accidit nocumentum: et res dulcis conuenientis complexionis: et vinum bonum odoꝛē bonum habens ⁊c. Hec enim pꝛo ſanis et mediocriter laboꝛantibus magne cōuenire vidētur: ſicut que pꝛimi loco dixerat debilibus. Quod etiam voluit Gal. in libꝛo de euchimia cum ait. Inculpabiliſſima cibarioꝛum ſunt que ſunt inter ſubtiliantia et ingroſſantia: qualia ſunt optimi panum et carnes gallinarum et faſianoꝛum et perdicum et columbarum et turturum et meruloꝛum et paruarum auium: adhuc autē ⁊ petrinoꝛum piſcium ⁊ marinoꝛum ⁊ ceteroꝛum nullum fetoꝛem habentium ⁊c. Hi nanq̧ cibi ⁊ ſibi ſimiles generant bonum ⁊ laudabilem ſanguinem: quo nihil eſt melius ad ſanitatem cuſtodiēdam: vt inquit Iſaac in vniuerſalibus dietis. capitulo. xviij. Et vt omnia huiuſmodi cibaria vno conpꝛehendantur verbo: dicendum eſt cum eodem capitulo quinto libꝛi pꝛeallegati ſic ſcribente. Nullus cibus vtilioꝛ eſt in laudabili ſanguine generando: q̃ qui perfecte digeritur in ſtomacho. Si enim cibus in ſtomacho bene digeratur: ⁊ in alijs membꝛis ſimiliter quo nihil meliꝰ dicente Galieno in libꝛo de euchimia pꝛeadducto. Cibarioꝛū que digeruntur magis melioꝛes gignūt humoꝛes: nihil enim ad euchimam in omnibus cibarijs reperitur eque bonum ſicut digerere bene in vētre. Digeruntur autem bene cibi bone ſubſtantie ſi cum bono deſiderio ſiue appetitu accepta fuerint. Qui quantum faciat ad digeſtionem declarauit ipſe in libꝛo de diſſolutione continua cum ait. Et appetitus in opere digeſtionis cibi eſt maioꝛ pars: quia ſignificat ſuper conuenientiam ⁊ bonitatem ipſius: ⁊ quando ſunt duo cibi equales in bonitate: ⁊ eſt neceſſitas appetitus de eis ad vnum eoꝛum declinans conſentiemus dare rem appetitam pꝛe alia: quia cōuenientioꝛ eſt nature ſue ⁊ leuioꝛ ea in digeſtione. Et quando duo cibi ſunt: ⁊ vnus eoꝛum eſt melioꝛ altero: ⁊ neceſſitas appetitus in eo eſt ad peioꝛem declinans: eligimus eum ſuper melioꝛem eoꝛum: dummodo non timeamus ex ipſo nocumentum plurimum quod eueniat ex ipſo. Iuuamentum autem accidit ex eo pꝛopter bonum ſumere: ⁊ melius ſtomachum digerere ipſum hec ipſe. Utendum eſt igitur bonis cibis et cum deſiderio aſſumptis: vt bonus ſanguis inde generetur: quia nulli dubium eſt malum cibum malum ſanguinem generare: teſte Galieno in ſecundo aphoꝛiſmoꝛum commento. xxxvj. Humoꝛes autem augmentati cauſe conſiſtunt egritudinum: vt idē dixit in. iij. Techni textu cōmenti. clxxxvj. Quare qui dicti ſunt eligantur.

¶ Capitulum. lxiij. oſtendit ꝙ cibi ⁊ potus pꝛopoꝛtionati complexioni et conſuetudini ſint eligendi.

Cibi et potus complexioni vniuſcuiuſq̧ conuenientes ſunt: aut quia eam pꝛout eſt conſeruant: aut in melius reducunt: aut quia appꝛopꝛiati. Et pꝛopterea diximꝰ ꝙ ſi volumus pꝛeſentē ſanitatē et complexionem qualiſcūq̧ fuerint cōſeruare: ſibi ſimilia ſunt eligenda. dicente Galieno in tertio techni

textu cõmenti.xlviij. Oportet vt offeras ſimilia ſimilibus: qñ ſeruare vis corporis craſim qualẽ accepit. Cuius quidem ratio ab eodẽ aſſignatur.iij.de ingenio ſanitatis.c.iij.cũ inquit. Naturale cuſtodiẽdum eſt et cõfirmãdũ: vnde ſimilia ſunt ſemper ei neceſſaria. Et in.c.viij.eiuſdẽ ait. Naturalia cuſtodire ⁊ regere cum ſimilibus debemus: ſicut que extra naturã cum cõtrarijs expellere. Cũ igitur nobis intẽtio duplex ſit circa ſanos: aut cuſtodire corpus ſanũ: ſcðm ꝙ oportet: et ſcðm craſim quã habet: aut hanc ipſam meliorem facere. vt idẽ ait in.ij.Terapẽtice.c.vlti. Si ergo hoꝝ primũ aggredi voluerimus: tẽperata erũt dãda temperatis: et intemperata diſcraſiatis. dicẽte Iſaac in.j.c.dietarũ vniuerſaliũ. Tẽperatis cõplexionibus cibaria temperata: et etiã omni mala qualitate carentia: neceſſe eſt vt dentur. Si vero diſtẽperatũ fuerit corpus: intãtum cõtẽperãtias minui oportet: inquãtum eucraſia corrupta fuerit. Calidiora enĩ dãdo calidioribus: frigidiora frigidioribꝰ: et ſicciora ſiccioribus: humidiora humidioribus: vt iuſſit Gal. in iij.Techni.⁊ in.vj.de regimine ſanitatis vbi ſeries eiꝰ taliter ſonat. Scðm qualitatẽ familiaritates ſiquidẽ cuſtodire volueris cõplexiones: humidis quidẽ humectantes cibi cõgrui: ſiccis vero ſicci: ſi vero ſubalterare volueris cõtrarij cõgrui: ꝓpter hoc igitͬ ſi corpꝰ diſtẽperatũ voluerit ad meliorẽ reduci cõplexionem cõtrarijs cibis vti debet: qui tãtum a cibo diſtẽt temperato: quãtum et ipſum ab eucrato corpore receſſerit. vt docuit Gal.in.iij.Techni preallegato cũ dixit. Si velis permutare corpus ſiccum et calidũ: nõ ſunt adminiſtrãde calide ⁊ ſicce diete: ſed que tantum eucrata craſi ſunt frigidiores et humidiores ꝙ̃tum natura eius erat calidior et ſiccior. Et ideo Princeps in.iij.j.doc.ij.c.vij.dicebat ꝙ melãcholicus nutriente indiget vehementer humectante: et parum calefaciẽte. Cholericus vero eo qð humectat ⁊ infrigidet. Et ille quidem in quo ſanguis calidus ⁊ bonus: nutrientibus indiget frigidis ⁊ pauci nutrimenti. Et ille in quo ſanguis generatͬ phlegmaticus: nutriẽtibꝰ pauci nutrimẽti indiget in quibus caliditas ſit et ſubtilitas. Securior enĩ via hec eſt in corporibus diſtẽperatis vti.ſ.cõtrarijs: ꝙ̃ ſibi ſimilibꝰ. vt etiã ſenſit Gal. in.ij.de virtutibꝰ naturalibus.c.viij.dicẽs. Propter hoc calida cibaria calidis natura: et iuueneſcentibus in choleram prompti tranſmutantur: calido enim calidũ appropinquans in immoderatiorẽ craſem deſiſtit ⁊c. Et in ſexto de regimine ſanitatis etiã inquit. Facilius a ſimilibus cibis in morboſam diſcraſiam deueniunt: ꝙ̃ ſcilicet a contrarijs. Et propterea contrarijs eſt vtendum: vt etiam de mente eiuſdem diximus in capitulo.lvij. vbi verba ipſius annotauimus ſcripta in libro de diſſolutione continua. Sciendum eſt preterea ꝙ talis qñqꝫ ꝓprietas cadit inter cõplexiones ⁊ cibos aliquos: ꝙ quidã aliquibꝰ ſunt cõuenientes: alijs aũt contrarij: vt voluit Auicẽ. in.iij.j.c. ſuperius allegato dicẽs. Vnaqueqꝫ hominis cõplexio cibum habet cõuenientẽ ⁊ ſimilẽ: ad quem mutãdum ſi voluntas ei affuerit: nocumentũ ei faciet ⁊ impedimẽtum. Et ſubdit. Ex hominibus quoqꝫ eſt cui aliquod nutrientiũ bonoꝝ ⁊ laudabiliuꝫ nocet: ipſuꝫ ergo relinquere eſt ei cõueniens cui concordat Iſaac in libro dietarũ vniuerſalium.c.ij.cũ ait. Eundẽ cibũ quibuſdam inuenimus contrarium: quibuſdam vero non: quibuſdam ſtipticuꝫ: quibuſdã ſolutiuum. vnde Ariſto. qð Gal. cõfirmat. Quidã enim inquit carneꝫ vaccinã ⁊ ſimilia groſſa ⁊ ad digerendũ tarda bñ digerunt: ⁊ citius ꝙ̃ perdicum ⁊ gallinaꝝ carnes: ⁊ pulloꝝ: ſeu laudabiliũ piſciũ. Et qui ſint hi declarat Auicen. vbi ſupra di. Et eſt aliquis hoĩm in cuius ſtomacho cibus corrumpitͬ ſubtilis: ⁊ qui cito digeri ſolet: et fortis qui tarde ſolet digeri in ipſo digeritͬ: ⁊ hic quidẽ eſt cuius ſtomachus eſt igneus. ⁊ ex eis eſt q̃ huic exiſtit cõtrarius quorũ quilqꝫ ſcðm ſuũ vſum eſt regendus. Qð nõ minus voluit Raſis in.iiij. Almanſoris.c.iiij.cũ ait. Summopere eſt obſeruãdũ vt cibos ſibi cõſuetos quiſqꝫ accipiat: ⁊ totiẽs edat quotiẽs cõſueuit: niſi cõſuetudo preuſa fuit a qua oĩno gradatim permutari dꝫ. Et illã nõ repẽte ſꝫ ordinate ⁊ paulatim trãſeundo ad bonã deſerere. Et in.xxv. cõtinẽtis.c.j.dixit etiam auctoritate Gal.in.ij.c.libri primi de epidimia. In hominibus ſunt aliq̃ ſingulares: quibus cibaria aliqua ſunt cõferẽtia: ⁊ tñ maiori parti hoĩm ſunt nocentia: ⁊ nociua eis cõferunt. Et hoc in hmõi non poteſt bene cognoſci: niſi per experientiã: quare cognoſcere debes morẽ cuiuſlibet: ⁊ illũ ſequi ſcðm modũ ipſius. Et ſic cum eo cõcludendum eſt ꝙ conſuetudo eſt obſeruanda: dũmodo multum mala non fuerit. ⁊ hec fuit Hippocratis ſententia in.ij. aphoriſmoꝝ aphoriſmo.l.dicentis. Ex multo tempore conſueta etſi fuerit deteriora inſuetis minus moleſtare conſueuerunt. Si autem peſſima foret conſuetudo: paulatim corrigatur: vt dictũ eſt. ſi autem non multum mala fuerit: potius obſeruetur ꝙ̃ ſubito permutetur dicẽte eodem in ſcðo regiminis acutorũ textu cõmenti.xx. Facile quidẽ eſt cõprehẽdi ꝙ mala dieta cibi ⁊ potus que ſcðm ſimile fit: ſecurior eſt in omni tẽpore tueri ſanitatẽ: ꝙ̃ ea que melior ſi in ea mutatio ſubita fiat. et ideo dixit Gal.in.iij.microtechni Medici corrigere quidẽ debẽt ex multo ſtudio paulatim tranſferentes in melius: quoniã non ſuſtinet natura repentinas mutationes ⁊c.

Cap.lxiiij.oſtẽdit quomodo cibi ſint eligendi ſecundum qualitatem ⁊ fortitudinem exercitij.

Ciborum conuenientia reſpectu facti vel faciendi laboris eſt ſumenda: ⁊ ad illum taliter cõparanda vt quale fuerit vel futurum eſt exercitium: ⁊ talis ſit ipſa dieta ⁊ reficientium qualitas. Qui enim laborauerunt multum groſſiori reficiẽdi ſunt dieta dicente Raſi in.xxv.continentis.c.j. Debes cõſiderare in



quantitate motus ante cibum facti: quare ſi motus fuerit habundans: nutrimentum fiat groſſum ⁊ viſcoſum habundans ⁊ tarde diſſolutionis: ⁊ debes ſequi dietam ex cauſa appetendi eaꝫ. Tamen ſi motus fuerit factus ante cibum modicus: dietã debes ſequi cum paucitate cibi ⁊ tenuitate ipſius. Et ſi motus factus fuerit cõpetens: vti debes nutrimentis equalibus in habundantia ⁊ modo tenuitatis ⁊ groſſitudinis ipſorum ⁊c. Que fuit ſententia Gal. in libro de diſſolutione continua ſic ſcribentis. Quando eſt motus ante cibum multus: ciba bene non cibis multis groſſis: viſcoſis: ad ſiccitatem declinãtibus qui ſint difficilis diſſolutionis: neqꝫ iungas ei dietam: quia parum conuenit ei. Et quando non eſt ante cibum motus: vel eſt paucus: oportet vt non ſis contentus dieta.ſ.cum paucis cibis ⁊ ſubtilibus: immo adiutorio in purgando cum medicina ſolutiua aut cum balneo ⁊c. Et poſt pauca ſubiunxit. Et quando motus eſt conueniens dabimus cibos temperatos in ſubtilitate ⁊ groſſicie ⁊c. Igitur hec obſeruet exercitatus malos quoqꝫ ac corruptibiles cibos poſt ſuum exercitium non debet aſſumere: vt colligitur ex ſententia Principis in tertia primi dicentis. ꝙ piſces poſt laborioſum exercitium non ſunt comedendi: quia corrumpentur ⁊ corrumpent humores. Quod etiam de alijs pariter corruptibilibus intelligi debet: quẽadmodum in duobus verbis preceperat Gal. in primo de regimine ſanitatis cum ait. Omnes laborioſi euchimio indigent cibo. Via tamẽ medicine ⁊ propter refrigerium caliditatis in corpore remanẽtis poſt exercitium: eſtatis tempore: pauca fructuum quãtitas poterit conuenire atqꝫ concedi: vt in libro de euchimia ⁊ cachochimia.c.vltimo voluit Gal. dicens. Abſtinendum eſt a cachochimis. niſi aliquando laborantes hora eſtatis egeant ſanare ſiccitatem ⁊ caliditatẽ totius corporis. Idonea enim ſunt illo tempore poma: ⁊ pruna: ⁊ ceraſa preaſſumpta. De citrolo autem ⁊ melone ⁊ melopopone non multum offerendũ eſt ⁊c. Hec pauca de cibis conueniẽtibus poſt exercitiũ dicta ſufficiant: cum ⁊ de hoc aliqua ſcripta fuerint in.c.xxxj.libri huius. Qui autem cibi conueniant anteqꝫ̃ fiat exercitium: dicamus: ꝙ ſi exercitium forte fuerit: cibi groſſi ſunt accipiendi: ⁊ tanto minus groſſi quanto ſuauius fuerit exercitiuꝫ: ſicuti ſubtiles penitus quieſcentibus ſunt conuenientes: vt placuit Iſaac in vniuerſalibus dietis.c.j.cum inquit. Nullus phiſicus ambigit temperatum cibum iuuenum alterum eſſe ꝙ̃ ſeniorum in excitantibus quoqꝫ ⁊ laborantibus aliud ꝙ̃ in quiete. Laborantes enim ⁊ exercitantes expetunt groſſiorem cibum: ⁊ ad digerendum duriorem atqꝫ ad diſſoluendum tardiorẽ. Quietis vero ⁊ ſilentibus ecõtrario dandus eſt cibus ſubtilior: ⁊ ad digerendum velocior ⁊ diſſolutioni de mẽbris facilior. Et in.cap.xx.eiuſdem libri ſic etiam ait. Oportet vt dieta groſſa ſit ſcðm exercitiũ ⁊ labores. ſepe enim fortiter exercitati ſicut athlete: ⁊ ſimiles groſſiſſimam ⁊ viſcoſiſſimam erunt patientes dietã. Et infra. Soli exercitantes ⁊ laborantes cibis groſſis indigent. Hoc quoqꝫ ſenſit Auicen. in tertia primi doctrina ⁊ capitulo ſepius allegatis: cum dixit. Exercitati ⁊ multi laboris ſunt magis tolerantes nutrientia groſſa. Et in quarto primi capitulo primo ſic inquit. Eligimus cibum fortis nutrimenti et tarde digeſtionis propter eum quem confortare volumus ⁊ exercitijs fortibus preparare ⁊c. Concludamus ergo cum Gal. in libro de euchimia dicente. Soli illi qui vehementer exercitantur: ⁊ viſcera non habent male a natura facta: poſſibile eſt in pachichimis et groſſis cibarijs conuerſantes non ledantur: aliorũ autem nullus. propterea igitur ſi quis voluerit fortiter laborare: nõ debet oua ſorbilia aut carnes hedi lactentis: aut pulli iuuenis et ſimilium manducare: ſed res groſſiores ⁊ ad digerandum duriores et cetera.

Ca.lxv.oſtẽdit qui cibi ſcðm vnũqðqꝫ tẽpus anni ſint eligendi ad ſanitatem.

Nullus ambigit alterum cibũ debere eſſe in vere ꝙ̃ in autũno: alium quoqꝫ in hyeme ꝙ̃ in eſtate dixit Iſaac in primo capitulo dietarum vniuerſalium. Propterea ſciendum eſt ꝙ in ſubſtantia quantitate ⁊ qualitate ⁊c. debent cibaria ſcðm anni tempora diuerſificari: vt voluit Gal. in.j.de alimentis capitulo.xiij.dicens. Eadem autem ⁊ de regionibus tẽporibus ⁊ conſiſtentijs intelligere opotet ſcðm vnũquodqꝫ edulium: parcentem quidem in autumno a melancholicis cibarijs ⁊ exiccãtibus edulijs. In hyeme autem vtentem calefacientibus ſicut ⁊ ſcðm eſtatem humectantibus ⁊ infrigidantibus. In vere autem medie complexionis media virtutibus alimẽta offerendum. Et in libro de diſſolutione continua ſic etiam dixit. Et quando ſomnus poſt cibum multus fuerit: oportet ꝙ donemus cibos multos groſſos: ⁊ hoc conuenit fieri in hyeme propter longitudinem noctis ⁊ multitudinem ſomni. Et quando ſomnus eſt paucus leuis: ſubtilibus nutriatur ſicut in eſtate propter breuitatem noctis ⁊ ſomni paucitatem ⁊c. A quo ſumpſerunt poſteriores: ⁊ Raſis primũ quando in.xxv.continẽtis capitulo primo ſic ſcripſit. Debes vti nutrimentis habundantibus ⁊ groſſis in hyeme: ⁊ econuerſo in eſtate: ⁊ debes nutrire corpora equalia cum nutrimentis equalibus ⁊c. Sed egrediẽtia modum nature cum intentione ⁊ contrarijs. Similiter Princeps Auicen. in ſcða parte ſuorũ canticorum accepit ab eo cũ ſic inquit. Tẽpore eſtiuo eſt cibi quantitas minuenda: eſtqꝫ tunc ad ſubtilitatem nutrientium declinandum. Vnde vitande ſunt tunc carnes groſſe: ⁊ vtendũ eſt oleribus: ⁊ lactis ſpeciebus: ⁊ piſcibus recentibus: hedo ⁊ agno mediocris etatis: ⁊ pullis gallinaceis ⁊ gallinis: carnibꝰ quoqꝫ

columbarum ⁊ coturnicū.⁊ ſubdit.Sunt.etiā ex cō
ficientibus tūc ſapoꝛes ex coꝛiandro ⁊ agreſta cōpo
ſiti ⁊ ſimiles.Que aūt ſit huius cauſa exprimitur ab
Auerroi in commēto ſic dicente.Hoc quidē fit rōne
debilitatis caloꝛis naturalis cōtingentis coꝛpoꝛib⁹
ex dñio calidi extranei ſup coꝛpoꝛa tēpoꝛe eſtiuo. Et
pꝛopter eādem rationē ſicut in hyeme nutriēs actu
calidum eſt comedēdū:ſic in eſtate frigidū:aut parue
caliditatis:neq caliditas in hyme : neq frigiditas
in eſtate ad rem pueniat quā ſuſtinere nō poſſit:vt di
xit etiā Aui.in.iij.pꝛimi.c.ſepius allegato.et hec fuit
ſententia Almanſoꝛis in.iiij.c.iiij.dicentis.Opꝫ pꝛe
terea vt in hyme ſit cibus actualiter calidus:in eſta
te vero actualiter frigidus.Eſt tñ abſtinendum a ci
bis calidiſſimis:quales ſunt tunc cū ab igne remouē
tur.Et ab illis qui ſunt vehemētis frigoꝛis:ſicut qui
ſuper niuē refrigerant:quib⁹ nullus vti debet : cibo
enī ſuper niuem infrigidato nullo mō eſt vtendū niſi
in tpe magni caloꝛis:⁊ coꝛpoꝛe quaſi inflammato exi
ſtente hec ipſe.Nos tamen addim⁹ ꝙ pꝛeter ſupꝛa
ſcriptas cōditiones debet eſſe iuuenis:carnoſus.foꝛ
tis:foꝛtiū viſcerū:⁊ aſſuetus:qui ſine leſione rebus
adeo infrigidatis vti voluerit.Aliter enī in colicam ⁊
alias egritudines facile caderet ⁊ foꝛſitan in pꝑiij ⁊
naturalis caloꝛis extinctionē cū modicus eſſet ⁊c.vt
patet ex his que in pꝛima.iiij.de aqua frigida ⁊ de ip
ſius exhibitione a pꝛincipe dicant.Cibi quoqꝫ in nu
trimēti quātitate differre debent:nā in eſtate non de
bēt eſſe tanti ⁊ tam.groſſi nutrimenti ſicut illi qui in
hyeme:dicēte Aui.in.iii.pꝛimi.c.vij.doctrina ſecūda
In hyeme quidē cibi pauci nutrimēti nō ſunt edēdi
ſicut olera:ſed nutriēs magis eſt edendum qđ eſt ex
grauis ⁊ foꝛtis ſoliditatis.et in eſtate cōtrariuꝫ.⁊ in
parte ſecūda canticoꝝ etiā ſic ait. In tempoꝛe qui
dē hyemali eſt vtendū contrarijs eīs que retulimus
vt obuietur frigiditati ipſius.Uere aūt ⁊ autūno in
cedendum eſt inter eſtatem ⁊ hyemem. In cuius cō
mento Auerrois ſic inquit.Uere ⁊ autūno ſunt coꝛ
poꝛa regenda regimine medio inter caliditatē ⁊ fri
giditatem:cōgruit tamē regimē exiccatiuū in vere:⁊
humectatiuū in autūno:vnde fugienda eſt exiccatio
in eodē:vt dixit Aui.ibi. Que fuit ſnīa Raſis in.iiij.
Almāſoꝛis.c.xxvj.dicentis.quia autūni tēpoꝛis egri
tudines male ſunt ⁊ peſſime ad vltimū: tota intētio
ſit in coꝛpoꝛis humectatione : in hoc enim tempoꝛe
hoc plus exiſtit neceſſariū ꝙ etiā in eſtate:hoc nanq
tempus pꝛo ſue complexionis maliginitate erroꝛem
non tolerat regiminis:vnde largis non permittit vti
cibis:neqꝫ dietam deſpicere. Quod ſenſiſſe videtur
Hippocrates in pꝛimo aphoꝛiſmoꝛum aphoꝛiſmo
xviij.dicens.Eſtate ⁊ autumno cibos grauiſſime fue
runt ⁊c.Hoꝛū aūt ratio eſt: qꝛ autumnus eſt tēpus
nature ⁊ humane vite contrariū:qm̄ caloꝛ in eo debi
litatur:⁊ ſiccitas fit foꝛtioꝛ: vt dixit Pꝛinceps in.ij.
pꝛimi.ſumma de pulſibus.ca.ix.Et ꝑpterea eſt tp̄s
moꝛbiferū:vt ait Ariſto.in pꝛima pꝛoblematū pꝛoble
mate.xxvij.Et ideo in ipſo non ſunt accipiendi cibi
mali aliquo modo.pꝛopter quid aūt in vere regimen
exiccatiuū cōueniat dicendū eſt:quoniā etſi ipſum tē
peratum ſit:⁊ de ſe ſaniſſimū ⁊ minime moꝛtiferū te
ſte Hippocrate in.iij.aphoꝛiſmoꝛum aphoꝛiſmo.x.ta
men in ipſo mouentur egritudines plurime:vt dixit
pꝛinceps in.ij.pꝛimi.⁊ Ariſtote.vbi ſupꝛa : Et hoc qꝛ
ſua caliditate ⁊ humiditate eliquat humoꝛes:⁊ ſuper
fluitates congregatas in hyeme ⁊ permiſcet eas ſan
guini:vt Auicen.voluit in.j.tertij tractatu.iiij.c.xix.
Et pꝛopterea concludit in.ij.pꝛimi doctrina ſecūda.
c.vij.ꝙ nulla res eſt que ita tueat ab egritudinibus
veris ſicut phebotomia ⁊ inanitio et diminutio co
medendi ⁊ bibēdi:et debilitatio potus inebꝛiantis.
bene igitur dictum fuit ꝙ ſiccatiuo in eo vtēdum ſit
regimine.

¶ Cap.lxvj.declarat que hoꝛa conueniens ſit ad re
ficiendum coꝛpus tam ex parte coꝛpoꝛis ꝙ ex parte
diei et tempoꝛis anni.

SI cuncta que in ſuperioꝛibus capitulis
dicta ſunt:ad vnguē obſeruarentur:ho
ra tamen debita comedendi non obſer
uata:parum quippe ad ſanitatis face
rent conſeruationem. Et pꝛopterea de
ipſa tanq̄ de re maxime neceſſaria ad ſalutem tuen
dam dicendum eſt in pꝛeſentiarum.Duplex autē eſt
hoꝛa comedendi:vt dicunt autoꝛes.Quarum pꝛima
eſt hoꝛa diei artificialis recētioꝛ:in qua longe melius
eſt comedere ꝙ in alijs partibus diei.et pꝛeſertim in
eſtate dicente Auicenna in tertia pꝛimi doc.ij.c.vij.
In eſtate quidē melioꝛ comedendi hoꝛa exiſtit q̄ eſt
frigidioꝛ.Quod etiam ſenſit Raſis in.iiij. Almanſo
ris.c.iiij.dicens.Melioꝛes quoqꝫ hoꝛe ad ſumendū
cibū ſunt hoꝛe frigide:ꝙ ſi hoꝛe frigide eſſe non poſ
ſunt manſiones ſaltē frigidi ſint.et in.xxv. cōtinen
tis.c.pꝛimo.Melius tēpus nutricationis erit frigi
dum:qꝛ calidum malum eſt.Et ſi nutrimētū nō pōt
ſumi in tempoꝛe frigido:ſumatur in loco auroꝛe : qꝛ
caliditas circūferēs coꝛpus noſtrū debilitat digeſtio
nem ⁊c.Que fuit Gal.ſnīa in libꝛo de diſſolutione cō
tinua ſic ſcribēte.et melioꝛ hoꝛarū in accipiēdo cibuꝫ
eſt hoꝛa frigiditatis:pꝛopter aggregationem caloꝛis
naturalis in interioꝛibus coꝛpoꝛis. Sed in hoꝛa
caliditatis opoꝛtet ꝙ dimittatur acceptio cibi:quia
caliditas aeris attrahit caloꝛē naturalē ad exterioꝛa
coꝛpis:et euacuat ab interioꝛib⁹:et debilitatur caloꝛ
in interioꝛib⁹ coꝛpis ad digeſtionē et ꝑpter hoc an
tiqui pꝛeferebant cenā pꝛādio: pꝛecipientes ꝙ plus
ſumeretur in cena pꝛopter aggregationē caloꝛis in
interioꝛa coꝛpoꝛis frigiditate noctis ⁊c. Ueſpere igi
tur.⁊ mane reficiendum eſt : ⁊ non in meridie vel
circa vt nonnulli faciunt. Altera autem hoꝛa come



dendi obſeruanda ex parte coꝛpoꝛis eſt:vt nunq̄ co
medamus niſi cum appetitus manducandi inſurre
xerit:q poſtq̄ aduenerit non eſt tardandū amplius:
quoniam tunc eſt hoꝛa comedendi : vt voluit Pꝛin
ceps loco ſuperius allegato.cum ait. Opoꝛtet ne ali
quis comedat niſi poſt deſideriū: neq in hoc tarde
tur cum deſiderium ebullierit: niſi fuerit mēdoſum:
nam tolerare famem ſtomachum replet putridis hu
moꝛibus.quod voluit Raſis in.xxv.cōtinentis.c.j.di
cens. Ex indigentia pꝛolixa ſtomachus repletur de
erugine mala.Et infra iterum ait. Non debes remo
uere tempus motus appetitus cibi:quoniam ſi tar
dauerit tunc ſumptio cibi : imminebunt male ſuper
fluitates: et inde deficiet ſibi appetitus. que quoq
fuit Gal. ſententia in libꝛo de diſſolutione continua
ſic ſcribentis. Et debet eſſe acceptio cibi in hoꝛa mo
tus appetitus: pꝛopterea ꝙ quando mouetur appe
titus:et non incipit accipere cibum: attrahit ſtoma
chus ex ſuperfluitatibus coꝛpoꝛis: que cum intrent
ſtomachum:deſtruunt appetitum: et coꝛrumpunt ci
bum quando admiſcetur ei ⁊c. A quo videt accepiſſe
Auicen.vbi ſupꝛa quando ſic ſcripſit.Cholera rubea
abundantibus ex tolerantia famis accidit vt cholera
rubea ad ipſoꝝ deſcendat ſtomachum.Cūq aliquid
comederint ipſoꝛum coꝛrumpentur cibi: et volunta
tem comedendi amittent ⁊c. Hanc autem hoꝛam ne
quis decipiatur ſcimus aduenire.vt dixit Auicen.lo
co allegato.quando ſtomachus ⁊ ſuperioꝛa inteſtina
a pꝛimo nutriente euacuata fuerint.Et hoc eſt quod
etiam volebat Raſis in quarto Almanſoꝛis in pꝛinci
pio cum inquit.Comedere opoꝛtet poſtq̄ cibi pꝛete
riti fex inferius deſcēderit. Et pars ventris inferioꝛ
leuis efficitur:in qua nulla remanſit tenſio: ⁊ motus
pꝛeceſſit cōueniēs:appetitiua quoqꝫ pꝛeualet:et tūc
melius iudicatur.Et pꝛopterea dixit idem in.xxv.cō
tinentis.c.pꝛeadducto.ꝙ inter pꝛandium et cenā de
bent eſſe octo hoꝛe a pꝛandio ſexdecim hoꝛe ⁊c.Auer
rois etiam in.vj.colliget dixit. Hoꝛa cibādi erit cum
omnes digeſtiones fuerint celebꝛate.Et hi omnes a
Gal.accepere dicente in.j. Terapentice.c.vj.Tātum
rationabile eſt ꝙ pꝛimus cibus certiſſime tot⁹ ſit di
geſtus anteq̄ ſecūdus accipiatur.Cuius quidem ra
tionem ipſe quidem aſſignauit in loco de diſſolutio
ne continua dicēs.Aſſumptio ciboꝛum debet fieri in
hoꝛa ſua.Et ideo qui accipit cibum ſecundū poſt de
ſcenſionem pꝛimi:et ſecutus fuit ſomnus ſufficiēs fit
bona digeſtio. Et qui accipit cibum et remanſerunt
in ſtomacho eius: aut in inteſtinis reliquie in quanti
tate ex pꝛioꝛi cibo pꝛeter digeſtionem : coꝛrumpitur
cibus ſecūdus cū reliquijs pꝛimi ⁊c.Et ab eo Pꝛin
ceps accepit id communiter allegatuꝫ quod ſcripſit
in tertia pꝛimi.ſcilicet.Quod in coꝛpoꝛe eſt deterius:
eſt vt nutriens ſuper nutriens: quod non eſt digeſtū
mittere.Cum eo itaqꝫ cōcludendum eſt ſic vbi ſupꝛa
ſcribente,Omnes qui ſanitatem cuſtodire volunt:ni
hil comedant niſi deſiderium fuerit certum : neqꝫ in
hoc tardetur cum ipſum ebullierit quemadmodum
ieiunantes faciunt:quoniā:vt dixit Auerrois in.iij.
colliget.quando recipit cibus poſt ieiuniū in ſtoma
cho et epate: permutabitur ad caloꝛem ⁊ ſiccitatem
foꝛtem:⁊ inducet ſtomachum ⁊ epar ad eandem com
plexionē ⁊c.Et hec de hoꝛa comedēdi dicta ſufficiāt.

¶ Cap.lxvij.ponit conditiones quas debet habere
triticū:ex quo panis faciens ad ſanitateꝫ fieri debet.

VIſis vniuerſalibus circa refectionem at
tendēdis:iam tēpus eſt vt ad particula
ria deſcendamus:⁊ ad dicendū de ſingu
lis cibis in ſpecie hodierno tempoꝛe vſi
tatis accedamus:a pane pꝛius initium
facientes:cū ipſe ſit velut omniū ciboꝛum fundamen
tum de cuius bonitate maxime pꝛouidēdū eſt: qm̄ ſi
malus fuerit:nō ſolū nullum bonū operat in coꝛpo
re:ſed nociuiſſim⁹ eſt:teſte Gal.in.v.de regimine ſa
nitatis.quod etiā ex dicto illo pꝛincipis colligi pōt
in.iij.pꝛimi dicentis.Impedimentum panis cū non
digeritur eſt multum ⁊c.Ideo videndū eſt quale tri
ticum pꝛimo eſſe debeat ex quo panis conficiendus
eſt:ne hac in re tam vtili tamq neceſſaria contingat
dubitari:et quāuis ex multis alijs panis fiat:nos ta
men de triticeo tanq̄ de ꝑfectioꝛi ⁊ humano coꝛpoꝛi
cōueniētioꝛi ſermonē faciemus dicentes cū Auerroi
in.v.colliget.Cōcoꝛdati ſunt antiqui medici:ꝙ meli
oꝛ ex cibis terrenaſcētibus hoībus naturalibus:hoc
eſt illis qui ſtant in quinto climate aut quarto:ſit tri
ticum artificialiter pꝛeparatuꝫ.ſic enim de eo ſcripſit
Almanſoꝛ in.iij.c.ij. Triticum temperamēto eſt vici
nū:licet caliditati parū attineat.Et infra dixit.Triti
cum hominibus quoq omnibus alijs granis magis
conueniens ⁊ magis pꝛopꝛium inuenitur.et ſanguis
ex eo generatus temperatioꝛ exiſtit.Idem etiaꝫ ſen
ſit Haliabas in quinto theoꝛice capitulo.xv.cuꝫ ait.
Triticum omnibus granis laudabilius eſt: ⁊ magis
temperantie pꝛoximum: niſi ꝙ ad caloꝛem declinat
parum : ideoq factum eſt conuenientius omnibus
granis:⁊ hominum coꝛpoꝛibus conferentius ac lau
dabilioꝛ cibus ⁊c. Iſaac etiam in.parti.die.ſic ait de
ipſo.Granum tritici pꝛecipuus eſt cibus ad humani
coꝛpoꝛis nutrimentum:⁊ eius naturaliter ſimile cō
plexioni.et infra inquit.Habet granum tritici pꝛo
pꝛietatem ab omnibus granis exceptam:ꝙ nutribi
lius ⁊ laudabilius eſt pꝛopter ſimilitudinem com
plexionis noſtri coꝛpoꝛis. que fuit Galieni ſenten
tia in libꝛo dietarum dicentis.Granum frumenti eſt
magis iuuatiuū hominibus omni alio grano:⁊ illud
quod eſt ex eo clarum:durum:⁊ firmum:⁊ non de fa
cili frangitur:eſt valde nutritiuum ⁊ melius ⁊ nutri
bilius alio:⁊ illud quod eſt diaphanum ⁊ leue econ
trario.Ex quibus apparet ꝙ has laudes non omne
triticum habeat: ſed tantummodo illud quod dixit
Galie: vbi ſupꝛa.⁊ Iſaac in loco allegato vbi infra

ſcriptas voluit habere conditiones. Quarum prima hec eſt.ſ.ꝙ ſit ſpiſſum graue ⁊ frangi difficile: coloris exterius cerei: interius vero albi: ſuperficie lucidū et lene: ex cuius ſubſtantia et medulla farina exuberat plurima: cortex autem et furfur nō in multa quātitate: tale em̄ triticū maxime facit ad confortationē mēbroꝝ ⁊ ad vires dādas ⁊c. teſte eodē vbi ſupra. quod etiā ſenſit Almanſor in libro.iij.c.ij.dicens. Triticum quod ponderoſius inuenitur et ſolidius maioris eſt nutrimēti. Idē etiā voluit Auerrois in.v.colliget.et Serapio de auctoritate Diaſcoridis. Meli⁹ ex frumento ad ſanitatē hominū eſt nouū: maturū: plenū: cuius color eſt aureus: ⁊ poſt hanc ſpeciē eſt illud qđ eſt medium inter tēpus ſue collectionis et tēpus ſeminationis: et eſt triū menſiū. que fuit Gal. ſententia in libro de ſubtiliāte dieta.c.vj.dicentis. Eſt autē et triticoꝝ ipſoꝝ nō parua differentia ſcđm ſpeciem: quodcūqꝫ em̄ ipſoꝝ eſt ponderoſum et dēſum ⁊ panctum: nutritiuiſſimū eſt et pachichimum ⁊ viſcoſum. Quodcūqꝫ vero leue et rarū et albū: et ecōuerſo minus nutrit: ⁊ minus groſſum et viſcoſum generat humorem. Sic ergo quod aridū fuerit et leue: ⁊ frāgi facile: et nō leue in ſuperficie: et cuius farina eſt modica et furfur multū: nō cōmēdatur: quātum ad primā cōditionem. Secūda conditio que prime cauſa exiſtit ⁊ principium eſt: ꝙ triticum in craſſa ⁊ pingui terra natum ſit: qm̄ tale pingue graue in pondere atqꝫ nutribile magis eſt omni alio: queādmodū id qđ in macra et ſicca terra naſcitur naturaliter ⁊ accidētaliter macrum: ⁊ ſic cū ſit leueqꝫ in pondere minuſqꝫ nutrit: vt patet de nato in nitroſa vel ſalinaria terra ⁊c. Eodē Iſaac vbi ſupra referēte. Nec debet etiam natū eſſe in vmbroſa vel luculenta terra: quia frigide eſt humideqꝫ nature: et multiplicandoꝝ humoꝝ eſt cauſa: quibus granū tumeſit: teneraſcit: atqꝫ molleſcit: cui⁹ quidem interiora frigiditas exterioris aeris perforans calorem ipſius naturalem extinguit. Et propter hoc medulle minuende eſt cauſa et furfuris augendi. Tertia conditio eſt: ꝙ triticum non ſit nouum: licet Serapio et Diaſcorides oppoſitum ſentire videantur: neqꝫ etiam vetuſtum ⁊ longi temporis: qm̄ vetuſtum ſiccū eſt et parum nutrit: et ad digerendū eſt durum: qm̄ cum accidētalē eius humiditatem aeris calor penitus exhauriat: naturalem quoqꝫ plurimum ſubtrahat. Nouum vero breuiſqꝫ temporis econtra: ꝓpter humiditatē ac viſcoſitatem terre humidum eſt: atqꝫ viſcoſum: denſum: digeri durum: et inflatiuum: vētoſitatē et rugitum ventris faciens. Et poſt multa ad hec ſubiunxit Iſaac. Tritici recentis ⁊ noui nutrimētum paruum exiſtit et crudum: phlegmaticū et inflātiuum: rugitum et dolorem lateribus commouet: et in putredinem cito conuertitur: manifeſtat autē hoc ꝙ videmus lumbricorum et cucurbitinorum generationem: ſuam quoqꝫ ſuperfluam oſtendit humiditatem: hoc ſcilicet ꝙ impinguet velociter corpus panis factus ex eo: vt dixit Auicen. in ſecundo canonis.ca.cccclxxvij. Sit igitur medium in etate: quoniā eius humiditas inter multam ⁊ paucam eſt media exhauſta humiditate accidentali: quam aeris deſiccauit calor: propterea hec ſpecies media laudabilior exiſtit ⁊ melior bene naturam nutrit et cito digeritur. Quarta et vltima conditio eſt: ꝙ triticum mundum eſſe debet a zizania vel lolio: et cicerculis: et huiuſmodi granis illaudabilibus. Nec aliqua mala ſit affectū qualitate: dicente Principe in tertia primi.doct.ſecūda.c.vij. Oportet vt ſanitatis conſeruator ſtudeat eligere triticum ab extraneis rebus purgatum: quod ex meſſe ſana fuerit collectum: et cui nullum acciderit nocumentum ⁊c. Auerrois quoqꝫ in quinto colliget dixit. Melior ceteris eſt panis factus ex farina tritici in hunc modum: vt ſit cuſtoditum a malis accidentibus eidem venire potentibus ⁊c. Ex tali igitur ſuperius electo tritico graui: lucido: cereo: mediocri: ſano: puro: fieri debet farina pro pane ſano ⁊c.

Capitulū.lxviij.ponit cōditiones quas debet habere laudabilis farina etiam ex electo tritico.

Farina tritici quātūcūqꝫ optimi non erit ad ſanitatem corporis laudanda: niſi debite conditionata: perfecteqꝫ molita: nō autem tranſmolita: vt plerunqꝫ molendinarij facere conſueuerunt: volentes ꝙ tantum furfuris conteratur: quātum optime farine ſunt furati: inde farina ipſa nigrior redditur ⁊ peior: et ad ſanitatem minime faciens propter plurimam ſubtilis furfuris quantitatem ei admixtam. Ex qua non poteſt fieri niſi panis furfuraceus: qui velociter de ſtomacho deſcendit. vt Princeps ait in tertia primi.c.ſepius allegato. ⁊ in ſecundo canonis.c.proprio ſic etiam inquit. Panis opirus qui eſt multi furfuris: velocis eſt penetrationis: ſed eſt minoris nutrimenti et deterioris: et preter hoc eſt durus ad digerendum: et doloris et inflationis generatiuus: et nutrimenti illaudabilis: vt dixit Iſaac in vniuerſalibus dietis.c.xj.et in particularibus ſic etiam inquit. Natura corticis triticei calida eſt et ſicca ac colatiua et mundificatiua magis ꝙ̄ farina: nutrimentum tamen eius paruiſſimum eſt: quinimmo peſſimum cum panis furfuraceus generet melancholiam. teſte Auicenna in canticis textu commenti.cxxx.que fuit Galieni ſententia. vt refert Raſis in libro.xxj.continentis.c.xxviij.dicentis. Panis habens multum de furfure non trahit moram in ſtomacho: et eſt pauci nutrimenti: et in quo eſt parum de furfure eſt econtrario. Et infra auctoritate Ruffi etiam ſic inquit. Panis quanto mundior: tanto magis generat humorem meliorem: tamen eſt tardi deſcenſus. Ille vero qui non eſt bene mundus et multi furfuris: generat malum humorem: et eſt velocis deſcenſus. Et propterea farina debet eſſe ſufficienter et non ſuperflue molita: vt cortices groſſi remaneant: et non



poſſint cum cribrantur cum farina per ſetaciū tranſire: et inde mundior et ſalubrior ſit ipſa: dicēte Iſaac in vniuerſalibus dietis.c.allegato. Farina ꝑfecte molita: et a furfure et cortice mundata: melior eſt ad mutandum in ſtomacho et ad venas totūqꝫ corpus penetrandum facilior: et mēbrorum totius corporis nutribilior: que autem non bene molitur ecōtrario. Qđ etiam ſenſit Ruffus vt idem refert in particularibus cum ait. Panis quanto mūdior eſt: tanto pluris eſt nutrimenti: ⁊ durioris egeſtionis. a quo videt̄ Princeps accepiſſe cum dixit in.ij.canonis.ca.cccclxxvij. Panis de ſimila nutribilior eſt ꝙ̄ alius: ⁊ eius nutrimentum eſt melius: ſed eſt tardioris penetrationis. et ab his ſumpſit Auerrois in commento.cxxvj.cum ait. Sciēdum ꝙ panis ex ſimila tritici citioris eſt digeſtionis ceteris: ⁊ tardioris penetrationis: egreſſionis: et deſcenſus. ſcđm Gal. qui probat ipſum eſſe cite digeſtionis ex magna mūdificatione et ſeparatione ipſius a furfure: quod quidē omnino eſt indigeſtibile. Et hoc quidē eſt cauſa tardi deſcēſus ipſius. nā furfur prebet pani velocitatem egreſſus. Ex hoc opinati ſunt poſteriores medici ꝙ panis ex ſimila compoſitus difficilis et tarde ſit egeſtionis. Ex quibus patet ꝙ farina debet eſſe mūda: et debito modo molita: que prima erat conditionum ad perfectionē farine requiſitarum. Secunda autem conditio eſt: ꝙ farina non ſit nouiter molita: nec etiam iam diu et per lōgum tēpus reſeruata: ſed media. cū dicat Iſaac in particularib⁹ dietis. ꝙ farina que vicina eſt molitiei et vicini temporis: calefacit corpus: ventremqꝫ cōſtipat: igneam enim naturam ex molēdini inuolutione adepta eſt: vnde ſtomachū calefacit: et egeſtionis humiditatem exiccat. Que vero lōginqui eſt temporis: epar calefacit: et a ſtomacho eijcit̄ cito. Que vero medij eſt tēporis: prefatarū eſt media poteſtatū. Talis enim farina munda ⁊ (vt dictū eſt) molita: eſt illa que comeditur: et in complexione eſt calida ⁊ humida: vt dixit Serapio.i.c.de maturatiua medicina. ⁊ fuit ſententia Gal. in.v.de ſimplici medicina diſtinctione.ij.c.v. Ex tali itaqꝫ farina cum aqua ſale: et fermēto (vt dicetur infra) panis eſt conficiendus: ex quibus forma vna et complexio reſultat: qua panis calefaciens eſt in pͥmo gradu. vt inquit Haliabas in qͥnto Theorice.capitulo.xv.

Capitulum.lxix. oſtendit quomodo ⁊ ex quibus panis laudabilis ſit conficiendus.

Ad panem ſanitatis conſeruatiuum faciēdum: tria maxime neceſſaria debēt obſeruari. Quorum primum eſt: vt nullum pretermittatur ingredientium que ſunt hec. aqua.ſ. ſal et fermentum in cōpetēti quātitate: vt iuſſit Auerrois in.v.colliget.c.de cōplexionibus ciborum cum ait. Quando panis cōficitur ponitur de ſale conuenienter: et conficit̄ cū multa aqua ad hoc vt ſit ſpongioſus: ⁊ ſit etiam competenter fermentatus. Et cauſam ſubiunxit dicens. Quia panis azimus eſt groſſus ⁊ viſcoſus: eodem modo non eſt bonus qui eſt nimium fermentatus: qꝛ trāſmutatur ad humores putridos ꝓpter calorē extraneū generatum in eo.ſ.fermento. Et ꝓpter hoc quantitas fermenti ⁊ ſalis debet eſſe moderata: qm̄ panis qui fermenti ſuperfluum ſaliſqꝫ habuit: parū nutrit ⁊ nō cōfortat: virtus enim ſalis humiditatem eius exiccat: fermentum autꝫ cōmixtionē eius ratificat: vt inqͭ Iſaac vbi ſupra. Ponatur igitur bona quātitas ſalis ⁊ fermenti in pane: ſed non ſuperflua: dicente Raſi in tertio Almanſoris.c.iij. Panis qui ex tritico fit melior redditur quando multum ſalis habet et multum fermenti: ex quibus bene fermentatus citius digeritur ⁊ magis tenuis et ſubtilior inuenitur. q̄ fuit etiam Galieni ſentētia in.v.de regimine ſanitatis dicentis. Panis conueniens non debet eſſe ſine ſale: immo multum ſalis et fermenti habeat: et coctus ſit diligenter. et in primo de Alimentis.c.de fermento ſic etiā dixit. Optimus panis ad ſanitatem homini eſt neqꝫ iuueni: neqꝫ laboranti qui plurimum quidem fermentum habens: ⁊ plurimum ſalis: plurimum a piſtore laboratus ⁊c. Si quis autem quereret ad qͥd ponitur fermentum in pane. Reſpondet Auerrois in quinto colliget dicens. Propterea ponitur fermentum in pane: ad hoc vt faciat ipſum ſpōgioſum: et vt in eo dominetur aeritas: et ſit facilis ad digerendū: propterea quia corpus aereum leuius eſt ad permutandum propter ſuam humiditatem. ſicut ſubſtātia ſicca eſt dura ad permutandū ⁊ digerendū. Et querenti ad quid ſal in pane ponitur: reſpondet Ariſto. in.xxj.problematū problemate.v.dicens. Quia deſiccat ſal propter quod et ſaluantur imputridi ſaliti. cōſumitur enim et deſiccatur humidum ab ipſo qđ putreſit calido: et in pane igitur cōſumitur humidū a ſale: et exhalat extra: propter quod veteres panes leuiores ſunt calidis frigidi exiſtentes: in non ſalitis autem hoc humidū plus exiſtens facit grauiores ipſos. hec ipſe philoſophus. In cuius commento paduanēſis noſter ſic ait. Cauſa huius eſt: quia ſal in ſui caliditate et ſiccitate habet deſiccare illa quibus admiſcetur: et ideo panes ſaliti ſaluantur imputredi. nam per ſal conſumitur reſolutione calidi: et deſiccatur hūidum aqueū quod erat natum putreſcere a calido. Et poſt multa dixit: ꝙ in panibus non ſalitis humidū aqueū cōſeruatur in eis intranſpiratū: cum non ſit ſal mouens et exiccans illud: reddit ergo eos grauiores: et ideo falſi piſtores panes nō ſaliunt neqꝫ decoquunt ſufficienter vt pōderi conſtituto a preſide adequentur. Ex his ergo que diximus.ſ.ex aqua fermento et ſale cū farina panis fiat: et non cū oleo vel alijs huiuſmodi: quoniam panis ſic impaſtatus cū oleo eſt malus: quia tempore decoctionis cōburitur oleum et tendit ad ſulphureum. teſtibus Auerroi in.v.colliget.et Haliabate in.v.Theorice.cap.xv.

Hoc igitur erat primum requiſitum ad panis confectionem: vt ingredientia iam dicta et non alia inſufficienti ponerentur quantitate. Secundum autem requiſitum eſt vt paſta bene malaxetur ⁊ domet̃ iuxta preceptum Auicē.in.ij.canonis.c. ſepius adducto dicentis. Et conficiatur maſſa ipſius plurimum: quod fit vt panis inde digeſtibilior reddatur. querente cū Ariſto.in.xxj.problematū.problemate.vij. Propter quid maſſa quidē quanto vtiqꝫ magis cōficitur difficulter diuiſibilis fit: panis autē facile diuiſibilis. Ad quod reſpondens ipſe ſic ait. Propter id quod conficitur vehementius paſta ⁊c. Et quia ſeries eius eſt obſcura et longanimis: dimittam ipſam: et loco eius adducamus commentum Petri de abano ſic dicentis. Quanto magis paſta conficitur ⁊ commaſſatur: viſcoſior redditur: et cum ſufficienter decoquitur: ex omni parte humidum cōſumitur et aufertur: cū ipm̄ fit debilius et magis euaporari aptum propter diuiſionem ipſius in partes minimas: quare ablato hinc humido a pane: redditur amplius frangibilis: et in plures partes diuiſibilis quātūcūqꝫ fuerit paſta magis ducta et malaxata: nam tali confectione adeo in partes paruas humidum redditur diſpartitū: ꝙ inde frangibilis fit panis et digeſtibilis optime: q2 trituratio cibi in ore confert ad digeſtionem. et hoc eſt qđ voluit Ariſto.in textu cum inquit. Oportet enim quod debet digeri diuidi in parua ⁊c. Tertium cum predictis requiſitum et obſeruandū eſt: vt panes nō multum parui: nec etiam multum magni fiāt: ſed mediocres. quoniam dixit Iſaac in particularibus dictis. ꝙ panis parui et ſubtilis interiora ignis perforat: et humiditatem medulle exiccat: vnde parum nutrit: et tarde egreditur: et ventrem conſtipat: et precipue ſi ſit vno vel duobus diebus a coctione longinquus. Magnus etiam panis non laudatur: dicente ipſo vbi ſupra. ꝙ forma panis magna medulle plus habet: et corticem ſubtiliorem: et quia medulla groſſa eſt et viſcoſa ⁊ humida: vnde eſt inflatiua phlegma viſcoſum generans: propterea parum nutrit huiuſmodi panis et ad digerendum eſt durus: humiditatem digeſtionis excitans et ventrem ſoluit. Si autem digeratur pluris eſt nutrimenti. Et ideo medie exiſtat quantitatis et medie erit poteſtatis ⁊c. Concludendum eſt itaqꝫ ꝙ panis qui predictas non habuerit conditiones: mali ſit humoris generatiuus: dicente Galieno in libro de euchimia et cachochimia. Panes quicunqꝫ neqꝫ de fermento: neqꝫ de ſalibus ſufficienter habuerunt: neqꝫ ad plurimum fuerunt elaborati cachochimiores ſunt valde: cum viſcoſitate non pauca participent: quare fiant vt diximus.

¶ Capitulum.lxx.oſtēdit quomodo coquendus ſit panis: et que ſint nocumenta eius cum azimus fuerit: aut non coctus ad ſufficientiam.

Cum diuerſimode panes decoqui conſueuerint: neceſſarium mihi videtur eſſe ſcribendum de modis illis: cum aliqui ipſorum nō ad ſanitatem: ſed permaxime ad egritudinum faciant generationem. Dicamus igitur cum Galieno in primo de alimentis.c. de tritico ſic ſcribente. Panes ſuper cratē aſſati: aut per calidum cinerē: aut ignis texta ſicut clibano vtētes: praui omnes ſunt et irregulariter diſpoſiti. ſimiliter vero et qui extra ipſorum ſuperaſſati ſunt: et in ꝓfundo ſunt crudi ſubcineritij nominati ab eo ꝙ coquuntur ſub cineribus ſepulti: quibus addit ⁊ cinis prauitatem: omnium panū ſunt peſſimi. A quo ſumpſit Iſaac in particularibus dictis cum ait. Panis ſub teſtis coctus peior eſt: quia focus tantum in vna parte operatur: altera vero groſſa et viſcoſa permanet: et ideo ad digerendum durus eſt. Si ergo comedatur poſt multum tempus inflationem et dolorem lateris generat: peior autē oībus eſt qui ſubtus carbones vel cineres coctus exiſtit: qui velociter deſiccatur extrinſecus: intrinſecus vero groſſius remanet et viſcoſus: et multū cineris et terre ei admiſcetur: maxime autem ſi ligna mollia fuerint et cito incēdātur: vnde inflationes mēbroꝝ: et grauitates: et viſus obſcuritates hmōi panes faciunt. Quāobrem dicendū eſt cum Auicen.in.xiij.tertij.c.xxix. ꝙ panis in furno coqui debet: nec etiam ſit quomodocūqꝫ: ſed cū igne cōmenſurato: ſuperexcellens enī clibani calor vituperatur ab Iſaac vbi ſupra dicēte. Magnus focus deſiccat ⁊ indurat exteriora panis: mica vero non bene cocta remanet: q2 cortex velociter induratus nō permittit focū penetrare ad interiora: inde duabus de cauſis eſt illaudādus: vel quia cortex eſt durus: ⁊ inde nō nutriēs interiora vt feruore incenſus: vel quia groſſa eſt et viſcoſa mica: et ita vtrūqꝫ indigeſtiuum et diuerſoꝝ malorum humorum generatiuum: duricies enim corticis et intenſio ſui ſicciſſimū ſanguinē parit et conſtipat ventrē: viſcoſitas vero ⁊ groſſicies mice humores crudos et phlegmaticos faciunt: ⁊ ſolutiones ventris adiuuāt ⁊c. Quod ſenſit Haliabas in.v.Theorice.c.xv.cū inquit. Laudabilior omnibus panis eſt cuius farina optime piſtata eſt: et in quo ſalis opportuna proijcitur quantitas: beneqꝫ fermētatus eſt: et in camino coquitur manſueti ignis temperati: et non nimium calidi quo exteriora panis vrat: interioribus indigeſtis crudiſqꝫ remanentibus ⁊c. Et fuit Gal'. ſententia in primo de alimentis.c.preallegato dicētis. Optimi panum pro digeſtione ſunt qui maxime fermētati: ⁊ qui aſſationem habuerūt a cōmēſurato igne in clibano: qm̄ amplior quidē ignis mox in prima applicatiōe exteriorem ſuperficiē aduerens obſtrachizat: et accidit ſecūdum ambo prauum fieri panem: crudum quiddam ⁊ imperfectum intus habentem ⁊c. Sic ergo temperato et ſufficiēti calore clibani vel furni panis coqui debet: ⁊ nō debili vel remiſſo: qm̄ vt Iſaac inq̄t vbi ſupra. Debilitas foci ex



defectione ſui penetrare interiora panis pigreſcit. vnde diutius habet immorari: ſi enim anteqꝫ coctus ſit extraxeris eum: viſcoſus erit ⁊ fortis digeri: exercitātibus tamen neceſſarius: ⁊ ſi vſqꝫ quo coquatur dimiſeris: ſiccus ⁊ durus erit digeſtioni ⁊ ſtipticus. Superius etiam dixit ꝙ panis nō bene coctus viſcoſitatem creat et groſſiciem: vnde durior ⁊ tardior ad digerendū. ꝓpter hoc aptus eſt exercitātibus ſcꝫ forti ⁊ laborioſo exercitio: in quibus habundantia caloris exiſtit cauſa fortitudinis digeſtionis. qđ etiaꝫ voluit princeps in.ij.canonis.ca.cccccl xxvij. cum dixit. Ille panis qui nō decoquit̃ bene eſt plurimi nutrimēti: et ſimiliter parum habens fermēti: ſed eius nutrimentū oppilat: niſi illos qui plurimi ſunt exercitij. ⁊ ſubdit. Et panis de patella eſt huius generis: eius nāqꝫ par interior raro decoquitur bene. Et ꝓpterea concludendū eſt ꝙ quietis ⁊ delicatis: ⁊ quorum virtus deficit ſicut ſenibus: ⁊ ex egritudine reſurgentibus: panis predictus. ſ. non bene coctus conueniat minime: ſed tm̄ ille qui coctus eſt a tēperato foco: qui totum corpus panis equaliter perforat. vnde ꝑfecte et ſcđm quod oportet coquitur: vt ait Iſaac vbi ſupra. Qui aūt azimus fuerit ⁊ nō ſufficiēter coctus: a predictis quieſcētibus eſt fugiendus: ſicut et qui iam dictus eſt: ꝓpterea ꝙ in ipſis dure digeritur: tardeqꝫ de ſtomacho deſcendit: ⁊ in vētre dolorem efficit: et in epate oppilationē atqꝫ in renibus lapidem creat: vt dixit Haliabas in.v.theorice.ca.xv. Et Raſis in tertio almāſoris.c.iij. et in.j.ſuorum aphoriſmoruꝫ cum ait. Qui panē azimuꝫ comedit: groſſas egritudines et magnas habebit: quoniā panis azimꝰ eſt groſſius ⁊ viſcoſus: teſte Auerroi in.v.colliget. quod cōfirmauit Iſaac in prima doctrina dicens. Azimus panis nimium nutrit ⁊ diutiſſime digeritur: proprietatem habet oppilationem ⁊ vētoſitatem generandi. Idcirco omnibus naturis incōueniēs eſt: niſi raro eis qui maximis laboribꝰ exercētes ſunt vt meſſores ⁊ hmōi. Gal'. quoqꝫ idem ſenſiſſe videtur cū in primo de alimentis.c.ſepius adducto dicat. Athletis q̄dem idoneus panis eſt: qui neqꝫ valde bene coctus: neqꝫ fermētum habet multū: penitus tm̄ infermentatus nulli eſt vtilis. Quare de bona panis coctura ad tuēdaꝫ ſalutem eſt valde procurandum ⁊c.

¶ Capitulum.lxxj.oſtendit quis panis ſit laudabilis et eligēdus: ⁊ q̄ ſint iuuamēta et vtilitates eiꝰ.

Reliquū eſt pro complemento huius materie aliqua alia ad ſanitatem de pane ſubiungamus non inutilia: quoniā poſſet aliquis exiſtimare ꝙ panis ſemper bonus eſſet: cuꝫ omnes prefatas habuerit conditiones: ⁊ deciperetur cum non ſit ita: immo panis durus ⁊ exiccatus vel adhuc calidus reprobetur: etſi nullum eorum que dicta ſunt ei deſit: et ꝙ ita ſit apparet per Auenzoar in primo capitulo ſui thei ſir dicente. Panis qui ſteterit poſt decoctionē ſuam etiam vltra vnū diē: ſuam temperatā cōplexionē perdit: inquantū eſt panis: ⁊ incipit recipere alteratiōeꝫ ⁊ q̄to magis induratur: eius indigeſtio multiplicat̃: et eius ſiccitas augetur: quare humores ſicci ex ipſo procreantur: vnde ipſum comedere ꝓhibeo. hec ipſe: Quod etiam in parti. dictis Iſaac inquit cum ait. Panis ſicciſſimus rarus eſt ⁊ leuis cauſa ablate humiditatis. vnde humiditatem corporis deſiccat: dure a ſtomacho eijcitur: cū diu oporteat immorari ⁊ inde gn̄atur ſitis: quia egeſtionē deſiccat ⁊ ventrē cōſtipat. Aui. quoqꝫ in.ij.canonis.ca.ꝓprio dixit. Panis antiquus ſiccus ſtringit etiaꝫ ſi ei nō admiſcet̃ aliud ⁊ fuerunt verba Serapionis dicentis. Et panis ſiccus et vetus ſtringit ventrē qn̄ ſumitur ſolus. ⁊ ſimiliter facit panis biſcoctus: vt Raſis inquit.in.xxj.cōtinētis.c.xxviij. Cōſimiliter panem recētē ⁊ calidū oēs antiqui prohibuere ad ſanitatem. de quo dixit Iſaac vbi ſupra. Panis qui ea die comeditur minus eſt nutritiuus: velociter digeritur: tarde deſcēdit: q2 extrinſecus infrigidat̃: ⁊ poris clauſis et calore recluſo interius manet fumus: et inde exire nō pōt pororum oppillatione: ⁊ reuertens inuenit aliam fumoſitatem: quibus groſſicies fumoſitatis et inflationis conficitur: et inde durus et indigeſtus et inflatiuus ſtomacho redditur. Et ideo dixit Auenzoar loco ſuperius allegato. Dicunt medici: ⁊ eſt verum: ꝙ comedere panem cōueniēter fermentatum et optime malaxatum et coctū eodē die: poſt receſſum tamen caliditatis acquiſite ab igne: iuuat in ſanitatis cōſeruatione. Et queādmodum panem frigidum poſt diem vnam comedere nocet: ita ⁊ calidum: eo ꝙ ſi quis cuꝫ ſic comederit: infunditur ipſius calor igneus in ſtomacho: et ipſum corrumpit: et ſtomacho dominatur quia difficilis digeſtionis valde efficitur. quod ſenſit Auicē.in ſecundo canonis.ca.cccccl xxvij. dicens. Panis non commedatur calidus ſicut eſt: quoniam panis calidus non eſt apud naturā receptibilis: et acceptio eius qui eſt de furno et reliquorum ſimilium eſt mala. Et infra iterum ait. Panis calidus facit ſitim ſua caliditate: ⁊ natat ꝓpt̃ ſuā hūiditatē vaporoſaꝫ: ſatiat velociter propter illud: ⁊ eſt tarde deſcēſiōis. que fuit ſententia Raſis in.xxj. continentis. capitulo vigeſimooctauo ſic ſcribentis. Panis calidus habet caliditatem accidentalem et humiditatem vaporoſam. Et propter caliditatem accidentalem inducit ſitim: et propter humiditatem vaporoſam ſupernatat: Et erit difficilis digeſtionis et deſcenſus et inflat: preter illa duo que diximus: et replet velociter cauſa ſue caliditatis et ſuper natationis. Concludamus ergo cum Haliabate in quinto theorice. capitulo decimoquinto. ſic dicente. Panis calidus cum ex camino extrahitur omnibus reliquis peior eſt: quoniam immoratur eius a ſtomacho deſcenſus et ſitim prouocat ⁊c. Et cum Iſaac in.p.d. ſic ſcribente. Panis ille eſt melior: qui poſt primuꝫ diem vel ſcđm ac

cipitur: quoniã intus ⁊ exterius frigiditas dominatur ⁊ ꝓpterea hic laudabilis eſt nutrimenti: quia neqꝫ groſſius: neqꝫ viſcoſus exiſtit. Hic itaqꝫ panis qui omnẽ habuerit laudabilem conditionem: vere erit precipuus cibus ad humani corporis nutrimentuꝫ: ⁊ eius naturaliter ſimile complexioni cuꝫ calidus ſit in ſecũdo gradu. vt Iſaac ipſe ſic demonſtrat. Triticum ſcdm̃ ſui naturam ſubſtantialem in primo gradu calidum eſt ⁊ humidum ⁊ ſiccum mediocre. Panis ex eo factus calidior eſt in ſcdo gradu. adipiſcit̃ enim id ex calore ignis ⁊ coctione: ad quod addit ſal ⁊ fermentum: ⁊ teſtatur hoc elementorum in rebus actio. Verbigratia. Melones cum in natura ſint frigidi et humidi in ſecũdo gradu: eorum ſemen deſiccatum ad ſolem concipit ſiccitatem. Ordeũ autem ⁊ faba cũ in ꝓpria natura ſue ſubſtãtie facta ſint ſicca: ſi coquant̃ in aqua hũiditatẽ aſſumũt ⁊c. Et ſic habemus panis cõplexionẽ. Qui aũt optimus ſit ⁊ eligẽdus panis ad tuendam ſanitatem: licet ex iam prehabitis ſatis patere poſſit: attamẽ ad ampliorẽ intelligentiã dicemꝰ cũ Auerroi cõmento. xxxvj. cantico: uꝫ ſic dicẽte. Melior ex panibus eſt ille q̄ ſic ꝑparatur: vt ſimilis ſpongie efficiatur equaliter ⁊ tẽperate fermẽtatus ⁊ in clibano ꝯuenienter decoctus. ⁊ fuit ſententia Gal'. in ꝑmo Terapẽtice. c. vj. ſic ſcribẽtis. Panis bonus debet eſſe clibanarius purus ſine furfure: ſtudioſe q̇dem coctus: habẽs aũt fermentũ et ſal ſufficienter. ⁊ in primo de Alimẽtis ait. Optimi panum ꝑ digeſtione ſunt q̄ maxime fermẽtati: ⁊ qui aſſationẽ habuerunt a cõmẽſurato igne in clibano. ⁊ in lib. de euchimia. c. ij. Euchimorũ cibariorũ tritici q̇dem ſunt panes puri elaborati bñ cocti ſcdm̃ certitudinem habentes commixtionem: ⁊ fermentationem moderatam: ⁊ de ſale cõſimiliter. Huius itaqꝫ panis iuuamenta qui moderatus eſt in omnibus ſupradictis hec ſunt: ſcꝫ in ſtomacho perfecte digerit̃: et ſanguinẽ in corpore clariſſimum generat: vñ nature confortat actionem: propterea cõmodus eſt eis qui in quiete ſunt ⁊ delitiarũ delectatione: ⁊ eis quoꝝ digeſtio defectum patit̃: et ſeniorũ ⁊ egritudinem exeuntiũ ⁊c. Teſte Iſaac vbi ſupra. De pane autẽ facto ex alijs granis dicimꝰ cũ Auerroi in q̇nto colliget. ꝙ hꝫ illã virtutẽ: quã habẽt illa grana, q̄ cum oia ferme illaudabilia ſunt: ⁊ panis ex eis confectus ſimiliter.

Ca. lxxij. oñdit quãta ſit cõueniẽtia carnis ad corpꝰ hũanum: ⁊ preponit que conſiderãda ⁊ ſcribenda ſint de carne.

SI hoies antiq̇tus erãt cõtẽti comeſtiõe glãdiũ ⁊ caſtanearũ: vt dixit Gal'. in ſcdo Alimentorum. hac tñ nr̃a etate valde ab eis degeneraſſe videntur: cum non ſoluꝫ ſilueſtribus cibis: ſed et domeſticis delicatiſſimiſqꝫ ac q̄pluribus non ſint contenti. Et propterea pane etiam optimo non ſaturati: diuerſa carnium et animalium genera ad eſum inuenerunt: qđ equidem a viris ſapientiſſimis habuiſſe initium exiſtimamus: magis vt proportionale ⁊ ſibi conueniẽs cum oporteret: humanũ corpus accipere nutrimentum: q̄ vt proprie guloſitati ſatiſfacerent. Rationaliter enim cognouerũt ꝙ facilius caro ex carne fieret: q̄ ex quocũqꝫ alio cuiuſuis generis ⁊ cõditionis cibo: qđ cũ experti fuiſſent: grandẽ corporis cõfortationẽ ex eius comeſtiõe ꝑceperunt: quoniã cum caro ſit corpus calidũ ⁊ humidũ molle ex ſanguine generatũ: vt ait Cõciliator: nõ immerito eſt cibus confortãs corpus. ⁊ eſt cibus magis ꝓpinque cõuerſionis ad ſanguinem ⁊ ad nutrimentum. teſte Auicẽ. in canonis ſcdo. ⁊ Raſi in tertio Almanſoris. c. ix. dicente. Caro omnibus nutrientibus vehementius nutrit corpus prererea impinguat ⁊ corroborat. et in libro. xxiij. cõtinentis. c. lxxiij. Caro quotiens bene digeritur: generat ſanguinẽ bonum ⁊ conferentem. et ꝓprie ſi fuerit de carnibus animaliuꝫ bonorũ humorũ ad modum carnis porcine ⁊c. Et in. xxv. libro eiuſdem. c. j. Nutrimentum carnis cõuenientis corporis bonũ eſt: quoniã auget cito carnẽ ipſius ⁊ illud corroborat finaliter: quoniam oĩs res corroborãs aliud ſimilis eſt rei corroborate per eã. Hoc quoqꝫ ſenſit Haliabas in quinto Theorice. cap. xxj. Caro omnis calida eſt et humida multi nutrimenti ⁊ multũ generans ſanguinem: ⁊ ideo ſapientes fuerunt qui vſum eius (vt diximꝰ) inuenere. de ipſa ergo in preſentiarũ ſermonem facere intendimus: preponẽtes aliqua prius vniuerſalia: deinde vero ad particularia magis deſcẽdemus de carne cuiuſlibet animalis vſitata ſpecialiter pertractando. Dicamus igitur in hoc. capi. ꝙ in carniũ comeſtione multa eſt adhibenda diligentia: vt vnuſquiſqꝫ pro ſui ſanitatis conſeruatione ſibi carnes conuenientes ſciat eligere: reliquis vero aut nunq̄ vtatur aut q̄rariſſime: nõ enim carnes omnes faciunt ad ſanitatem: ſed tantũmodo ille que humanam naturam nutriunt. et ille que complexioni ſue ſunt vicine: ſicut porcine agnine heduline et ſimiles. vt inq̇t Iſaac in vniuerſalibus dietis. capit. xiij. Carnes vero eritij vulpis leporis ⁊ ſimiliũ nature hũane nõ ſunt ſimiles: immo earũ nutrimẽta ſunt peſſima: quod teſtatur grauitas odoris et vicinitas fetoris. et ideo ab humanis complexionibus ſunt diſcedentes: vt idem ait vbi ſupra et fuit ſententia Raſis in tertio Almanſoris. capitulo nono dicentis. Que carnium malum habent odorem ſunt ſanguinis generatiue deterioris: ideoqꝫ nullo modo comedi debẽt ⁊c. Dimittende ſunt ergo huiuſmodi ab omnibus: a nonnullis vero ſubtiles et laudabiles vt a fortiter exercitantibus ſicut: neqꝫ groſſe ⁊ ad digerẽdũ dure a quieſcentibus ſunt manducande dicente Almanſore vbi ſupra. Caro groſſa multum laborantibus conueniens eſt: ſubtilis autem his qui predictis ſunt contrarij conuenit. Que autem ſint ſubtiles et que



groſſe expreſſit Auicen. in. xiiij. iij. c. xxj. dicens. Carnes ſubtiles et leuis digeſtionis ſunt caro hedi ⁊ perdiciũ: ⁊ turturũ nõ ſuperflue pinguiũ et galline. Carnes vero groſſe ſunt epar: ſplẽ: cor: carnes hyrcorũ et arietũ: et ſimiliũ. Preter hec etiã ad carniũ cõueniẽtiã eſt neceſſaria conſideratio multarũ rerũ ex parte ipſoꝝ aĩaliũ: quoꝝ carnibꝰ intẽdimus vti an. ſ. domeſtica ſint ſilueſtribꝰ meliora: et domeſticoꝝ: an que in domo ſunt nutrita: an q̄ in cãpis tãtũmodo veſcuntur. Similiter an maſculina ſint femininis laudabiliora: et an caſtrata ſint coire potẽtibꝰ vtiliora. Ex parte quoqꝫ etatis: an. ſ. tenera et lactẽtia ſint adoleſcentibus iunioribus vel ſenioribus et decrepitis ſaniora. Ex parte etiã habitudinis: an pinguia macra vel mediocria ſint magis eligẽda. Et ſi aſſata vel elixata ſint comedẽda. Deinde magis ſpecialiter de oĩbus ambulãtibus vſitatis domeſticis ⁊ ſilueſtribus videndum erit. Demũ ſi volatilia ſint greſſibilibꝰ ſiue ambulãtibus: et quadrupedibus meliora: ⁊ q̄ ſint ea: et quãto tempore ſint anteq̄ comedãtur interficienda: ſcribendum erit et conſiderãdum. Poſtremo de mẽbris oĩbus que cõmendata ſint: et que ad ſanitatẽ reprobata: vt vnuſquiſqꝫ cõueniẽtes ab incõpetẽtibus poſſit diſcernere: et ad ſui ſalutẽ cõſeruandã eligere. Hoc aũt in pleriſqꝫ ſequentibus capitulis deinceps domino concedente proſequendum: quare ⁊c.

Capitulũ. lxxiij. oſtendit que caro melior ſit et eligibilior ad ſanitatem: an ea que ex domeſticis accipitur animalibus: an que ex ſilueſtribus.

EX multis cauſis domeſticoꝝ aĩalium carnes ſunt ſiluaticis ſiue ſilueſtribꝰ meliores: ⁊ ꝓpterea magis eligende: vt voluit Haliabas in. v. Theorice. c. xxj. dicẽs. Silueſtriũ caro oĩm mala eſt: ſanguinẽ enim generat groſſum melãcholicumqꝫ. et Iſaac in vniuerſalibus dietis. c. xiij. cum inquit. Domeſtica aĩalia ſaporiora ⁊ nutribiliora ſunt ſiluaticis: exceptis capreolis: q2 minoris ſunt caloris ⁊ maioris humiditatis ſiluaticis alijs: ⁊ inde laudabiliores. Et infra ſic etiam ait. Antiqui dicũt domeſtica aĩalia accidentaliter ꝑtinere ad pauca nutrimenta: ſiluatica vero accidentaliter ꝑtinere ad multa. Domeſtica eñ et ſi multũ nutriãt naturaliter: q2 inde a mẽbris cito diſſoluuntur: mẽbra ſemꝑ inaniunt: et alius cibus ad cõplementũ querit̃: ⁊ ſic paruũ nutrimentũ acquirit̃ inde. Siluatica vero et ſi parũ nutriãt naturaliter: q2 dure a mẽbris diſſoluuntur et tarde: ſufficiunt tamẽ membris vt nõ pauperentur in cibis querẽdis: ⁊ inde antiqui nutritiua multũ ea dixere. Siluatica ergo aĩalia ad cõfortãdum mẽbra bona ſunt: domeſtica vero ad ſanitatẽ cuſtodiendã. Cuius dicti rationẽ ipſe aſſignauit in particularibus dietis cũ ait. Aĩalia domeſtica ad ſilueſtrium cõparationem calorẽ et ſiccitatem habent tẽperatiorem: propter ſue quietis ⁊ aeris tẽperiem: proinde ſunt nutribiliora et laudabiliora: ⁊ adhuc magis in proceſſu loquens de volatilibus dixit. Domeſtica plus nutriunt ⁊ ſunt temperatiora: atqꝫ laudabilem generant ſanguinem pro ſui humiditate laboriſqꝫ temperie. quod etiam ſenſit Gal'. in lib. de ſubtiliante dieta. c. viij. dicẽs: ꝙ que dietantur in mõtibus animalia omnia ſicciora et calidiora ſunt complexionibus ⁊c. Et in. iij. de alimẽtis. c. xiij. Caro domeſticoꝝ animaliũ humidior eſt ea que ſilueſtrium: ⁊ propter humiditatẽ aeris in quo verſantur: ⁊ ꝓpter deſidioſum vite: que autem in montibus defatigant̃ et laborant ſepe: ⁊ in ſicciori aere morantur: propter hoc caro ipſorum eſt durior: et minus putreſcibilior. Et ſubdit poſtea: ꝙ alimentũ ſilueſtrium ſine ſuperfluitate eſt magis domeſticoꝝ ⁊c. Ubi ſciẽdum eſt ꝙ Gal'. nõ laudat ibi ſilueſtria ad comparationem domeſticoꝝ abſolute. Sed tantum reſpectu eorum que in domo ſine aliquo exercitio vel labore nutriuntur: huiuſmodi eñ (vt infra dicemus) ſunt longe peioris nutrimenti q̄ ſilueſtria: cum etiã ſtat ꝙ et ſiluaticoꝝ carnes ſint illaudabiles. et ꝙ ita ſit apparet ꝑ Iſaac in vniuerſalibus dietis. c. ſuperius allegato dicentẽ. Quecũqꝫ animalium et naſcẽtium in calidis ⁊ ſiccis locis innaſcũtur: calidiora et ſicciora ſunt: et ad ſimilãdum membris velociora: ſed ad digerendũ et penetrãdum corpus dura: vnde ſunt illaudabiliora: q2 caro eoꝝ dura et ſicca nutrimenta facit. Et infra etiam dixit. Omnia ſilueſtria aĩalia non ſaporita ſunt: neqꝫ nutribilia ſunt ſicut domeſtica: preter capreolos ⁊c. In particularibus ſic quoqꝫ inquit. Silueſtria aĩalia ſunt calidiora et ſicciora ⁊ indigeſtibiliora: illaudabile nutrimentum generantia: propter multitudinẽ motus et laboris eoꝝ: et propter calorem et ſiccitatem ſui inhabitãtis aeris: qđ fit ꝓpter calorẽ ſolis: et propter indigentiã vmbre ea a ſole operiẽtis. Unde ſilueſtria aĩalia minus boni ſunt nutrimẽti in q̄titate ⁊ qualitate ⁊c. Qđ etiã ſenſit Raſis in Almanſoris iij. loquẽs de ſilueſtribus inquit. Omnes carnes iſte ſanguinẽ generãt melancholicũ. Ex quibus clariſſime patet primũ circa carnes aĩaliũ cõſiderãdum. ſ. ꝙ domeſtice ſiluaticis ad ſanitatis cõſeruationem magis ab auctoribus approbentur. Et ideo ſilueſtrium carnes vbi domeſticoruꝫ copia habetur ab omnibus poſtponende ſunt.

Capitulũ. lxxiiij. oſtẽdit que caro domeſticoꝝ melior ſit ad ſanitatẽ: an eorum que in domo cõtinue nutriuntur: an illorum que in campis paſcuntur.

NOn ſolum naturas quorũdam aĩaliũ ſcire ſufficit: ſed etiã q̄titates nutrimenti ⁊ qualitates digeſtiõis in quibuſlibet ſpeciebus. Et oportet vt inueſtigemus loca et paſcua et aerẽ: et quãtitatẽ ſui motus et quietis. vt inquit Iſaac in. c. xiij. dietarũ vniuerſalium. Circa que non modica quidẽ eſt habẽda ſolici-

tudo a volenti ſuam cōſeruare ſanitatem:qm̄ ex iam dictis bona et ſalutifera: et quādo morboſa et pernicioſa eſt caro eorūdem animalium in ſpecie. Nam ea que in domo alūtur aīalia locis quietis:ac nutrimenti ſuperabundantis ratione nō approbātur: dicente Iſaac vbi ſupra. Que in domibꝰ nutriūtur et incraſſantur:carnes habent viſcoſiores et groſſiores propter multas comeſtiones: et ſui cibi corruptiones et groſſicies: vnde duriores ſunt in ſtomacho et epate: et ad digerendum tardiores:ſi tamen bene digerantur:nutriunt multum et membra cōfortāt. Quod tamen raro.ſ. cōtingit vt bene digerātur: qm̄ vniuerſa aīalia que inexercitata ſunt ſupfluitates ſunt habentia.vt dixit Gal.in.ij.Terapentice.c.ij. et in libro de ſubtiliāte dieta.c.viij.idem ſenſit cum ait. Columbe que in turribus meliores ſunt eis que ſcḋm domos: ita aūt ⁊ porci montani ſunt meliores domeſticis ad eſum. Et ſubdit. Et vniuerſaliter oīa que exercitant̄ nō exercitatis : et que ſiccioribus cibis vtūtur eis q̄ humidioribus. Et que parū et ſubtilem aerem reſpirant:meliora ſunt cōtrarijs. Domeſticoꝝ em̄ porcorū carnes oīm quidē ciboꝝ ſunt nutritiuiſſime: multam aūt habēt in ſeipſis viſcoſitatem ocio et dieta ⁊ copia cibi humidioris. Sed ab his quidem abſtinere oportet omnifariam eū qui curat de ſubtiliante dieta ⁊c. Queādmodū autem de his tātūmodo expreſſit animalibus:pariter et de alijs eſt intelligendum. A quo ſumpſiſſe videtur Iſaac cū in ſuo de particularibus dietis.c.de pecudibus dixit. Caueant homines aīalia ſilueſtria in quiete viuētia: et etiam multo magis domeſtica. Et poſt pauca cauſam adducit dicens. In quiete em̄ viuentibus et delectationē aſſuetantibus modicus eſt calor: et copia humoꝝ frigidorum ⁊ viſcoſoꝝ : et quibus neceſſario calor coꝝ ſit defectus. Addit etiā ad maliciā carnis hoꝝ animalium nutrimentum quo ipſa vtūtur:quod forſitan ſuis cōplexionibus non eſt in totum appropriatum: quemadmodū ſi in campis et pratis eſſent ſibi reperirēt: et propterea illaudabilia redduntur. Et hec non noſtra eſt ſed Iſaac ſentētia in libro de vniuerſalibꝰ dietis.c.xiiij. dicentis. Oīa animalia ſi cibos competentes ſibi et ſue complexioni vnde ſaturētur inueniūt: carne ſaporiora ⁊ laudabiliora fiunt: non inuenientia vero his contraria:huiuſmodi autem ſunt que in domibus tenentur:ergo illaudāda. Que autem ſint talia ſibi appropriata nutrimēta:declarat ipſe in eo loco dicens. Animalia paruas et minimas herbas paſcētia: ſunt bonitate carnis laudabiliora ab initio veris vſq; ad mediū eſtatis:his em̄ tēporibus ſibi competentes cibi inueniūtur:vnde et in his temporibus groſſiora et teneriora fiunt:⁊ laudabilis nutrimenti. Et poſtea ſubiūxit. Extrema ramoꝝ paſcētia ab initio eſtatis vſq; ad mediū hyemis ſunt bona:tunc em̄ rami teneriores ſunt. Et poſt alia quedā ſic etiā ait. Aīalia q̄ ramos comedūt teneros et frōdes:meliora ſunt q̄ que domui aluntur. et propterea in illo.c.auctoritate Hippocratis ipſe concludit : ꝙ ſine dubio animalia que in campis et pratis degunt carne ſunt leuiora: et faciliora ad digerendum plus q̄ ea que in domibus paſcuntur. Quorum quidem ratio duplex eſt:vt ipſe dixit ibidem. Vna ꝙ animalia que parum ſunt comedentia:vt illa que in campis.ſ. multum comedentibus et bibentibus ſunt meliora: queādmodum.ſ.ſunt ea que in domibus aluntur. Alia aūt cauſa ponitur ab eo in.c.xv.eiuſdē libri ſic ſcribēte. Carnes animalium que ſemper ſunt mouentia: ad digerendum ſunt velociores et ſaporiores: ⁊ venarū ſunt penetrabiliores:quoniam motu ſubtiliantur humores:caro leuiatur:et calor temperatur. Semper autē quieſcentiū his ſunt contrarie: quia quies refrigerat:carnes grauat:et ad digerendū indurat. Et propterea poſſumus concludere cum eodē in.c.xiij.preallegati operis.ꝙ animalia domeſtica paſta in montanis ⁊ ſiccis locis:ſunt mediocria in omnibus inter ſiluatica et domeſtica domi nutrita : ideo carnes eorum ceteris laudabiliores et conuenientiores ⁊ perfectiores in cuſtodienda ſanitate et confortatione:et in membrorum aſſimilatione ⁊c. Maxime itaq; ſunt fugiende carnes domeſtice domi nutrite : ſi humide fuerint complexionis:vt carnes porcorum:auium:et columbarum:et ſimilium.

¶ Cap.lxxv.oſtēdit que magis eligēda ſit ex carnibus maſculoꝝ:feminarū:et caſtratoꝝ animalium.

SExus quoq; aīaliū quoꝝ carnes comedimus eſt cōſiderādus:cū nō parum faciat ad ſanitatis cōſeruationem ipſius habita diligētia. Nam maſculoꝝ carnes ſunt vt plurimū laudabiliores q̄ feminarū.et hoc pluribus de cauſis vt ſenſit Iſaac in.c.xiiij. dietarum vniuerſaliū dicēs. Nō dubitauerunt antiqui phyſici quin aīaliū maſculus calidior et ſiccior ſit: minuſq; viſcoſi humoris: et nutrimenti ſubtilioris q̄ femina: femina vero econtrario: ideo oīs maſculina caro laudabilior et digeſtibilior eſt:caprina excepta que calidior et ſiccior eſt temperamēto. Et in particularibus dietis ſic etiā inquit . Maſculina oīa femininis ſunt calidiora ⁊ minoris humiditatis. Sunt.etiā laudabiliora et digeſtioni faciliora:feminina vero qr minorē habēt calorē ⁊ humiditatē maiorem ad digerendum ſunt tardiora. Quod etiam voluit Raſis in lib. xxiij. continentis.c.cciij. cum dixit. Caro maſculina eſt ſiccior feminina. Et Auicen.in ſecundo canonis.c. de carne dixit. Caro nigri eſt leuior et ſuauior:et ſimiliter caro maſculi:et hoc quia calidior eſt et ſiccior: femina autē frigida et humida.vt ait Ariſto.in quarta problematum.problemate.xxv. Et ꝓpterea dicebat Gal.in cōmento pulſuum primo. ꝙ calidior ſit maſculus q̄ femina:ab optimis anterioribus medicis et philoſophis dictum eſt:et a nobis alibi demōſtratum eſt. Cuius ſignum poſuit Auicen.in prima.j. doctrina tertio dicens. Femine ſunt maſculis in creatura minores.⁊ hoc quia non niſi frigidiores illis in complexiōe exiſtunt ⁊c. Ex quibus patet ꝙ ceteris paribus:caro maſculorum eſt melior digeſtibilior et laudabilior:et per conſequens magis q̄ caro feminarum eſt eligenda non exiſtente tamen in oībus paritate:caro feminarū quandoq; magis eligenda foret:vt ſi compararetur iuuenca adoleſcens adhuc vel vitula vt malis dicere:ſeni ⁊ iam decrepito boui : et ſic de alijs:vt patet manifeſte ⁊c. Quid autem de caſtratorum carne ſententiamus ſcribamus modo dicentes.ꝙ ipſa media ſit inter maſculorum et feminarum carnes:non adeo bona ſicut ea que maſculoruꝫ exceptis caprinis:caſtratis.gallis et huiuſmodi acuitatem habentibus:vt infra in ꝓceſſu magis videbit̄: nec tātum mala ſicut ea que feminaruꝫ:q̄ q̇dē eſt ſententia Iſaac in libro parti.die.ſic ſcribentis. Caſtrata animalia q̄uis propter humiditateꝫ feminis ſint vicina:in calore tamen ſunt diſcordantia : quia calor eorum inter vtrumq; ſexum eſt mediocris. Caſtrata namq; animalia maiorem q̄ feminina habent calorē ⁊ minorem maſculinis:idcirco digeſtibiliora ſunt feminis. In capitulo vero decimoquarto vniuerſaliuꝫ dietarum ſic etiam ait. Caſtrata animalia inter complexionem maris et femine ſunt mediocria in ſpecie ſua:ideo actiones ſue et paſſiones feminis ſunt vicinantes:quia ⁊ ſi quilibet maſculus naſcatur:nobiliſſima tamen membra:que naturalis caloris ſunt fundamenta amiſit:inde calor defecit. Sciendum tamē eſt ꝙ hec dicta de caſtratis quadrupedum maxime ſunt intelligēda:nō aūt de caſtratis volatiliū : quoꝝ nōnulli magis q̄ maſculi cuiuſcumq; generis magis approbant̄.dicente Iſaac in.p.d. Volatilia caſtrata oībus aīalibus ambulātibus ſunt vtiliora. Necnon galli caſtrati oībus volatilibꝰ cōuenientiores:cū laudabilius nutrimentum ⁊ perfectū generēt ſanguinē: quod ⁊ in.c.xvj.v.d.voluit cū ait. Caſtrata volatilia ad cōparationē ambulātiū ſunt meliora:laudabilem em̄ ſanguinē ſunt generātia. Et infra. Gallus caponatus plurimū eſt laudādus:qm̄ cōplexio ſua in q̄ttuor qualitatibus eſt temperata et inde nutribilior ⁊c. Ecce igitur ꝙ caſtrata volatiliū pluſq̄ maſculi nō orbati ſunt cōuenientia. De quadrupedibꝰ aūt oībus nō ſic eſt:vt ex dictis auctorū ꝓallegatis cōprehēdi pōt q̄ clariſſime. De ouibus et capris vel hircis caſtratis imp̄ſentiarū nihil dicere volumꝰ:qr ī ſeq̄ntibꝰ de ipis ꝓpa faciemus capitl'a:ſi deꝰ voluerit.

¶ Capitulum.lxxvj.oſtēdit que caro melior ſit animalium nouiter natoꝝ vel iuuenum aut veterum ⁊ decrepitorum.

VTile perfecto ac permaxime neceſſariuꝫ ad ſanitatem conſeruandā nō minus: q̄ ad bonitatem carnis cognoſcendam eſt precognoſcere animalium etates. Quoniam caro eiuſdem animalis in vna etate et a ſapientibus approbatiſſima:in altera vero egritudinalis ⁊ plurimuꝫ ab eiuſdem deteſtata atq; prohibita. Et ꝓpterea dicendum eſt in hoc.c.ꝙ etſi pleriq; aīaliū lactētium carnes vtiles ſint.et ad cuſtodiam ſalutis facere videantur:non tamen omnes ſunt huiuſcemodi. Sed ille tātummodo que ſiccoruꝫ ſunt animaliū: vt placuit Iſaac in vniuerſalibus dietis.cap.xiiij.dicenti. Lactentiū carnes ſunt humidiores:et a ſtomacho lubriciores.ventris ſolubiliores:ſanguinē phlegmaticū ⁊ multā ſuperfluitatem generātes: niſi ſicce ſint naturaliter ſicut bouine ⁊ caprine:quaruꝫ nutrimenta ſunt ceteris laudabiliora:⁊ maxime bonum lac ſugentia. Et poſtea ſubiūxit.ꝙ ſi animalia lactentia naturaliter fuerint humida ſunt peſſima:quia humiditas naturalis et humiditas etatis in eodem ſe colligunt:⁊ inde fiunt groſſa et viſcoſa:⁊ ad digerendum dura:⁊ corruptum nutrimentū facientia. Et cū humide ſint complexionis:phlegmaticos generant humores ⁊ calidos fumos et corruptos. Et inde eſt ꝙ lactentia porcina et agnina ſunt peſſima:ſed plus porcina ex naturalis caloris paruitate:⁊ viſcoſitatis ⁊ humiditatis dominio.et ideo ſunt fugienda. quod etiā in libro particularium replicauit dicēs. Lactens animal calidius et humidius eſt animalibus oībus atq; teneriorem habet carnem propter ſanguinē materie ſue cōplexioni dominātem:propter hoc igitur ſunt quedam aīalium in ſuo gn̄e humida ſicut porci ⁊ pecudes : que neceſſario de duabus partibus habent humiditatē:ex etate.ſ.et cōplexione : quare qḋ ab eis generatur eſt viſcoſum digeſtiōi difficile:facile tū de ſtomacho deſcēdit:difficillime a mēbris diſſoluitur:et viſcoſum generat phlegma maxime ſi nō ſit ex maſculinis aīalibus.ꝙ ſi fuerint animalia in ſuo genere ſicut caprina et bouina ſuarum complexionum ſiccitas cuꝫ humiditate etatis temperatur. Vnde:ſunt leuiora ⁊ digeſtioni cōpetentia maxime ſi maſculina ſint:ideoq; lactētium corpora caprina ⁊ bouina ſunt laudabiliora porcinis ⁊ pecorinis. Que fuit etiam Gal. ſententia in.iij. de alimentis.ca. decimoquarto.dicentis. Caro quidem humidiſſima eſt poſt parturitionem. Et in libro de euchimia cap.iij. Carnes iuniorum animaliū digeſtibiles ſunt preterq̄ ſi poſtq̄ nata fuerint mox comedātur : ſuperfluitatibꝰ enim plene ſunt oēs he.et maxime eorum que humidiores habēt natura carnes ſicut agnoꝝ ⁊ porcoruꝫ. Hedorum vero et vitulorum que ſicciora ſunt animalia:multo ſunt meliores:et ad digeſtionem et ad nutritionem. Et in libro de diſſolutione continua ſic quoq; ait. Omne quod eſt ex animalibus ſiccis paruum velocius digeritur q̄ magnum:et ideo caro vituli velocius digeritur q̄ caro bouis et hedi.et annalis agni velocius digeruntur carnes q̄ caro antiquorum et q̄ caprina. Et omne qḋ eſt ex animalibus huiuſmodi magis ⁊ velocius digeritur q̄ anteq̄ dureſcant:eorum ꝟo que humida ſunt econuerſo. et ideo annalis ex pecude velocius digerit̄ q̄ agnꝰ. Et

caro omnis animalis qđ eſt in augmento et cremento velocius digerit̃ ꝙ̄ eius quod inueteratum eſt et antiquū ⁊c. Et ꝓpterea idem dixit in ſcđo de cōplexionibus.c.ij. Caro animalis cum naſcitur fit inſipida ꝓpter multitudinem humiditatuꝫ in ea.et ꝓprie que humida natura eſt. Et ideo concludit Raſis in xxiij.continētis.c.cciij. Nō debet comedi caro morticina:necꝫ macilenta valde:nec etiā caro illius quod natum eſt in minori tempore vnius mēſis. Sic ergo dicemus cum Yſaac in loco ſuperius allegato dicente. Pulli ſiccorum animalium meliores ſunt. Humidorum vero et frigidorum maiores. Iuuenes igitur ſint porci pecudes ⁊ huiuſcemodi animalia natura humida. Que vero ſunt ſicca lactētia comedantur. Qđ etiam in particularibꝰ voluit cum ait. Animalia in iuuentute manentia calidiora ſunt lactentibus in qualitate:in quātitate vero minime:qm̄ eorum caro ſiccior eſt ꝑ ſue natiuitatis remotione. Unde animalia ſi ſunt ſicca ſicut boues : capre:habent ſiccitatem ex duabus partibus.ſ.ex etate et cōplexione:ſunt ergo dura ac indigeſtibilia:ad diſſoluendū tarde:illaudabile quoqꝫ nutrimentum donantia. Qđ ſi ſint aīalia genere ſua humida ſicut pecudes ⁊ porci : naturalis eorum humiditas cum ſua ſiccitate tēperatur : ideo iuuenes porci ⁊ pecudes meliores ſunt ⁊c. Qđ Gal. accepit vt viſum eſt ſupra. ¶ Quod aūt de antiquatis cuiuſcꝫ generis ſunt aīalibus:dicimus id quod ſcripſit Yſaac in vniuer.die.c.xxxij.di. In etate quarta.i.decrepita aīalia oīa ſunt peſſima:⁊ ad digerēduꝫ duriſſima. Et infra etiā ſic ait. Que magis ſunt ānoſa aīalia mēbris ſunt ſicciora: ⁊ ad digerendū duriora:quāto minora:tāto mēbra ſunt tenuiora ⁊ ad digerendum velociora. Cuius cauſam in.p.d.aſſignauit dicens. Decrepita quidē aīalia ſunt ſicciora ⁊ duriora:q: naturalis calor eorum defectiſſimus eſt extinctionicꝫ paratus:⁊ eorū humiditas vicinitus finienda:et q: virtus eorū digeſtiua eſt defecta:accidentaliter aquiſiuerunt humiditatem crudam et innutribilem:ideocꝫ ad digerendū difficilia ⁊ ad diſſoluēdum tardiſſima:illaudabilē chimū vtpote viſcoſum phlegma generātia. Sed tamen ſi naturaliter fuerint calida minus nociua erunt:econuerſo vero ſi fuerint frigida peſſimam inferunt leſionem ⁊c. Concludamus igitur propoſitū nr̄m cū Almāſore in libro.iij.ca.ix. ſic dicēte. Animalium decrepitorum ⁊ impinguatorum caro mala eſt:nec eſt in comeſtione eius vtilitas. Que aūt media reperitur mediocris exiſtit. Que fuit etiā ſententia Auenzoar in.j.c.ſui Theiſir ſic ſcribētis. Dicunt medici ꝙ comedere carnes antiquas et veteres eſt materia egritudinū. ⁊ Gal.in.ij. Terapētice.c.ij. di. Omniū aīaliū fugienda ſunt vetera et nouiter nata :nam hec quidem duriora ſunt et indigeſtibiliora: illa vero q: vltra ꝙ̄ oportet humida : et ſuperfluitatē generantia et maxime quecūcꝫ animaliū ſunt humida ſicut oues ⁊c. ⁊ in.iij.de Alimētis.c.xviij.ſic etiam inqt. Oportet cognoſcere creſcentiū carnē multo meliorem eſſe ea que ꝓuectorum:mediam aūt amborum ea que in ſtatu:prauā vero ⁊ eā que oīno iuuenū : ſed ſub contraria ei que eoruꝫ qui iam ſenuerūt. Et in.c.xx. eiuſdem ſic concludit. Optime quidem carnes ſunt animalium bene nutritorū et iuuenū:peſſime autē ꝗ̄ macilentorū ⁊ ꝓuectorum. ¶ Et ſic iſta ex dictis elicitur cōcluſio:ꝙ aīaliū naturaliter ſiccorum carnes dū lactēt comedende ſunt:hūidorum vero ⁊ frigidorum cuꝫ ad ſtatū iuuētutis ꝑuenerunt:ſeniorum vero nunꝙ̄.

¶ Capitulum.lxxvij.oſtendit que caro laudabilior ſit ad ſanitatem conſeruandam:an ea que mediocriū pinguium:vel macilentorum animalium fuerit.

la eſt: ſanguinem enim generat groſſum melancholicumq̃: et que minus mala eſt:capreolina:poſt quam eſt leporis caro:ceruoꝝ vero et aſinoꝝ ſiluestriũ:arietumq̃ montanoꝝ omnis mala eſt ⁊c. Que fuit Gal̃. ſententia in libro de ſubtiliante dieta.c.viij.dicentis. Prope aſinos ſunt cerui:vnde ab eoꝝ eſu abſtinẽdũ eſt. Et huius dicti rationem aſſignat in tertio de alimentis.c.j.cum ait. Mali aũt chimi his nihil minus eſt et q̃ ceruoꝝ et dura:et indigeſtibilis ⁊c. Quãobrẽ qui carnes ceruoꝝ manducare voluerit his que dicimus non obediendo: expectent quod eis promittit Auicen.in.ij.canonis.c.cxlvj.cum dixit. Caro vaccina et ceruorum:et hyrcoꝝ ſiluestrium:et magnarũ auiũ faciunt euenire febres quartanas. Cũ quo conuenit Yſaac in prima doc.cum inquit. Ceruina caro melancholica eſt:et dura ad digerendum: ſed tamen diuerſa eſt ſcḋm etates et cõplexiones eius: ſunt eñ lactẽtes ceteris laudabiliores et vtiliores: ſecundo adoleſcentes. Iuuenes vero ſunt his duriores: decrepiti autem omnium peſſimi. Iuuenes autẽ ſi fuerint caſtrati meliores erunt: quoniã calor eorum et ſiccitas temperatur. Sed quis poteſt eos ſic habere niſi potentiſſimi:qui in ipſorum viridarijs ſolẽt ipſos tenere:et tũc pluribus rationibus dicendi forent potius domeſtici q̃ ſiluestres. Noſter autẽ ſermo eſt de his qui in mõtibus a venatoribus capiũtur:quos ſeniores ceruos eſſe credendum eſt:cum minus occurrere q̃ iuniores poſſint:vt patet manifeſte. ¶ De carne autẽ capreoli dicimus ꝙ ipſa inter ceteras ſiluestres ſit magis approbata:dicente Yſaac in vniuerſalibus dietis.c.xiij.auctoritate Gal̃. Siluestria aĩalia nõ ſaporita ſunt ſicut domeſtica preter capreolos:qui cũ ſint ſiluatici ſunt ſaporoſiores: ⁊ laudabiliores:⁊ nutribiliores: ex nimio enim ſuo motu ⁊ labore ſubtiliatur eoꝝ ſanguis: corpus rarificatur: pori aperiũtur: et humores qui ſunt cauſa grauitatis odoris diſſoluuntur. Et poſt aliqua ſubiũxit. Domeſtica ſunt ſaporoſiora et nutribiliora ſiluaticis exceptis capreolis. ⁊ idem in libro.j.doc.ſic etiam de eis ſcripſit. Siluestria animalia minus ſunt boni nutrimenti in q̃titate et qualitate q̃ domeſtica: niſi ſola domeſtica capreolina:q: ppter ſuperfluitates caloris motus ⁊ laboris:quẽ aſſueuerũt: eoꝝ naturalis tẽperat̃ frigitudo:ideoq̃ nimio eoꝝ exercitio: ſaporis carniũ ⁊ odoris grauitas amputat̃: adiutoriũ etiã virtuti digeſtiue dat̃:vt facillime optimeq̃ caro eoꝝ digeratur. Et fuit ſentẽtia Raſis in.iij. Almãſoris.c.ix.dicẽtis. Caro gazel.i.capreoli inter ſiluestres carnes melior habet̃:ſanguis quoq̃ ex ea generatus paucas efficit ſuperfluitates:qui cũ ſiccus ſit melãcholie attinet. Ex cuius dicti a calce elicere poſſumus ꝙ et ſi ipſa inter ſiluestres laudabilior exiſtat:non tamẽ abſolute laudanda ſit et commendanda: cum ſanguinẽ ſatis melancholicũ generet: queãdmodũ ⁊ relique ſiluatice licet nõ tm̃ ⁊c. Cũ aũt voluerimus ab ea hoc tale ſiccitatis ſue nocumentũ aliqualiter remouere:coquem᷒ ipſam cũ oleo:vt Raſis docuit in libro quarto ſuorũ aphoriſmorũ dicẽs. Melior ex carnibus montanis abſq̃ nocumẽto ⁊ abſq̃ vẽtoſitate caro gazellis.i.capreolis exiſtit:parũ tamen eſt ſicca:cuius ſiccitas cũ oleis hũidis remouetur:⁊ in comeſtione eius virtus accidit mirabilis:⁊ prodeſt paraliſi frigide ⁊c. Auicẽ. quoq̃ in ſecũdo canonis ſic de ea inquit. Caro ſiluestris melior eſt caro gazel cũ declinatione ſua ad melancholiã. Et ppterea elixabimus ipſam:⁊ cũ humidis condiemus:ſi quãdoq̃ cõtinget vt ad noſtras manus ipſa pueniat. ¶ De dama vero ⁊ eius carne ab antiquis nihil reperi dictũ:qḋ vt opinior contingit:q: cũ eiuſdẽ ſit generis cũ capreolis:vt etiã ſcripſit Platina:loquẽtes de gñe:ſpecies cõprehenderũt:ideo tãtũmodo dicem᷒ cũ eo ꝙ dama cũ capreolis fere in qualitatibus cõuenit bonũ nãq̃ alimentũ eius caro veſcentibus preſtat modici recrementi eſt: ſanguinẽ tñ ad atrã bilem.i.ad melancholiã quoquo mõ tẽdentẽ efficit. Que fuit ſentẽtia Raſis in.xxiij.cõtinentis.c.cccccccciij.dicẽtis. Caro damina generat ſanguinẽ proximũ ſanguini melancholico:tñ laudabilior eſt carne vaccina ⁊ ceruina.hec ipſe.quare ⁊c.

¶ Capitulum.lxxxviij.determinat de carnibus eritij terreſtris:cameli:vrſi:⁊ reliquorum talium animalium.

Caro eritij:cũ humane nature non ſit ſimilis:eius nutrimentũ eſt peſſimũ:vt inquit Yſaac in.c.xiij. dietarũ vniuerſaliũ. Et propterea via nutrimenti nõ accipiatur:licet quãdoq̃ ipſam loco medicine comedamus cum dicat idem in particularium libro. caro eritij vim habet diſſoluentem ⁊ deſiccantẽ:⁊ proprie ſtomachũ cõfortat:ventrem ſoluit:vrinã prouocat:vtilis quoq̃ ſit eis qui elefantico morbo ſunt parati. Quod etiã voluit Serapio in ſuo.capitulo cum ait. Virtus carnis eritij terreni deſiccat ⁊ reſoluitur fortiter ⁊ quando deſiccatur ⁊ bibitur confert leproſis ⁊ habentibus complexionẽ malã corruptã dominantem in corporibus eoꝝ.⁊ cõfert ſpaſmo ⁊ egritudinibus renũ ⁊ habẽtibus hydropiſim carnoſam ⁊ verũ dixit ꝙ cõferat paraliſi ⁊ elefantie. Qḋ etiã voluit Auicẽ.in.xv.tertij.c.vj.cũ ait. Caro eritij fortiter prouocat vrinam ⁊ mundificat ⁊c.clarius vero in ſecundo canonis capitulo.xxxviij.cũ inquit. Quod de eritio terreno ſalitum eſt confert elefantie ⁊ lepre et illud ppter vehementiam reſolutionis ⁊ exiccatiõis. Et infra ſic ait.caro eius ſalita confert paraliſi ⁊ ſpaſmo et egritudinibus neruorum omnibus et elefantie. Idem quoq̃ voluit Raſis in libro.xxiij.continentis.c.cccccccxc.dicẽs auctoritate Bimmaſui.caro eritij cõfert ptiſi:lepre:⁊ ſpaſmo:et dolori renũ: pcipue ſi ſiccat̃ et bibitur.et dixit etiã ꝙ eritius ſiluester mirabilis eſt valde ad diſſoluẽdũ ſcrophulas: nodulas et neruos:et cinis eius valet ad mingentem in lecto.

de infantibus valde:ita ꝙ frequēs comeſtio ipſiꝰ ge-
nerat difficultatē mingendi ⁊c. Ecce igitur ꝙ multū
facit ad medicinā:nihil vero aut parū ad nutrimētū.
Quare ad ſanitatē carnē eius nō laudamus. ¶ Ca-
ro aūt camelina que calida eſt et ſicca: vt dixit Yſaac
in.v.d.c.xiiij. nullā habet bonitatē niſi ꝙ ꝓuocat vri
nā:vt retulit Auicē.in.ij.canonis.c.cxlvj. Via aūt nu
trimēti humoꝛē generat melācholicum. teſte Raſi in
iij. Almāſoꝛis.c.ix.dicēte. Caro camelina vehemēter
exiſtens calida melancholiā generat. Urſina vero ca
ro eſt viſcoſiſſima digeſtioni inobediēs: peſſimumq;
dat nutrimētum: vnde plus pertinet medicine q̄ ci-
bo.vt Yſaac dixit in particularibꝰ dietis: vbi ſubiun
xit. Leonina ceteris eſt calidioꝛ ⁊ groſſa:grauis:diffi
cilis digeſtionis:doloꝛē et toꝛſionē in vētre generat:
et in vētoſitatē cōuertitur ⁊c. Et ſubdit. Poſtremo
licet hec aīalia vniuerſaliter nō māducentur : eoꝝ tñ
naturā dicamus. Oia autē hec malum dāt nutrimē-
tum:generātq; peſſimum ſanguinē. Aſinus eñ diffi-
cile digeritur:ſtomacho nocet et vomitū facit. Cete-
ra autem animalia ſimiliter agunt:aſinus tamē ſub-
tilioꝛis eſt nutrimenti et carnis q̄ equus:equus aūt
ſubtilioꝛem camelo: nullus autē eſt ceteris deterioꝛ.
hec ipſe. Et hoc ſenſit Gal'. in libꝛo de ſubtiliāte die
ta.c.viij.dicēs. Equos autē et aſinos:aſinus oībus
concedendum eſt comedere ſicut leopardus ⁊ vꝛſus:
⁊ leōes feralibꝰ hoībꝰ. Hos ego patres imitaboꝛ nul
lum amplioꝛem de his faciēdo ſermonem inutiliter:
cum hec et ſimiles carnes non ſolum a medicis:verū-
etiam ab omnibus iuremerito ſint pꝛetermiſſe ſicut
et repꝛobate.

¶ Capitulum. lxxxix. comparat volatilium ad am-
bulantium ⁊ quadrupedum carnes oſtendendo que
laudabilioꝛes earum:et demum nonnulla circa vola-
tilia obſeruanda.

Expleta determinatione carniū ambulan
ciū:reliquū eſt vt de carne volatilium aia
lium:et pꝛimo domeſticoꝝ:deinde ſilue-
ſtrium vſitatoꝝ aliqua nō inutilia ſcriba
mus: vt bona et completa fieri poſſit ele
ctio carniū ad ſanitatē cōſeruādā. Unde pꝛimo intel
ligendū eſt ꝙ ſi voluerimus cōparare carnes volati-
liū ad carnes ꝑcedētiū quadrupedū: habebimꝰ dice-
re cū Yſaac in vniuerſalibꝰ dietis.c.xvj. ſic ſcribente.
Uolatilia vniuerſaliter ad ambulātia comparata mi
noꝛa faciunt nutrimenta:ad digerendum tamen ſub
tilioꝛa et facilioꝛa. Quod in particularibus dietis ca
pitulo de volatilibus etiam replicauit cum dixit. Uo
latilia vniuerſaliter ſubtilioꝛa ⁊ leuioꝛa omnibus car
nem habentibus exiſtunt : ſunt etiam digeſtibilioꝛa
omnibus animalibus ambulantibus: minus tamen
ſunt nutribilia. Quod etiam ſenſit Raſis in lib.xxiij.
cōtinētis.c.ccccccciij.dicēs. Caro auiū eſt modici nu
trimēti:velocis digeſtionis:adhibita relatiōe ad alia
aīalia. Et infra ſubiunxit. Caro auiū generaliter eſt
vehementioꝛis ſiccitatis q̄ caro oīm aīaliū. Et iterū
magis in ꝓceſſu addidit. Caro auiū leuioꝛ eſt carne
alia aīaliū. Et Haliabas in.v. Theoꝛice.c xxiij. ſic q;
dixit. Auiū caro oīm velocioꝛis eſt digeſtionis q̄ qua
drupedū:et ſubtilioꝛ cibus ⁊c. Que fuit Gal'. ſnīa in
libꝛo de diſſolutione cōtinua dicētis. Et caro auium
oīm velocius digerit̄ q̄ quadrupedū.et in.iij.alimen
toꝝ.c.xviij.inquit. Genus oīm volatiliū auium pau
cioꝛis eſt nutrimēti ſi cōparetur generi peditātiū: et
maxime poꝛcoꝝ: quoꝝ carne nulliꝰ aīaliū maioꝛis nu
trimēti ſumere habebis: digeſtibilioꝛ tamen eſt caro
volatiliū aīaliū: ⁊ maxime ꝑdicū frangelinicq; ⁊ colū-
be gallinecq; et galli:turdoꝝ etiā et meruloꝝ ⁊ paruo
rum paſſerum ⁊c. Cuius quidē ratio videt̄ hec eſſe:
qm̄ caro auiū oīno eſt ſiccioꝛ carne quadrupedū. te-
ſte Auicen.in.ij.canonis.c.cxlvj. Et ꝙ ita ſit declara-
uit ipſe ibidē:ſed infra dixiſſet. Carnes auium aſſate
et nō aſſate conſtringunt ventrem:et pꝛopꝛie alcubu
gi et atheagi ⁊c. Que fuit Hippocratis ſententia vt
dixit Yſaac in.c.xvj. dietarum vniuerſalium: vbi ait:
Uolatilium leuioꝛes ſunt carnes q̄ ambulātium et
minus humide: leuioꝛes quocq; ⁊ minus humide car
nes perdicum et turturum et ſtarnoꝛū. Et ideo hu-
iuſmodi aues nō ſunt laudabiles niſi pingues ſint:ſi
cut ille que naturaliter ſunt humide nō comedantur
pingues ſed macrei.vt idem aſſerit ibidē dicēs. Que
volatilium naturaliter ſunt humide : laudabilioꝛ eſt
macies q̄ craſſicies: quia macies ſuam multā aufert
humiditatē:et ſuam temperat cōplexionem. Que au
tem naturaliter ſunt ſiccioꝛa: craſſa macris ſunt me-
lioꝛa. Hoc igitur pꝛeceptum nō modo tanq̄ vtile:ſed
ſicuti neceſſarium ad ſanitatis cuſtodiā eſt obſeruan
dū. Si quis autē quereret cōparatis volatilibus do
meſticis ⁊ ſiluaticis adinuicem:que ſint melioꝛa: Ad
hoc reſpōdebimus ſcd̄m Yſaac determinationem in
dietis particularibus ſic ſcribentis. Silueſtria vola-
tilia minus domeſticis ſunt humida:⁊ tenuioꝛem ha
bent carnem:ſunt etiam facilioꝛa digeſtioni cauſa ra-
ritatis carnium: et vicinitate et ſubtilitate ſui aeris
et ſiccitate. Neceſſe eſt ergo vt contraria hoꝛum ha-
beant domeſtica:ſed tamen domeſtica plus nutriūt:
et ſunt temperatioꝛa:atq; laudabilioꝛem ſanguinem
generantia pꝛo ſui humiditate laboꝛiſq; temperie:
poꝛro domeſticis campos inhabitantia ſunt melio-
ra comedentibus in caſula pꝛo ſui motu. Et quia
eſcam ſuſcipiunt que nature ſufficit ⁊c. hec ipſe. Et
iſtud etiam vltimum dictum eſt pꝛo regula ſemper
obſeruandum: ſcilicet ꝙ domeſtica animalia inexerci
tata in caſula ſtudioſe impinguata non conueniant
ad ſanoꝛum comeſtionem : et pꝛecipue ſi naturaliter
fuerit humida vt anates et huiuſmodi. Si tamen na
turaliter ſicca foꝛēt:impinguāda ſunt.vt iuſſit Yſaac
in.c.xvj.dietarum vniuerſalium dicens. Que volati-
lium complexionis ſicce ſunt:non ſunt accipiēda niſi
domui nutrita ⁊ incraſſata fuerint:neq; illa q̄ calida



ſunt nimis ſicut turtures ꝑdices ⁊ huiuſmodi. Ob-
ſeruandum eſt pꝛetera ꝙ volatilia in ſuo genere non
ſint multū natiuitati pꝛopinqua:nec etiaꝫ vetera ſed
creſcentia:aut in etate iuuentutis conſtituta:et pꝛe-
ſertim ſi humida ſint naturaliter. Si vero ſicca:ante
q̄ ad iuuentutem perueniant ſunt occidenda:⁊ tunc
manducāda.dicente Yſaac in.c.xiiij.libꝛi ſuperius al
legati. Oia animalia volatilia vl' ambulantia dū ſunt
creſcētia carne ſunt laudabilioꝛa q̄ que iam ſunt de-
clinata. Media vero inter hec duo extrema laudabi-
lia ſunt vel illaudabilia ſcd̄m extremum ad qd̄ ſunt
magis pēdentia. Poſtremo ꝓ regula maxime neceſ
ſaria ad ſanitatē eſt regula maxime neceſſaria ad ſa-
nitatem eſt aduertēdū ꝙ volatilia ſtatim poſtq̄ occi-
ſa fuerint:nō coquēda ſunt. ⁊ ꝓcipue que carnes du-
ras habuerint ⁊ ſiluatice fuerint:teſte Yſaac in.cap.
xix.d.v.ſic dicente. Carnes ſiluatice nō ſunt coquinā
de poſt occiſionē:ſꝫ vna die vel pluribus dimittende
ſunt vt tenere fiant Et infra tēpus limitauit dicēs:
Si hyems fuerit:carnes ante vnam dieꝫ ſint occiſe.
heſternū eñ facilius digeſtibile eſt recēte. Eſtate ꝟo
ſufficit extincta mane fuiſſe caro q̄ comedi debet cir-
ca occaſum ſolis.et in.xvj.ca.earūdē iteruꝫ ait. Uola
tilia poſtq̄ ſunt occiſa per diē ⁊ nocteꝫ dimittant̄ vt
carnes molliant̄.et pꝛeſertim aquatica et ſimilia du
ras carnes habentia. Que autē tenera ſunt vt pulli
gallinacei et huiuſmodi:non tantum tempoꝛis re-
quirunt vt patet.

¶ Capit.xc.oſtendit naturam et bonitates carnis
gallinacee ⁊ caponum caſtratoꝛum ſuoꝛum.

INitium ſermonis de carne volatilium a
gallina videtur rationabiliter eſſe incho-
andum : cum caro eius ſit leuioꝛ vel me-
lioꝛ:vt alia textus habet littara : omni al
tera carne auium:vt dixit Raſis in.xxiij.
cōtinentis. capitulo.ccccccciij. Dicamus igitur pꝛio
de ipſa.et eius carne cū Auēzoar in libꝛo.j.ſui theiſir
trac.ix.c.vij.di. Pullos gallinaceos ꝑuos abſolute
ceteris carnibꝰ laudabilioꝛes eē diximꝰ. Et in lib.ij.
eiuſdē tra.iij.c.iij.ſic inq̄t. De melioꝛibꝰ cibis ē galli
na ī tafea. Et Haliabas ī.v.theoꝛice.c.xxiij.de ipā ſic
ſcripſit. Oīm auiū caro laudabilioꝛ.excellētioꝛq; ⁊ ve
locioꝛis digeſtiōis gallinarū ē caro ⁊ pulloꝝ eaꝝ. Qd̄
etiā voluit Yſaac cū in lib.dietarū vniuerſaliū.c.xvj.
ſic ait. Caro galline ⁊ galli.ſ.iuuenis ē tēꝑata. ⁊ ꝓpte
rea pulli gallinarū leuioꝛis ſunt digeſtiōis ceteris do
meſticis volatilibꝰ:⁊ laudabilē generāt ſanguinē:ap
petitū ꝯfoꝛtāt:⁊ oībꝰ naturis ſūt ꝯueniētes vt idē di
xit ī ꝑticularibꝰ. Et īfra ſubdit. Et laudabilioꝛes ſūt
pulli maſculi canere incipiētes ⁊ intēꝑata ꝑiguedine
exiſtētes. Hoc quocq; ſenſit Pꝛinceps in.ij.canonī.c.
ccxciij.ſic dicēs inquit. Ruffus. galloꝝ melioꝛ ē ille q̄
nō cātat adhuc:⁊ gallinarū melioꝛ eſt q̄ nondū parit
oua. Et poſtpauca ſubiūxit. Caro gallinaruꝫ q̄ ſunt
pulle in intellectu augmentū efficit. A quo ſumpſiſſe
videtur Auerrois quod ſcripſit in.v.colliget dicēs.
Melioꝛ caro ex volatilibus eſt caro galline iuuenis
ſane ⁊ pinguis. ⁊ habet mirabilem pꝛopꝛietatem in
temperādo cōplexionem:⁊ pꝛopterea bꝛodium ſuuꝫ
eſt optima medicina lepꝛoſis : ⁊ dicitur ꝙ cerebꝛum
galline augmentat ſubſtantiaꝫ noſtri cerebꝛi ⁊ acuit
ingenium. Quod etiā Raſis ſenſiſſe videt̄ in.iiij.lib.
ſuoꝝ aphoꝛiſmoꝝ cū inquit. Pulli gallinarū tempe
rati digeruntur velociter viſui cōuenientes:ſperma
augmentātes ⁊ ſanguinem. Etharus eñ philoſo-
phus dixit ꝙ habent virtutem caloꝛē innatuꝫ vigo-
randi. ⁊ infra ſubiunxit di. Galline que nimium non
ſunt antique:nec nimiū pingues mirabilis cibꝰ exi-
ſtunt. ⁊ temperatioꝛes ſunt alijs carnibus et pullis
appꝛoximāt:nō ſunt tamē ita laudabiles : quoniam
Yſaac in.p.d.ſic ait. Gallina minus pullis eſt humi
da:⁊ ꝓpterea ad pulloꝛū comparationem digeſtioni
eſt difficilis:tamen bene digeſta pluris erit nutrimē
ti. Et ſubdit:ꝙ ſi de ea ſimplex ius cōficiat̄ erit me-
lioꝛ:quia ab aqua aliquid humiditati acquirit. vnde
ſtomachi eſt confoꝛtatiuum ⁊ multum dat nutrimē-
tum ⁊c. Quod autē gallina pullis ſit minus humida
dat de hoc tale ſignū in libꝛo dietarū vniuerſaliū di-
cens. Quia gallina naturaliter ſiccioꝛ eſt q̄ pulli:con
traria pullis agit:quia pulli ventrem humectāt:gal
lina ꝟo aliquantulum ſtringit. Quapꝛopter elixate
magis q̄ aſſate galline ſunt comedēde. ¶ Quid au
tem de caponibus dicendum ſit. hoc eſt ꝙ ipſi plus
q̄ pulli ⁊ galline cōmendantur : cum dicat Yſaac lo
co ſuꝑius allegato. Gallus caponatus plus eſt lau
dandus:quia complexio ſua in quattuoꝛ qualitati-
bus eſt temperata ⁊ inde nutribilioꝛ ⁊ coitꝰ augmen
tatioꝛ. In libꝛo ꝟo.p.d.ſic etiaꝫ ait. Uolatilia caſtra
ta omnibus animalibus ambulātibꝰ ſunt vtilioꝛa:
nec non galli caſtrati omnibus volatilibus cōueniē
tioꝛes:laudabilius eñ nutrimentū ⁊ perfectū gene
rant ſanguinē. ¶ De gallinis ꝟo caſtratis nihil ex
pꝛeſſum ab antiquis vſq; modo reperi:ſed tantūmo
do a Michaele ſcilicet viro ſingulari qui ſic de ipſis
ſcripſit. Febꝛientibus magis competunt galline ca
ſtrate iuuenes. Nec miretur quiſpiam de caſtratura
earū.nam de ipſis habeo in domo:⁊ ſine dubio caro
earū eſt albioꝛ ⁊ melioꝛ ⁊ frāgibilioꝛ:⁊ ſtatim fere de
coquūtur:⁊ tenere ſiunt ⁊ eſui delectabiliſſime:⁊ eq;
iſtā vt expertā ſcribo. hec ipſe. Qd̄ eſt verum poſſibi
leq;.qd̄ ipſe dixit apparet per verba Gal'. in pꝛimo
de ſpermate.c.iiij.que in hoc loco ad cōfirmationeꝫ
pꝛedicte opinionis ⁊ experientie voluimus annota
re:vt circa id qd̄ dictū eſt:nullus dubitet aliquo mo
do. dixit eñ Gal'. ibidē poſtq̄ de caſtratis maſculo
rū verba fecerat:ſubiunxit. Ita aūt ⁊ ſi feminini aīa
lis teſticulos abſcidas:neq; laſciuit vnq̄:neq; adhe
ret maſculo grā coitatiōis venereoꝝ:⁊ ꝑdit vt vtiq;
dicat q̄s femineitatē:femininos nāq; poꝛos abſcin
dit:q̄ apud nos nō ſolū in aſia.ſꝫ in ſuꝑlactētibꝰ gē-

tibus vſqꝫ in cappadociã.⁊ fiunt oẽs ſimiliter caſtratis maſculis ſufficiẽter bone ⁊ pingues:⁊ delectabiliorẽ carnẽ habent alijs feminis: ſicut maſculi alijs maſculis ⁊c.Gal'.vbi ſupra. Et quãuis textus noſter nõ dicat hec qb⁹ aialibus Gal'.intẽdat:attamẽ de gallinis caponatis ſonare videtur. ¶ De carne autem galli tanqꝫ de minus bona dicẽdum eſt. Poſtremo cũ Iſaac in libro de.p.d.ſic ſcribente. Galli iuuenes ſunt duriores ad digerendum minoriſqꝫ humiditatis ꝙ galline:decrepiti autem iuuenibus licꝫ mollioris ⁊ tenerioris ſint carnis:tardi tamen ſunt digeſtioni.In li.autẽ vniuerſalium.c.xvj.ſic inquit. Gallus quia nature calidioris eſt gallina atqꝫ pullis:quandam ſalſitudinẽ inciſiuam caro ſua acquirit. vnde ſit ſolubilis ſi vetus ſit ⁊ decrepit⁹. inde Gal'. inquit.Galli veteres ⁊ decrepiti cum ſale fortiter cocti ⁊ cimino ⁊ aneto ⁊ porris ⁊ ſemine croci hortulani humores phlegmaticos deponunt:et colice proſunt ⁊ dolorem ſtomachi de ventoſitate groſſa inflatiua mitigant.Hoc quoqꝫ dixerũt Auicẽ.Serapio ⁊ reliqui omnes dicentes vno ore:ꝙ galli ad medicinã valent ⁊ nõ ad nutrimentuꝫ. Et propterea cõcludam⁹ cum Raſi in.iiij.lib.ſuorum aphoriſmoꝝ ſic ſcribẽte. Galli veteres digeſtioni nõ ſunt cõuenientes: quia humiditate ſunt priuati.⁊ quia nitroſitas que in eis exiſtit:putredinem generat.et in fine ſuperaddidit. Et melius eſt vt dimittantur.⁊ ita faciamus poſtqꝫ nomen pulli perdidere.

¶ Capitulum.xcj.oſtendit naturam carnium anatis ⁊ anſeris declarãdo q̃ partes ipſarũ ſint eligẽde.

Anas calidior eſt omnibus auibus domeſticis:⁊ dicũt quidam ꝙ ipſa calefacit infrigidatum ⁊ facit calefactũ poſſidere febrẽ:teſte prinicpe in.ij.cã.trac.ij.c.xlij. Et infra dixit. Eius caro tardatur in ſtomacho:⁊ eſt grauis et proprie caro anſeris:ſed leuius qđ eſt in ipſa ſunt ale:cũ aũt digerit̃ caro haruꝫ auiũ eſt nutribilior oĩbus carnibus auiũ. Et hoc eſt quod dixit etiam Serapio in.c.de Bat auctoritate Gal'.Caro anatis eſt calida multum:nã ego comedi ex ipſa ⁊ calefecit me:⁊ dedi ex ea calefacto ⁊ calefecit ipſum.⁊ auctoritate Abẽmeſuai ſubiũxit. Caro anatis habet multam humiditatẽ:⁊ eſt grauis digeſtioni ſed clarificat colorẽ et vocem ⁊ impinguat: et augmentũ facit in ſpermate:et aufert vẽtoſitates:⁊ quia mollis eſt ⁊ vnctuoſa grauis eſt ſtomacho ⁊ fortificat corpus ⁊c.Et cauſa p̄dictoꝝ eſt:quia in carne anatũ dominat̃ humiditas:vt di.Iſaac in vniuerſalibus.d.c.xvj.Et in particularibus etiã cũ ait. humidior eſt ceteris anſer:anas:ſtrutio.⁊ p̄cipue ſi in caſula nutriti fuerint:idcirco ſunt groſſi duriqꝫ ad digerendũ.⁊ maxime ſi eorũ paſcua ſint in lacubus ⁊ ſimilibus locis.qđ teſtat̃ ſui odoris grauitas ac horribilitas ſaporis.Et propterea anas:anſer:ſtrutio ⁊ ſimilia ſtomacho ſũt nociua:grauãt eñ et putrefaciũt eũ ꝓpter ſue hũiditatis ſupfluitatẽ ſuiqꝫ labilitatẽ: ſꝫ eoꝝ ale diſſimiles ſũt eis:faciles nãqꝫ ſũt ad digerẽdũ et longinque a corruptione pro ſui laboris motuſqꝫ nimietate:propter hoc ergo.nihil ex eis eſt comedẽdum preter alas et collum:reliquarũ vero partium caro ipſius anatis eſt groſſi nutrimenti licet multi et mali chimi:vt dixit Auicẽ.in.iij.j.doc.ij.ca.vij.Et hoc etiam voluit Almanſor in lib.iij.cap.ix.dicens.Anatis caro plures efficit ſuperfluitates:⁊ pl⁹ facit faſtidire: et maioris eſt caliditatis ꝙ columbi: nõ tamen plus nutrit ꝙ caro gallinacea.Et idem in li.xxiij.cõtinẽtis c.ccccccciij.ſic etiaꝫ inqt.Caro anatis et ſtrutionis ſupabũdãtis ſupfluitatis eſt:et difficilis digeſtionis:ale tamẽ ipſarum nõ minus ſunt bone ꝙ ale aliarum auiuꝫ paruarum. Et infra dixit auctoritate Tabri.Caro anatis eſt melior alia carne auiuꝫ.et poſtea ſubdit.Caro anatis proxima eſt carni ouine in hũiditate tamẽ calidior eſt:et auget carnem et impinguat.A quo princeps videtur accepiſſe cum ait in.ij.canoñ.ca.xlvj.Caro quidem anatis eſt plurimi nutrimẽti:nõ tamẽ exiſtit in bonitate nutrimẽti gallinarum et ſimilium: et vẽtres earum ſunt ſuaues:et epata ipſarum ſunt bona ſuauia in cibo et boni humoris.Et preter hoc proprietatem habent priuandi fluxum ex debilitate epatis accidẽtẽ: vt inquit Raſis in libro.iiij.ſuorum aphoriſmoruꝫ. Et q: dixit Auicẽ.in loco allegato:ꝙ caro anatis eſt vehemẽtis humiditatis ⁊ propinqua in hoc carni ouine: ideo in veru debet aſſari et cum ſale cõdiri:vt ſua vehemẽs humiditas exiccetur:vt ſupra etiaꝫ de modo coquẽdi pingues carnes dicebamus. ¶ De carne autem anſerum nihil reperi in ſpeciali ab antiquis determinatum:niſi illud Auicẽ.in.ij.canonis.ca.vbi ſupra dicentis.Caro magnarũ auiũ ⁊ anſerũ et miluorum eſt groſſa:et propterea ẽ tarde et difficilis digeſtionis:et ꝓpter humiditatem earuꝫ ſuperfluam ſunt febris generatiue:vt aliqui dicũt ex modernis. pro q̄bus facit Haliabas in.v.theorice.c.xxiij.dicẽs: Anatis et anſeris carnes plurime ſunt hũiditatis et caloris.Et earum nutrimẽtũ malũ:⁊ eſt multarũ ſupfluitatum cito febres generans.Et que earũ iuuenes ſunt carnem habent laudabiliorẽ ꝙ parue. Et ideo iuuenes ex eis eligantur:et aſſentur.et de ipſis ſolũmõ alas mãducem⁹.di Gal'.in li.de euchimia et cachochimia.c.iiij Optie ſunt gallinarum et anſerũ ale:ſed alie partes anſeris dure ſunt et indigeſtibiles et ſuperfluice.et ꝓpterea dixit idẽ in li. de ſubtiliãte dieta.c.viij.Ab occidis.et anſerib⁹ ⁊ mag ſtrutionibus et ab oĩb⁹ ſil'ib⁹ abſtinere opꝫ eũ cui cure ẽ ſubtiliante dieta vti:vniuerſa eñ hec.ſ.ꝑter alas ſuperfluicã habent carnem ⁊c.Quare exhortamur q̇eſcẽtes et debilem habentes digeſtiuã:vt eis non vtãtur.Reliquos aũt nõ ꝓhibemus ab eorũ comeſtiõe: ſi tãtũmodo alas vt diximus manducauerint:et nõ



omnium:ſed iuuenum et mediocriter pinguium. Ab eſu autem veterum et ſalitarum omnes abſtinere cõſulimus:relinquendo eas perfidis iudeis qui continue fere veſcuntur eis:⁊ inde fit pro magna ex parte ꝙ melancholici ſint:mali coloris:nigri et plumbei et peruerſorum moꝝ: que proueniũt ex prauis humoribus generatis a talibus cibis groſſis et illaudabilibus quales ſunt anſeres ſaliti et hmõi:quare ⁊c.

¶ Capitulum.xcij.oſtendit naturam et vtilitates carnis pullorum columbarum: et nocumenta carnis eorum iuuenum.

Olia columbarum quedam ſilueſtres: et quedam domeſtice exiſtunt. Et domeſticarum quedam nutriũtur in domo:et he a vulgaribus ſubterranee dicuntur:eo ꝙ nidos ſuos in terra faciãt:⁊ alique in turribus ſiue in columbarijs nidificant: de quibus tantũmodo ſermonem facere decreuimus:et nihil aliud de ſilueſtribus dicentes:niſi quod de eis ait Gal'. in libro de ſubtiliante dieta cum inquit in.c.viij.illius. Columba enim ſilueſtris cum eo ꝙ duriorem habet colũbis.ſ.domeſticis ⁊ turturibus et perdicibus carnem:digeſtibilis eſt et ſuperfluica. Et propterea carnes earũ non comedemus: ſed potius accipitribus: vt fieri ſolet:porrigemus.Et de domeſticis iã dictis ſolummodo dicemus:ꝙ licet carnes pullorum colũbe ſubtiliores ſint ꝙ anatum:et ad digerendum faciliores ex paruitate humiditatis ſue ⁊ teneritatẽ carnis reſpectu.ſ. carnis anatum: vt ſcripſit Iſaac in.c.xvj.v.di.Tamen in ſe et non anatibus comparati pulli colũbini:⁊ precipue ſi in caſula nutriti fuerint:ſunt ſupflue humiditatis:et idcirco groſſi ſunt et duri ad digerendum.vt idem ait in particularibus.c.de volatilibus.Et poſt aliqua ſubdit. Pulli columbini calidi ſunt:et in cõplexione humidi: quãobrem groſſum dant nutrimentum:quod teſtatur grauitas ad volãdum: ſed volare inchoantes amittunt illam grauitatem:fitqꝫ eoꝝ caro leuior: et ad digerendũ acceptabilior: eſt etiã conueniens phlegmaticã habentibus cõplexionem: inconueniẽs vero cholericis natura ⁊ humidis et calidis. Hoc etiã voluit Auicen.in.ij.canonis.c.cxxxiiij.dicens. In pullis columbarũ qui volare non poſſunt:eſt caliditas et humiditas ſuperflua: ſed ille que volant ſunt leuiores.Et infra inquit. In pullis eſt groſſitudo propter humiditatẽ ſuperfluã: et ideo volãtes ſunt leuioris digeſtionis:et melioris humoris ꝙ pulli.Que videntur fuiſſe verba Raſis in xxj.continentis.c.ccxxvij. auctoritate Meſue dicentis. Pulli columbini habent humiditatem et caliditatem ſuperfluam: et hac de cauſa ſunt groſſe ſubſtãtie:et incipientes volare ſunt leuis et laudabilis nutrimẽti. Et calefacti debent ipſos comedere cũ agreſta aqua coriandro et medulla citrulli.Et in lib.xxiij. eiuſdem.c.cccccccciij.ſic de eis inquit. Dãtur pulli columbarum in cibo illius cuius corpus euacuatũ fuerat de ſanguine:aut infrigidatum ex longo morbo. Et iterum dixit ꝙ caro eorum eſt bona renibus:auget ſperma ⁊ ſanguinem. Quos imitatus Auerrois in.v.colliget ſic ait. Pulli columbarum habẽt humiditatem ſuperfluam:et ſignificat ſuper hoc grauitas ſuorum motuum: ſicut ſignificat calor eorũ actualis et velocitas digeſtionis in ſtomachis eoꝝ ſuper ipſorum calorem. Quod cum ita ſit quid mirũ ſi pulli columbini vehementis ſint caliditatis:et ſanguinẽ generent inflammatum:⁊ cito febrire faciant. vt inquit Almanſor in.iij.c.x.Et Iſaac in libro dietarũ vniuerſalium.c.xvj.cum ait.Pulli colũbarum ex multo ſuo calore ſanguinem incendunt maxime ſiluatici:q: calidiores ſunt et minus humidi: vnde facile in intenſionem conuertuntur et in genera cholerica:ideoqꝫ antiqui cum frigidis precipiunt dari: ſicut cũ aceto vue acerbe:pomi citrini:portulaca:lactuca:coriandro:ſcariola et ſimilibus.Sic ergo ipſos preparabimus: et preſertim cũ dederimus eos calidas habentibus cõplexiones.ſicut etiam cũ predictis iuſſit Auicẽ.in.ij.canonis.c.ſuperius allegato dicens.Et oportet quidem vt calefacti comedant eos cum agreſta et coriãdro ⁊ medulla citrulli.quod accepit a Raſi vbi ſupra. Et quia pulli iã dicti et precipue illi qui in caſula nutriti:et qui in domo domeſtici tenentur groſſi ⁊ inexercitati ⁊ pleni ſuperfluitatibus exiſtunt:in quorum carne dominatur humiditas. teſte Iſaac vbi ſupra. ideo reliquis ſunt peiores.Et fuit Gal'.ſententia in libro de ſubtiliante dieta.c.viij.dicẽtis. Et columbe que in turribus meliores ſunt eis que ſcđm domos. Et ſubdit.Et vniuerſaliter omnia que exercitantur non exercitatis: et que ſiccioribus cibis vtuntur eis que humidioribus: et que purum et ſubtilem aerem reſpirant meliora ſunt contrarijs.De his igitur qui in domo naſcuntur maxime verificatum eſt quod dixit Raſis vbi ſupra auctoritate Meſue in lib.ſtomachi dicẽtis.Pulli columbini ſunt graues ſtomacho: et tarde digeſtionis.quod etiam infra ſubiũxit dicẽs auctoritate Bimmaſui. Caro columbarum eſt calidior alia carne auium cum difficultate digeſtionis ipſius: et ſuperabundantia generationis ſanguinis et humiditatis: et ꝓpterea ipſa inducit ad ſquinãtiam cito: et ob cauſam comeſtionis ipſius mortuus fuit quidã Caſſiſa nomine: qui in vno die comederat de ipſa aſſa ter.vt ait Gal'.inqt ipſe. De eis quoqꝫ ſcripſit Haliabas in.v.Theorice.c.xxiij.dicens. Columbarum pulli carnem habent malam multeqꝫ humiditatis:quiqꝫ ex eis generatur ſanguis plurimum calidus eſt et humidus cite putrefactionis:morbos generans ſanguineos. Qui autem iam volare incipiũt: minoꝝ ſunt ſuperfluitatum: proſuntqꝫ tñ his quoꝝ cõplexiões calefaciẽde ſunt. Idẽ quoqꝫ ſenſit Princeps in.xij.iij.c.xxxiij.dicẽs.Corpora pulloꝝ colũbinoꝝ ſunt tarde digeſtionis ⁊ lõge more in ſtomacho: qđ nõ niſi ex ſupflua ſue carnis humiditate cõtingit.

Et propterea reprobantur magis domeſtici groſſi ⁊
ſubterranei ꝗ̃ alij. Et ideo aut oĩno dimittendi ſunt
aut ſue ſuperflue humiditati eſt obuiandum aſſando
ipſos et deſiccando: et preparando eos cum frigidis
et ſiccis: vt ſupra diximus. Pulli vero ſilueſtriū aut
turricenoꝝ non multum pinguium poſſint ſecurius
elixari. Hoc itaqꝫ tanꝗ̃ vtile ⁊ neceſſarium ad ſanita
tem obſeruetur primo: deinde memorādum et obſer
uandum eſt ſecūdo: vt capita ipſoꝝ abſcindātur cum
eos interficimus: quoniam habēt proprietatem egri
tudinem capitis chronicam generandi. teſte Raſi in
quarto ſuoꝝ aphoriſmoꝝ. ideo faciendum eſt qđ ipſe
iuſſit ibidem dicens. Quare capita eorum cū interfi-
ciūtur auferri debent: vt eoꝝ malicia reprimat̃. quod
etiam voluit Auenzoar in libro ſui Theiſir. trac. ix. c.
x. cum inquit. Et ciba eos colūbis ſilueſtribus. i. tur
ricenis: quorum capita et colla ſint abſciſſa. Et in li-
bro. ij. eiuſdem trac. vij. c. xvij. dixit. Cognoſcas ꝙ in
capitibus columbarū ineſt proprietas peſſima in fa-
ciēdo dolorem capitis. Et propter hoc eijciēda ſunt
capita et colla ipſorum. inquit ipſe. His ergo modis
electi et preparati pulli columbarū. vt Raſis ait vbi
ſupra: erit cibꝰ mirabilis ad caliditatē declinans. Et
philoſophi dixerunt ꝙ in eis eſt virtus mirabilis: et
preceperunt ꝙ hi qui parū habent ſanguinis: ⁊ qui-
bus deficiunt virtutes et calor innatus: debent eos
comedere: et ex proprietate ſua dolori renum confe-
runt: et ſanguinem colant corruptum: et he due res
ſunt mirabiles. hec ipſe. Iuuenes autem columbas
nullo pacto comedemus ſue ſuperflue caliditatis ra
tione: cum dicat Iſaac in. c. xvj. dietarum vniuerſaliū.
Caro paſſerum et iuuenum colūbarum calida eſt et
ſicca corrumpens ſtomachum: ⁊ a temperamēto lon
ga eſt. Et in particularibus dietis. Colūbi in iuuen-
tute manentes vel trahentes eam dure ſunt digeſtio
nis: et illaudabile faciunt nutrimentū: et plurimi no
cumenti generatiuum. Iuuenes itaqꝫ ſicut tenellos
et impennatos nondum volare potentes fugiemus
dimittemuſqꝫ.

Capitulum. xciij. oſtendit naturam carnis pauo-
num: et nutrimentum eius illaudabile fore.

PAuonū carnes calide ſunt et humide cir
ca ſcđm: vt dicūt moderni: ⁊ melancholi-
ci ſanguinis generatiue: et difficilis dige
ſtionis: nec ſunt accipiende niſi domui
nutriti ſint: dixit Iſaac in libro vniuerſa
lium dietarum. c. xvj. Qui licet ſint nutribiliores ana
tibus: vt idem ait eo in loco: reliquis tamen auibus
duriores et grauiores ſunt ſicut etiā grues: vnde nō
oportet manducare eos in eſtate niſi mortuos vno
die: in hyeme vero poſtꝗ̃ occiſi fuerint duobꝰ vel tri
bus diebus manſerint: ſicqꝫ mādũcentur vt caro eo-
rum fiat tenera. inquit idē in particularibus. Et hec
res eſt neceſſaria: qm̄ caro pauonis eſt durior ⁊ diffi-
cile digeſtibilis. vt ait Gal. in. iij. de alimētis. c. xviij.
et in lib. de diſſolutione cōtinua. Et qđ peius eſt nu
trimētū eoꝝ eſt malū: cū dicat Raſis in lib. xxij. conti
nentis. c. ccccclxxxvij. auctoritate Bimmaſui. Pauo
eſt male cōplexionis ⁊ tarde digeſtionis. ⁊ Haliabas
in. v. Theorice. c. xxiij. Poſtꝗ̃ de quibuſdā aīalibus
aquaticis quoꝝ caro eſt illaudabilis: locutus fuerat:
ſubiūxit. Gruis caro oībus his durior eſt ⁊ digeſtio-
ni difficilior: eodē modo ⁊ pauonū caro. Oportet aū
tē oēs has dimittere carnes duobus aut tribus die
bus poſtꝗ̃ interfecte ſunt: pedibuſqꝫ auium lapides
alliges ⁊ ſuſpēdas vt earū tenereſcat caro: ſic ⁊ in oī-
bus oportet quoꝝ eſt dura caro facere auibus ⁊ qua
drupedibus vt earū duriciei pellatur nocumentum.
Ex quibus ſatis apparet ꝙ caro pauonum reproba
tur ſimul cū his quas diximus. Quapropter Prin-
ceps in. ij. canonis. c. cxlvj. recte quidē dixit oēs volu
cres magne habētes colla longa: vt pauo et miluus:
et palumbus dure ſunt: ⁊ eoꝝ plurima generatio eſt
melācholica. a quo ſumpſit Platina cū inquit. Sūt
qui velint pauonis carnē craſſī ⁊ modici alimenti ac
difficilis cōcoctionis eſſe: melācholiāqꝫ augere. Mi-
chael etiā. ſ. noſter accipiens ab Haliabate vbi ſupra
ſic inquit. Remouetur de carnis pauonis nocumēta
plurimū: ſi ſuſpēdātur per collū: ⁊ ad pedes eoꝝ ligē
tur lapides: ⁊ ſic teneant̃ per vnā diē ⁊ noctē: aut per
duas: et quidam tenēt eos ſuſpēſos ſine pondere. x.
dies. Cōcludit et ipſe poſtremo. Eſt tn̄ caro eius ci-
bus malus eis qui vtuntur exercitio ſi preparetur: ⁊
cū bonis ſpeciebus condiatur: ⁊ poſt eius comeſtio-
nē vinū bonū odoriferū bibatur. hec ipſe. Nos autē
voluimus hec pauca ex modernis accepta ſubiūgere
potius ꝗ̃ ab antiquis plura ꝗ̃ dicta ſint nō inueniē-
tes ſic trūcato ſermone preterire: vt vnuſquiſqꝫ intel
ligeret ꝙ et ſi pro re quodammodo precioſa caro pa
uonis habeatur: et non raro in menſas nobiliū pro-
ueniat: illaudabilis tamen ad ſanitatem conſeruan-
dam ab omnibus vnanimiter pronuncietur: vilipen-
daturqꝫ. quare ⁊c.

Cap. xciiij. oſtendit naturā carnis perdicū ⁊ vtili
tates: ⁊ iuuamēta ipſius ad corporis cōfortationē.

DIximus ſupra de volatilibꝰ domeſticis:
nūc aūt de ſiluaticis conſequēter eſt dicē
dū ſicut de quadrupedibus fecimus ſu-
pra. Et quia perdices que cubugi dicun
tur in arabico: nō ſolum a modernis: ſed
etiā a priſcis auctoribꝰ plurimū cōmēdantur: ab eis
igit̃ incipiēdū eſſe iudicauimꝰ. Dicamꝰ ergo ꝙ ꝑdix
iuremerito fuit approbata: cū nutrimentū mediocre
lꝫ aliqualiter ſubtile ꝓbeat. teſte Iſaac in lib. dietarū
particu. ſic ſcribēte. In volatilibꝰ ſtarna eſt ſubtilior
pulliqꝫ ꝑdicis ⁊ pulli gallinacei: poſt hec vo ꝑdix fa-
ſianꝰ ⁊ gallina: ex q̄ ordine ꝑdicē gallina ſubtiliorē eē
demōſtrat. ⁊ i. c. xvj. vniuerſal. dixit. Starne ⁊ ꝑdicis



pulli ſunt ſubtiles in tertio gradu ſubtilitatis. Tur-
turis vero et anatis et coturnicis in ſcđo. Pauo-
num vero ⁊ gruum in primo. Ex quo etiam poſſumꝰ
comprehendere ꝙ iuuenes perdices ſint in ſecundo
gradu ſubtilitatis: ſi earum pulli ſint in tertio. et ꝓ-
pterea dicebat Auicē. in. ij. canon. c. clxxxvj. ꝙ caro cu
bugi eſt de ſubtilioribus carnibus. ⁊ infra. Caro eiꝰ
eſt leuis et ſtringit: augmētū facit in coitu et impin
guat. Et in. xiiij. iij. c. xxj. inquit. Carnes ſubtiles et
leuis digeſtionis ſunt caro hedi perdicum ⁊ turturū
non ſuperflue pinguiū: cū tales igitur ſunt perdices
nō immerito Auerrois in. v. colliget eas cōmenda-
uit cū dixit. Ex laudabilioribus carnis volatilium
ſunt carnes perdicum: ſed declināt parumper ad fri
giditatem et ſiccitatem: et ſunt ſicut galline deſerti ⁊
habent proprietatem ſtringendi ventrem aſſe et eli
xe. Que quidem fuit ſententia Raſis in. iij. Almāſo
ris. cap. x. dicentis. Perdicis caro ventrem ſtringit
et multum nutrit. et in lib. iiij. ſuorum aphoriſmorū
ait Perdices cibus bonus ad frigiditatem ⁊ ſiccita
tem declinās ius earum boni odoris et boni ſaporis
naturaliter temperatum exiſtit et ad comedendum
ſunt apte. Et poſt pauca ſubiunxit. Et earum vir-
tus eſt mirabilio: quam dixerunt philoſophi. et eſt
quod humiditatem exiccant ſtomachi et putredinē
extrahunt: et de hoc non eſt dubitatio: maxime tn̄ ſi
cum ſucco pomorū dulciū excoquantur. Et ſic cocte
euadunt malitiam. et earum virtus ſcđa eſt retenti-
uam cōfortare virtutē. Et in lib. xxiij. continētis. ca.
ccccccciij. ſic quoqꝫ de ipſis ait. Caro perdicis maſcu
li eſt tenuior carne aliarū auiū et velocioris digeſtio
nis. Et infra. Caro pullorum perdicis eſt leuis ad
modū carnis coturnicis. ⁊ valet ad fluxuꝫ ventris ſi
comedit̃ cum aceto. Et circa finē capituli ſic inquit.
Caro perdicis maſculi calida eſt ⁊ humida: inflat: au
get actū venereū: impinguat corpus ⁊ calefacit: et au
get ſanguinē valde: ⁊ cōueniens eſt ſi ea vtit̃ cōuale-
ſcēs: cuius corpus fuerat infrigidatuꝫ et ſanguis di
minutus ⁊c. Et ſic apparet in dictis eius manifeſta
contradictio in graduatiōe complexionis perdicis
ſi ad idē comparauit: reſpectu tamen diuerſorum nō
eſt incōueniens ꝙ calida ſit ⁊ humida et frigida ⁊ ſic
ca perdicis caro: ſi enim compararetur maſculus ad
feminam perdicem ſic calidus eſt et humidus: ſi ve-
ro ad corpus hominis temperatū frigide erit et ſic
ce complexionis vt reliqui ſapientes dixere. Iſaac
enim in capitulo. xvj. dietarum vniuerſalium inquit.
Cauſa cōſtrictionis vētris a perdicibus eſt ſiccitas
que dominatur in carne ipſarum. Et ꝙ ita ſit appa
ret per verba eius eo in loco ſic dicentis. Que vola-
tilium complexiōis ſicce ſunt: non ſunt accipiēda ni
ſi domi nutrita fuerint ⁊ incraſſata: ſicut ſunt turtu
res et perdices ⁊ huiuſmodi: quia tamen multi ſunt
nutrimenti vt dictum eſt ſupra. et ab Auicen. in ſecū
do canonis. cap. xlvj. ſic. ſcribente. Caro melior vo-
lucrum nō eſt ꝗ̃ alduragi et gallinarum et ſubtilior
earum et non ſunt cum nutrimento carnium alcubu
gi id eſt perdicis: vbi apparet ꝙ Princeps plus di-
cat eſſe nutrimentum ex carne perdicis ꝗ̃ gallinarū:
Quia inquam ſunt multi nutrimenti: et nō raro ad
manus potentum deferūtur mortue et nō viue que
poſſint incraſſari: vt iuſſit Iſaac. bonum mihi videt̃
eſſe et obſeruādum vt elixate potius ꝗ̃ aſſate vt cō-
muniter fit: comedende ſint vt ex humiditate aque
ſua ſiccitas aliquātulum temperaretur: niſi corpora
comedētium humida forent et lubrica ſuperflue: tūc
enim cōuenientiores ſunt aſſate. Et quia perdicum
vita ad. xvj. annum videtur prolongari: vt Platina
refert. aduertendum ne ex veteribus ſint que nobili
bus anteponende non ſunt: ſed ex iunioribus. Que
quanto fuerint iuniores: tanto earum ſiccitas minor
et ipſe conſequēter laudabiliores. Et propterea iuſ-
ſit Michael noſter vt eligantur iuuenes pingues di
cte ꝑnicones ille enim meliores et ſaniores eſſe vidē
tur eo ꝙ ceteris ſint temperatiores.

Cap. xcv. oſtēdit naturā carnium ſtar
noꝝ faſianoꝝ ⁊ ſimiliū cū eaꝝ iuuamētis.

CUm ſtarne: faſiani: ⁊ perdices ſint in na
tura propinqui: vt dixit Baldahac: de
eis mihi videtur in vno capitulo ſcriben
dum eſſe. Et quia de perdicibus vnum
ſuperiꝰ de per ſe fecimus capitulum: de
reliquis in preſenti dicēdū erit. Sūt ergo q̄dā aīalia
que galline ſilueſtres dicūtur: ⁊ ipſas ruſtici et vulga
res quidam gallinaceas appellāt: et he multū appro
pinquāt nature perdicis ⁊ cōplexioni eius: vt Mi-
chael noſter inquit. a quo tantūmō de ipſis reperio
fuiſſe factā mētionē. Et iō de eis ſufficiat qđ in ꝑce-
dēti capitulo dictum eſt. Eſt preterea quoddam
perdicum genus quod vulgares coturnices appel-
lant: roſtruꝫ habens rubeum ⁊ pedes ſimiliter. Que
tamen animalia non eſſent ſic dicenda: quoniam co-
turnices proprie dicuntur ortigie quaquile ſiue qua-
lee: vt pandectarum placuit auctori: et ſimiliter Si-
moni ianuenſi. Quibus maxime credendum eſt cum
excellentis doctrine viri fuerint Sed quorſuꝫ hec di
cet quiſpiam cui reſpondebimus dicētes: ꝙ ea que
premiſimus: ad hoc propoſitum adduximus vt oſtē
deremus hec aīalia non eſſe illa quas antiqui ſtar-
nas nūcupabāt: ⁊ mirū in modū cōmēdabāt: quoruꝫ
cōplexio ponit̃ tēperata: licet. Ruffus eam calidā ꝓ-
nūciauerit: ⁊ ē generatiua boni ſanguinis ⁊ pauce ſu
perfluitatis: ⁊ eſt cōualeſcētibus ⁊ debilibus ⁊ ſanis
multum conueniēs: vt Michael noſter retulit. Et ꝙ
ipſa apud eum non ſit ortigia patet: quoniam aliud
ſpeciale de qualea fecerat capitulū: in quo ipſam q̄leā
plurimū: vt ita dixerim: blaſphemauerat. Et ꝙ hec
ſit rei veritas: ſcilicet ꝙ ſtarna nō ſit qualea: apparet
etiam per Cōciliatorem ſic dicentē. Sed q̄ poſt ſtar
nam ſubdit Almanſor coturnicem: dubitandum eſt:

quia vel eo intelligit auem perdicem maiorem eiuſdem fere coloris cum rubeis pedibus et roſtro ſaporis delectabilioris dicta coturnix in italica lingua:et ita eius audiendus eſt ſermo.vel per hãc intelligitur ortigo ſiue quiſcula:et tũc eum non accepto :cuꝫ hec ſit carnium volatilium deterior fere.hec ipſe.Ex quibus etiam dictis patet ꝙ hec auis dicta coturnix a vulgaribus:eſt magis laudata ꝗ̃ perdix : nõ ſic ſtarna:ſed ſpecies perdicis maior. Videtur autem veriſimile ꝙ ſtarna ſit minor perdice dicente eodem padubanenſi noſtro : per ſtarnam poteſt intelligi aut auis magna velut anſer griſea cineritia : cuius caro laudabilis eſt maxime cum iuuenis fuerit:vel maneries perdicis parue iuxta tuſcos quam moyſes videtur audire iudeis inquiens.Similiter ſtarne nõ videntur pro domino noſtro cõuenire:quia ventrem conſtringunt.Et hec vere videtur ſtarna ⁊ non ſuperior velut anſer.Ex his que etiam dixit Yſaac in.ca.xvj. dietarum vniuerſalium cum ait. Carnes que in calore ſunt defecte:⁊ tamẽ temperamẽto attinẽtes. ſunt ſicut ſtarni pulli ⁊ ſimiliũ:ad digerendũ ſunt velociores ⁊ facile venas penetrãtes:⁊ cito in ſanguinẽ mutabiles et laudabilem ſanguinem generãtes:oĩ etati ⁊ complexioni cõgruentes:ſed tamen ex ſue diſſolutionis velocitate non multam virtutem membris preſtant.vnde ad regendam ſanitatem ſunt cõuenientes magis ꝗ̃ ad cõfortandum.Et infra dixit ꝙ ſtarni ⁊ perdicis pulli ſunt ſubtiles in tertio gradu ſubtilitatis.Et hoc eſt qđ dicebat Almanſor in.c.x.libri tertij cum inquit.Starne caro omni carne auium leuior inuenitur:atq; his qui ſubtili volunt cuſtodiri regimine conuenientior.⁊ poſtea ſubiunxit. Et poſt iſtam caro coturnicis que eſt vna ſpecies perdicis iã dicta. Secũda in bonitate exiſtit que paruã generat ſuperfluitatem:et non multum calida iudicatur : et eſt melioris ſanguinis generatiua ꝗ̃ caro pullorum et ſpermatis augumentatiua.Et proſequitur. Perdicis caro iſtis groſſior exiſtens ventrẽ ſtringit ⁊ multum nutrit ⁊c.hec ipſe. ¶ De faſianis vero quorum caro dicitur temperata ſana ⁊ multuꝫ nutriẽs : ⁊ maxime conueniẽs cõualeſcẽtibus ⁊ extenuatis : cũ medium qddã inter perdicẽ ⁊ caponẽ obtineãt:vt Platina dixit:non reperio ab antiquis quid dictũ aliud ab eo quod ſcripſit Conciliator cum ait. Silueſtriuꝫ volatilium laudabiliores ſunt faſiani ad ſanitatem ⁊ robur:⁊ fortaſſis etiam domeſticis cum ſint gallinis ꝓpinquiſſimi ⁊ eiuſdem ſpeciei fere:ſintq; illis ſicciores aeris ac alimẽti et exercitij amplioris:poſt quos ſunt perdices : ſtarne ⁊c. Quod videtur accepiſſe a Raſi in.iiij.lib.ſuorũ aphoriſmorum ſic dicente. Faſianus cibus cõueniens laudabilis ſubtilis pullis affinis quoad eſum ethicos confortat:⁊ eos qui [illegible]gritudinibus ethici fiunt:et habet ꝓprietatem vigorandi virtutes que digerũt: ⁊ hũores corruptos in ſtomacho preparat. Et ꝓfecto id mihi de ipſis videtur eſſe cõcludendum qđ noſter Michael cõſulit de his auibus dicens. Et hi ſunt cibi quibus nõ debẽt vti ſani vt ſuperueniẽte egritudine aliquid vltra conſuetudinem comedant.quare ⁊c.

¶ Capitulum.xcvj.oſtendit naturã carniuꝫ coturnicum ſiue qualearum et turturum:et declarat modũ preparationis ipſarum.

Coturnix parua eſt auis reſpectu perdicum et faſianorum:que ortix et a quibuſdam quaquila dicitur : vt Simon ſenſit ianuenſis.qualea vero a vulgaribus appellatur.cuius complexio calida eſt in fine primi vſq; ad ſcđm ⁊ multe humiditatis ⁊ ideo cito corrumpitur vt ptꝫ. Et ꝓpterea tã temperatis ꝗ̃ diſtemperatis eſt cibus incõueniẽs: ⁊ difficilis digeſtionis:et preparat corpora ad febres et auget eas: vt in ſua practica Michael inquit.quod etiam ſenſit Platina cum ait.Vere cũ reddit inſipida ⁊ mali alimenti habet. Et ꝓpterea Conciliator ait. Ortigo ſiue quiſcula eſt carnium volatilium deterior fere. Et ideo dicitur in.ij.canõ.ꝙ ex comeſtione carnium coturnicis timetur tetanus ⁊ ſpaſmus:nõ qꝛ comedãt elleborum tm̃:ſed quia in ſubſtãtia earum eſt hec virtus. Et iſta inuit Galie.ſentẽtia in.v.c.expoſitionis ſexti capituli epidimie:vt Raſis inquit.in.c.ccccxx.libri.xx.dicens. Ego vidi quoſdã pati tetanum in muſculis ipſorum ex comeſtione coturnicũ:eo ꝙ coturnices comedunt elleboruꝫ. Et ideo nõ debent comedi niſi ille que non inueniunt elleborum : et nõ debet fieri frequẽs ſumptio ipſarũ:qm̃ plures paſſi ſunt tetanuꝫ ex frequẽti ſumptione ipſarũ. Hoc etiã voluit Yſaac in.c.xvj.dietarum vniuerſaliũ cum inquit. Coturnices ceteris ſunt peiores:ſicut nec in nutrimento:neq; in digeſtione ſunt laudabiles.⁊ ꝓpterea non ſunt accipiẽde a ſanis :neq; ab infirmis ſupradicta ratione ⁊c. ¶ Turtures ꝓo:vt Michael ait:calide ſunt vſq; ad ſecundũ ⁊ ſicce:licꝫ habeãt humiditateꝫ quandaꝫ ſuperfluam et indigeſtam : eligantur tamẽ iuuenes et pingues:que ſcđm Gal.bonũ dãt nutrimentũ:ſed antique groſſum ⁊ difficilis digeſtionis: ⁊ ſanguinis melancholici ſunt generatiue:quare cuꝫ pertrãſiuerũt annũ nõ aſſumant. Et preſuppoſito ꝙ iuuenes ſint:vt ſupra diximus:adhuc illud Gal.preceptum eſt obſeruandum qđ poſuit in libro de attenuatiua dieta dicentis. Perdix et turtur neq; ſumme duras carnes habẽt:neq; digeſtibiles:neq; cachochimas:ſed duriores earum vna die cuſtodiant mortue:ſic eñi trãſcẽdunt faciliter ⁊ fiũt fragiles ⁊ inculpabiles omnino :quoniam benignum corpori exhibent nutrimentũ et viſcoſum : et in medio groſſiciei ⁊ ſubtilitatis exiſtunt:quod puto ſanis conuenire. A quo ſumpſiſſe videtur Yſaac in particularib9 dietis cum inquit. Preterea omnibus auibus turtures ſicciores ſunt:quare non oportet eos comedere niſi cum vnius anni fuerint:⁊ manducentur poſt occiſionem trãſacto die. Taliter enim comeſte laudabilem generant ſanguinem:mediocrem videlicet inter groſſum ⁊ ſubtilem. Sic eñi preparate carnes turturum nõ ſuperflue pinguium ſubtiles ſunt ⁊ leuis digeſtionis:vt etiam ſcripſit Auicen. in.xiiij.tertij. ca. xxj. Et ſunt cibus cõueniens bonos efficiens humores:licet caliditati attineant:⁊ conferunt plus poſt pullos columbarum:⁊ habent virtutem mirabilem.⁊ augmentãt ſanguinẽ in oĩbus in quibus eſt paucus. et dicunt philoſophi ꝙ proprietate ſua vigorant virtutem retentiuam:⁊ in hoc maxime preualent : teſte Raſi in libro.iiij. ſuorũ aphoriſmorũ cuius predicta fuerunt verba. Et preter hec turtures licet declinent ad caliditatem pluſꝗ̃ galline deſerti: habẽt tamẽ mirabilem ꝓprietatẽ in acuendo ingeniũ vt dixit Auerrois in.v.colliget. Quod accepiſſe videtur a principe in ſcđo canonis.c.xxj.de duragi que eſt turtur:vt voluit Johannes arculanus c.de epilepſia:⁊ Simon ianuenſis ſimiliter.licet Bartholome9 de Montag. in ſuis cõſilijs crediderit ꝙ eſſet faſianus: predictis tamen magis adhereo. Dixit ergo ibi princeps. Caro duragi.i.turturis in celebro ⁊ in intellectu augmẽtum efficit:ſicut etiã dixerat Auerrois vbi ſupra:⁊ poſtea ſubiunxit. Caro eius auget ſperma ⁊ coitum.et ꝑ hoc dat intelligere ꝙ ipſa ſit multum nutritiua et ſanguinis augmẽtatiua:vt Raſi placuit loco ꝓallegato. Memorandũ eſt preterea ꝙ cũ in carne turturis dominetur ſiccitas:vt dixit Yſaac in.v.d.c.xvj. Bonum erit ⁊ vtile ad ſanitatẽ vt in caſula incraſſentur per aliquot dies anteꝗ̃ manducentur vt ſua ſiccitas temperetur iuxta preceptum eiuſdẽ in loco allegato ſic ſcribentis. Que volatilium cõplexionis ſicce ſunt non ſunt accipiẽde niſi domi nutrite ⁊ incraſſate ſint ſicut ſunt turtures:perdices:⁊ hmõi.⁊ tunc tutius poterunt aſſari.ſi vero macre fuerint.tutius eas comedemus elixas:ne forte ipſas naturaliter ⁊ accidẽtaliter ſiccas aſſantes ſiccitatib9 alterã que ab igne ſiccitatem adeamus.

¶ Cap.xcvij.oſtendit naturã carniuꝫ ſtrutionis gruis ⁊ aliarum auiũ aquaticarũ duras habentiũ carnes declarando quõ preparande ſint.

Placuit mihi de his oĩbus in vno capitulo ſcribere : vt queadmodum in natura ſunt propinque:ſic ⁊ ſermo de carnibus earũ ſit ſimul. Dicam ergo in primis de ſtrutionũ carne cum Yſaac in .c.xvj.dietarum vniuerſalium ſic ſcribente. Caro ſtrutionũ ceteris eſt peior:⁊ plus ſtomachuꝫ fatigant. Quod etiã ſenſit Raſis in tertio Almanſoris.c.x.dicens. Strutionis caro oĩbus groſſior iudicatur ⁊ ꝓpterea caro eius non aſſumatur. Gruis aũt caro frigida eſt ⁊ ſicca dura ad digerẽdũ ⁊ mali ſanguinis generatiua:vt inquit Michael noſter:cui cõſonat Platina dicẽs. Ex his cibaria quouis modo cocta tarde coquũtur atrã bilẽ.i.melancholiã augẽt ⁊ recremẽti in ſe ꝗ̃ alimenti plus habẽt:vnde fit ꝙ caro gruis aut oĩno pretermittẽda eſt aut prius preparanda vt de carne pauonum ſupra diximus. Que fuit ſententia Raſis in libro.xxiij.cõtinẽtis.c.cccccccciij.ſic ſcribentis. Caro gruis eſt muſculoſa ⁊ villoſa:ideo non debet comedi niſi poſt dies plures ſue mactationis. De carne autẽ ciconiarũ ⁊ cignorũ ⁊ ſimiliũ que vt plurimũ in paludibus:⁊ lacubus habitant dicendũ eſt cũ Yſaac in libro.p.d.ꝙ nõ ſunt eq̃ bone ſicut aues terreſtria loca incolentes. Quod etiã voluit in vniuerſalibus cũ ait. Omnia volatilia paludes inhabitantia carne ſunt neruoſa groſſa:⁊ ad digerendũ dura:ſed tamen bene digeſta multũ nutritiua: ad diſſoluendũ de membris dura:⁊ ideo machinãdum eſt ad mollificandum carnes eorũ neq; annũ trãſeuntia ſunt comedenda. Quod ſenſit Auicẽ. in ſecundo canonis.c.cxlvj.cum ait. Omnes volucres magne aquatice ⁊ habẽtes colla longa:eorũ plurima generatio eſt melancholica.⁊ infra dixit. Caro auium aquaticarum eſt vehemẽtis humiditatis:ſcilicet accidẽtalis:⁊ plurime ſiccitatis ſubſtantialis. Et propterea caro magnarũ auium facit euenire febres quartanas. Almanſor quoq; in.ca.x.libri tertij ſic inquit. Caro ſiſonis ⁊ aliarũ auium ſilueſtriũ quanto maiori participant rubedine ⁊ nigredine:tanto ſanguini melancholico propinquior videtur . Que autem illarum malum habet odorem eſt ſanguinis generatiua deterioris . Ideoq; nullo modo comedi debet. Et ſubdit. Volatilium autẽ caro in fluminibus vel lacubus morantium:multarum eſt ſuperfluitatum effectiua:que ſi malum habet odorem deterior iudicatur:non ſunt itaq; huiuſmodi carnes aſſumende.ꝗ̃uis in tempore hyemis aues aquatice in magna copia reperiantur Venetijs ⁊ in quibuſlibet alijs ciuitatibus mari propinquis ⁊ lacubus:ſi quis tñ eas oĩno manducare voluerit:machinetur prius ad mollificandum carnes earũ ⁊ nõ omnium:ſed iuuenum tantũmodo:que annum non trãſcenderint:vt dixit Yſaac vbi ſupra. Mollificant autem ⁊ tenere fiunt carnes harum volatilium ſi mortue fuerint per duos dies vel circa:vt placuit Raſi:vt diximus.⁊ Auenzoar in ſuo Theiſir.c.j.dicẽti. Caro que eſt ex aĩalibus habentibus duras carnes velut ſunt turtures:grues:anates ſilueſtres ⁊ ſimilia comedi debet poſt necationẽ ipſorum duodecim horis in hyeme.eſtate vero ſeptẽ horis. Mihi tamen magis placet pro regione iſta que frigida eſt:illud quod voluit Yſaac in.c.xviij.dietarũ vniuerſaliuꝫ cũ inquit Volatilia poſtꝗ̃ ſunt occiſa per diem ⁊ nocteꝫ dimittantur vt carnes emolliant.⁊ ſubdit:⁊ ꝓ̃ſertim aquatica ſic dimittantur.⁊ infra auctoritate Gal. ſic etiã ait. Que aĩalium vel terrenaſcentiũ recẽtiora ſunt ꝗ̃ oportet:aut non maturata quantũ conueniat aliquã diu reſeruata:ſicca eorum tenerantur ⁊ mollia ipſorũ indurãtur ⁊ cruda maturantur ſicq; velociter digerũtur.⁊ infra ſubiunxit.palam fit nos non debere nu-

triri carne naturaliter dura ⁊ ſicca:neq; in habitanti
bus paludoſa loca:niſi cum ante duos dies ſint occi
ſa vt ſue carnes molleſcant ⁊ facile digerantur. Que
fuit Gal. ſentētia in libro de ſubtiliante dieta.c.viij.
dicētis. Oportet aūt nō recentē:ſed ſuſpendēdo die
vna ad minus ita comedere non turturē ſolam: ſed
etiam perdicē ⁊ alia omnia que moderate ſiccam ha
bent carnē. Si autē volatilia aquatica que dictis a
Galieno ſunt durioris carnis:viua caperentur cum
retibus aut aliquo alio hmōi inſtrumēto:nō ſunt ſu
bito occidēda:vt venatores faciūt:ſed ſic preparāda
vt docet Yſaac in.c.xix.libri preallegati ſic dicēs. Si
durorū aīalium carnes ſunt coquināde anteq̄ occi
dantur multū fatigentur:vt ita carnes dure teneren
tur:indigeſtis vero ⁊ dure nature: ſicut ſenioribus ⁊
egrotantibus ſi groſſe carnes dentur ad comedēdū
verberentur ⁊ cū pauco ſale tymo quoq; ⁊ calamēto
in aqua apponantur ⁊ aliquādiu dimittant:ſicq; tan
dem nimium lote coquentur ⁊c.

¶ Capitulum.xcviij.oſtendit naturam carnium tur
dorum merulorum paſſerum ⁊ ceterarum minuta
rum auium.

Cum ſpecies paruarum auium ſint ferme
infinite:quis liber poſſet de naturis oīm
⁊ proprietatibus ſingularū doctrinā cō
prehēdere.quis ve calamus poſſet id ſcri
bere:nullus profecto. Et ob hāc cauſam
priſci oēs ⁊ ſapiētiſſimi medici nō auſi ſunt hanc tan
tam prouinciā aggredi.ſed vnuſquiſq; eorū cōtētus
fuit velle de his oībus in vniuerſali tātummodo face
re ſermonē:quos etiā in hac parte:ſicut ⁊ in ceteris
nos imitabimur:⁊ de ipſis paruis volatilibus in vno
tantū.c.ſcribemus colligētes quicquid boni de hac
materia dictū ab antiquis inuenerimus:ſed ante nō
nulla a modernis ſumpta preponamus dicētes cum
quo prius ſic ſcribēte: Ficedularū:carduelium: reli
quarūq; auiū minutarū caro ſi pingues ſint ⁊ iuue
nes:mō nō nidificēt boni alimēti eſt. Et ſubdit. Ab
ſit tū a patinis noſtris paſſer: qui eſui ſumptus ob
nimiā caliditatē male alit: difficulter cōcoquitur:⁊ li
bidinem excitat. Michael aūt noſter de turdis ⁊ me
rulis loquēs auctoritate Ieſu medici ſic inquit. Tur
dorū ⁊ merulorū carnes ſunt calide ⁊ ſicce in fine pri
mi vſq; ad primū ſecundi. Et ſubiunxit. Eligant pin
gues ⁊ capti cum laqueo vel retibus:vt dixit Balda
hac:quibuſdā placuit q̄ meliores ſint qui cū aue ca
piūtur ſunt difficilis digeſtionis ⁊c. Et poſtea dixit
q̄ meruli ſunt turdis meliores. Demū loquēs de vo
latilibus minutis ſic ait. Auium paruarum aliarum
a paſſeribus carnes declināt ad caliditatē ⁊ ſiccitatē
ſed plus ad ſiccitatē. Et ideo eligant pingues:qm̄ iu
uenes ſunt ⁊ earū caro eſt laudabilis multū et lauda
bile generāt nutrimētū:facile digerit et cōualeſcenti
bus ſana. Que qdē fuit Gal. ſnīa in octauo de inge
nio ſanitatis.c.ij.dicētis. Ex volatilib⁹ optime qdē
ſunt pdices ſimul cū montanis oībus paſſerib⁹. De
inceps autē galline faſiani ⁊c. Quē textū ſic exponit
Conciliator.p paſſeres aūt pmiſſos audio aues mi
nutas:et nō paſſeres vere dictos qui calidiſſimi ſunt
et luxuriā incitantes. De paſſeribus aūt vere dictis
qui calidi ſint vſq; ad tertiū et ſicci fere in eodem di
cimus q̄ nō ſolū moderni verumetiā antiqui patres
carnes ipſorum vituperarūt. Dixit enī Haliabas de
ipſis in v.theorice.c.xxiij.paſſerū et columbarū agre
ſtium caro dura eſt et ad digerendū grauis maliq; ci
bi ex quibus generatur ſanguis calidus et ſiccus: et
poſt pauca ſubiunxit. Oportet aūt paſſeres in domo
ſaginatos omnino cauere:generatus etenim ex eis
ſanguis peſſimus eſt. A quo ſumpſiſſe videtur Yſaac
in libro particularium dietarū cum ait. Calidiores om
nibus auib⁹ paſſeres ſunt:et plus q̄ alie parue aues
ſtiptici:et plus etiā ſanguinis incenſiui.et in libro vni
uerſaliū dietarū.c.xvj.ſic etiā de eis inquit. Caro paſ
ſerū et iuuenū columbarū calida eſt ⁊ ſicca corrūpens
ſtomachū.et a tēpamento longe eſt.et iterū in eodē
c.dixit. Que volatiliū calida ſunt et ſicca nō ſepe ſunt
accipiēda:et maxime paſſeres:natura enim ſunt cale
faciētes et in fumoſitatē et cholerā rubeā cōuertibi
les:et precipue ſiluatici et macri:q: digeſtionē deſic
cant et ventrē conſtipāt.quod etiam voluit Auerrois
in quinto colliget dicēs. Paſſeres ſunt omnes cali
de et ſicce in fine caloris. Et infra ſic quoq; ait. Stru
nelli qui dicuntur azuri ſunt calidi et ſicci et graues
ad digerendū ⁊ groſſe nature.⁊ ideo Princeps in ſe
cūdo canonis.c.cxlvj.ſic inquit. Et paſſeres oēs ma
le ſunt:⁊ hoc q: caro earū calidiſſima eſt luxuriamq;
cōmouet.⁊c. teſte Almanſore in libro tertio.c.x. Hec
nāq; auis:vt Platina refert:minime vite eſt:ita ſala
ciſſime. Mares enī negant anno diutius durare:qđ
ppter coitus multitudinē atq; frequētiā euenit:licz
ipſe nō dicat. Fuit enī hec ſnīa phi:vt refert Auerrois
in canticorū Aui.cō.clvj.ſic di. Nō ſolū hoc dicim⁹ q̄
mult⁹ coitus debilitat corp⁹:qnimmo q̄ diminuat ⁊
abbreuiet valde vitā:facitq; eā valde breuiter ⁊ celeri
ter terminare. Ariſto. enī aſſeruit q̄ aīalia multi coit⁹
ſunt breuioris vite.pbās hoc ⁊ cōfirmās ex paſſeri
bus q̄ nō viuūt niſi p annū ſolū.inducēs ſup hoc pba
tionē:qm̄ nō apparet nigredo ſup guttur illorū q̄ vi
dentur in autumno.que quidē nigredo ſignificat ſu
per ſenes eorum ⁊c. Carnes ergo ipſorum fugiemus.

¶ Cap.xcix.oſtendit naturā manifeſtarū partiū aīa
lium:declarādo que ſint eligibiliores et magis faciē
tes ad ſanitatem.

Intellectus noſter qui naturaliter ſcire
deſiderat vt ab Ariſtote.in prohemio me
thaphyſice colligi poteſt:non ſolū ex co
gnitione bonarū ⁊ malarū carniū cōten
tus remanet:ſed vltra cupit intelligere



quarum etiam partium aīalium laudabilior ſit ad ſa
nitatem. Et propterea dicendum eſt de hac materia
q̄ particularum animalis quedam ſunt manifeſte:et
alique occulte. De primis igitur dicimus:que dupli
ces ſunt.ſ.exteriores et interiores. Qđ ſi eas volue
rimus comparare adinuicē pro quanto faciant ad ſa
nitatem: tūc habebimus dicere q̄ exteriores magis
approbētur ſcđm Yſaac ſententiam in.c.xv.dietarum
vniuerſalium ſic ſcribentis. Partes aīaliū que exte
rius ſunt in medio corpore: meliores ſunt interiori
bus: quia ex vicinitate pororum corporis quibus ſu
dor et fumus diſſoluitur:inde alleuiantur et ſoporā
tur:et ad digerendum faciliores efficiuntur:interio
res vero econtrario. Et in libro particularium ſic in
quit. Membrorū quedam ſunt mediocria: que cuti ⁊
oſſibus vicinant: et ſunt tenerioris carnis minoriſq;
pinguedinis:ſunt etiā ſapidiora ⁊ digeſtibiliora duo
bus modis. Unus propter multam ſubſtantie eius
diſſolutionem que egreditur per poros cutis cum ſu
dore. Alius propter colliſionem que ſit ex oſſibus ea
confricātibus. Membro autem a cute et oſſibus re
mota groſſiorem habent carnem:multeq; pinguedi
nis:idcirco ſunt indigeſtibilia et inſipida:⁊ copiā ma
lorum chimorū generatiua propter duas res. Una q̄
vijs ſunt vicina per quas humorū feces expelluntur.
Alia propter longinquitatem pororū cutis per quos
ſue humiditatis ſuperfluitas nequit egredi. Alia p
pter oſſium abſentiam vnde tenera fieri: neq; collidi
pñt:ideoq; venter et inteſtina:et ſimilia ſunt groſſio
ra et male nutribilia. Cum autem membra apparen
tia ſubdiuidantur in anteriora ⁊ poſteriora. Si quis
peteret an anteriora ſint poſteriorib⁹ meliora: vel vt
dicemus cum Yſaac in libro dietarum vniuerſaliū.c.
preallegato dicente. Partes anteriores animalium
poſterioribus ſunt meliores tribus ex cauſis. Una
quia nutriuntur ſanguine mundificato in corde:ideo
pectus et ipſum circunſtantia ceteris membris in ci
bo ſunt meliora. Secunda quia pectus et voce flatu
ſemper mouetur:⁊ ideo caro ſua leuigatur. Tertia q:
in pectore cor moratur: quod eſt fundamentum calo
ris naturalis.et in.c.xvj.eiuſdem dixit. Partes vici
ne ſpatulis et coſtis ex ſuo motu ſaporoſiores et di
geſtibiliores exiſtunt. Que fuit etiam Raſis ſententia
in.ij. Almanſoris.c.xj.ſic dicentis. Animalia anterio
ra leuiora ſunt et calidiora: poſteriora vero grauiora
ſunt et frigidiora ⁊c. Querenti autem an dextra ſint
membris ſiniſtris ſaniora reſpondet Yſaac in quinto
c.xv.dicēs. Partes animaliū que in parte dextra vi
cine ſunt fundamento caloris naturalis ſcilicet epati
et felli:inde leuiores et ad digerēdum faciliores. De
ſiniſtra vero parte contrarie: quia ſpleni ſunt vicine.
Et in particularibus ſic ait. Mēbra enī dextre par
tis meliora ſunt his que in ſiniſtra ſunt propter vici
nitatem epatis:quod eſt naturalis caloris fundamē
tum:fortiorem enim actionem habet circa loca vici
na q̄ circa remota. Hoc etiam ſenſit Princeps in.ij.
canonis in.c.cxlvj.cū ait. Et dextra quidē leuior eſt ⁊
melior ſiniſtra. Mēbrorum quoq; diuerſitas reperi
tur ſcđm ſitū nō pauca. Quedā enim ſunt principali
bus propinqua:quedā vero remota. Mēbra nanq;
inter cerebrum ⁊ cor exiſtentia calori vicina naturali:
ſunt boni ſaporis:digeſtioniq; facilia:et bonū nutri
mentū generantia ppter duas res. Una pro vicinita
te caloris naturalis ſuperfluitates ſui nutrimēti pu
rificantis. Scđa q: bene bonoq; ſanguine cordis et
epatis ſunt nutrita. Mēbra vero que caude ſunt vi
cina:⁊ a calore naturali longinqua:duriora ſunt ⁊ in
digeſtibiliora minuſq; ſaporoſiora. Quod fit duobus
modis. Primo ppter calorē naturalem ab eis remo
tum. Scđo q: fuerunt nutrita ſanguine male in epa
te cocto. Mēbra vero inter hec mediocria:ſunt ſcđm
vtrorūq; extremitates ſibi vicinātes.de eis enī qua
litates accipiunt ⁊c. hec ipſe.

¶ Cap.c.oſtēdit naturā mēbrorū valde carnoſorum
declarando que meliora ſint ex eis.

Membrorū quedā ſunt adeo carnoſa vt car
nes ipſa tantūmodo eſſe videant. Quorū
particulas q: aut ſine oſſibus ſint:aut cū
modicis:vnuſquiſq; emptor expoſtulat
neſciens q̄ vt plurimū partes animalium
adeo pulpoſe ſunt ipſorū nates. Quarū carnes licet
ſaporite ſint ⁊ vnctuoſe:vt dixit Yſaac:⁊ calide ⁊ hūi
de teſte Auicē.in.ij.canonis.c.cxlvj.ſunt tū illaudabi
les:vt voluit ibi princeps cū ait. Caro yliorū ⁊ natiū
deterior eſt carne pingui:⁊ eſt mala in digeſtione ⁊ nu
trimēto:q: eſt calidior ⁊ groſſior pinguedine. Cuius
quidē cauſa poteſt eſſe:q: ſunt mēbra quieſcētia ⁊ hu
miditatibus plena:que vituperantur ab Yſaac in li
bro particulariū dietarū cōtraria approbando cū ait
Mēbra que ſunt mobilia ⁊ modicū humiditatis ha
bent:ſunt ſaporoſiora facileq; digeſtibilia. Cōtraria
aūt ſunt cōtrarie ſe habētia.⁊ ob hanc cauſam lacer
toſe partes aīaliū approbant vt coxe crura ⁊ hmōi.
Carnes enī coxarū ſaporate laudabilis ſunt nutrimē
ti ⁊ cito digeſtibiles:vt inqt Yſaac in.c.xvj.d.v. Simi
liter etiā lacerti:q: ſunt mēbra multum mobilia ⁊ pa
rū humoris habētia.⁊ ideo ſunt bene digeſtibiles vt
idē ait in particularibus. Qđ tū prius in.xv.c.vniuer
ſalium dixerat his verbis. Mēbra inter durū ⁊ mol
le media ſicut caro lacerti ⁊ caro pinguedine nuda:
ſunt tēperatiſſima in q̄ttuor qualitatibus:⁊ ideo ce
teris mēbris ſunt tēperatiora:⁊ ad digerendū velo
ciora:⁊ ad penetrandū venas faciliora:⁊ ad cōfortan
dum corpus laudabiliora. Et in.c.xvj.eiuſdē ſic quo
q; inquit. Carnes lacertorū ⁊ pinguedine nude ſunt
temperate.⁊ infra ſubdit. Carnes lacertorum ⁊ ma
xime extremitates eorum ſunt ceteris carnibus lau
dabiliores propter nimium motum. Si tū muſculi
multa ac plurima eſſent repleti pinguedine:ſangui
nem multa habundantē humiditate multāq; gene

rantem ſuperfluitates efficiūt: quemadmodum caro ſine pinguedine rubea. ſ. ſanguinis ſicci eſt generatiua paucas faciens ſuperfluitates: minoris tamen eſt nutrimēti: ſicut caro que eſt inter pinguem et macrā ſanguinem generat tēperatum. vt dixit Almanſor in tertio libro. c. x. Talis itaq̃ caro eligatur: que mobilium ſit membroꝝ in macie et pinguedine tēperatorum: anterioris et dextre partis a principalibus mēbris non remota: vt ſupra diximus. Et ideo concludendo preſens capitulum dicemus ꝙ pro cōcluſione huius materie illud Iſaac preceptum in particularibus dietis eſt obſeruandum dicentis. Membra mediocritatem habentia eligenda ſunt ad ſanitatē tuēdam: ſicut caro pinguedine nuda que ſunt tēperatiora et ſaporoſiora: et digeſtioni faciliora: ⁊ laudabilem ſanguinem generantia: maxime ſi fuerint de animalibus temperatas cōplexiones habentibus ſicut ſunt heduli vituli lactentes: et iuuenes porci: et pecudes itidem iuuenes ſcilicet annuales agni et ſimiliū. hec ipſe. quare ⁊c.

¶ Capitulū. cj. oſtēdit que partes de exterioribus volatilium ſint eligende magis et ſaniores.

Poſtq̃ diximus que mēbra ambulātium ſeu quadrupedū ſint meliora: mihi quoq̃ videtur eſſe dicendū de partibus volatiliū que laudabiliores et ſaniores ad ſanitatē exiſtant: anteq̃ de ſingulis membris ſermonē faciamus. Dicamus ergo cū Haliabate in. v. Theorice. c. xxiij. ſic ſcribēte. Auiū porro membroꝝ oīm ale facilius digerūtur ⁊ minus nutriunt: ⁊ laudabiliores inter oēs alas auiū ſunt ſaginatarum paruarūq̃ etate: eodēq̃ modo et colla. Cuiꝰ cauſam innuit Iſaac in. c. xvj. dietarū vniuerſalium di. Sole ale et ceruices in oīm volatiliū generibus teneriores et laudabiliores ſunt ꝓpter nimiū earū motū. Et infra ſic inquit. Mobilia ſemꝑ teneriora ſunt et ſaporoſiora: et ad digerendum velociora: ſicut ale volatilium ſaporoſiores ſunt gallinarū primo: ſecūdo anſerum ⁊c. Quod etiam voluit in particularibus dicēs. Ale vniuſcuiuſq̃ volatilis ſunt alijs mēbris laudabiliores ꝓ ſui motus ac laboris nimietate. Cōſtat enī motus multitudine humoꝝ ſuperfluitatem expelli: vnde ala ſit ſaporoſior ⁊ digeſtibilior. Ruſus iuuenū volatilium ale ſunt meliores puerilibus ꝓpter fortitudinē motus eoꝝ: pulloꝝ enī ale licet bene nutriāt: paruum tamen dant nutrimentum. Et proſequitur. Colla laudabilis ſunt etiam nutrimenti propter nimium motum quē habent ſicut diximus de illis: ſed colla anſeris et galline ſunt meliora collis omniū animaliū. Que nō ſolum fuit Iſaac: ſed etiam Auicē. ſententia in. ij. canonis. c. cxlvj. dicentis. Ale groſſarum auium et magnarū exercitantiū ſunt boni chimi. Et etiam Gal. in. iij. de alimētis. c. xx. ſic ſcribentis. Ale volatilium ſunt idonee ad digeri ⁊ ad nutriri: magis autem ex ipſis ⁊ que gallinarū. Et in libro de euchimia ⁊ cachochimia. c. iij. ſic etiam inquit. Ad digeſtionem ale volatilium animalium ſunt idonee ⁊ communi quidem ſermone ⁊ aliarum que exercitātur partiū non ſuperfluice cū ſunt omnes he ſicut earū que in ocio ſuperfluice exiſtunt. Et propterea in. c. iiij. preallegati libri ſic cōcludit. Optime igitur ſunt gallinarū ⁊ anſerum ale: ſed alie partes anſeris dure ſunt ⁊ indigeſtibiles ⁊ ſuperfluice preter alas ⁊c. De criſtis autem galloꝝum ⁊ barbis nihil vſq̃ modo reperi ab aliquo medicine auctore preter q̃ a Galieno in tertio de alimētis ſic dicente. Criſtas galloꝝum ⁊ barbas nō laudabit quis neq̃ vituperabit. Quid igitur de ipſis poſſū ego minimus medicoꝝ dicere. Ideo de eis aliter nō ſcribimus. Sed de reliquis volatiliū partibus credimus pariformiter eſſe dicendū ſicut ⁊ de partibus quadrupedū ſupra ſcriptū eſt: ſcilicet ꝙ anteriora poſterioribus ſint meliora: ⁊ dextra ſiniſtris: ⁊ propinqua principalibus remotis ſint laudabiliora. Et ſic de alijs ſuo modo vt patet intelligenti: quare ⁊c.

¶ Capitulum. cij: oſtēdit naturam cerebri cum ſuis nocumētis: ⁊ quomodo preparari debeat anteq̃ māducetur.

Quamuis per tradita in ſuperioribus capitulis poſſemus multoꝝ ſcribendoꝝ infra ſcire naturā ⁊ intelligere: tamē vt clarior ⁊ habundantior habeatur doctrina pro ſanitatis conſeruatione: de membris omnibus ambulantium ⁊ volatilium dicemus ſigillatim: a ſuperioribus initiū faciēdo de vnoquoq̃ deſcriptionē afferemus: vt virtus ⁊ operatio illius mēbri: ⁊ modus ſubſtantie: ⁊ nonnulla alia melius intelligantur. Declarantes igiẗ primo q̇d ſit cerebrū. Dicemus cū Conciliatore noſtro in differētia. xxiiij. ſic dicente. Cerebrū eſt ſeu medulla capitis in ſupremo corporis ſita tribus ſeu q̃ttuor vētriculis interciſa duabus miringis velata ſenſus ⁊ motus organice initiatiua. vñ in. iij. theorice dicitur. Cerebrū eſt ceteris mēbris honorabilius ⁊ excellentius: eſt nāq̃ radix ⁊ quaſi forma aīe rōnalis: ꝑ quā eſt animus ⁊ diſcretio ſenſibuſq̃ origo. Et hoc eſt q̇ſ ſenſit Gal. in primo de regimine ſanitatis cū ait. Cerebrū eſt domus quedā aīe rōnalis: que ab oſſe cōtinetur denſo. Cuius cerebri cōplexio eſt frigida ⁊ hūida ⁊ nō calida: vt probat cōciliator in differētia ꝑallegata cōtra Iſaac qui dixit ꝙ ipſum erat naturaliter calidū: ⁊ frigidū accidētaliter. Et ꝙ nō ſit ita: immo ꝙ cerebrū naturaliter frigidū ſit: ſex ibi rōnibus et pluribus auctoritatibus ipſe padubanēſis probauit. qui et ſi nunq̃ fuiſſet: id ſatis erat manifeſtū ex dictis philoſophorum et medicoꝝ oīm. Nōne ſcripſit Ariſto. in libro de ſenſu et ſenſato. frigido exiſtēte cerebro de facili fiunt reumata ⁊c. et in ſcđo de partibus aīaliū. Cerebrum eſt frigidiſſimū partium. quod etiā voluit Auicen. in prima primi in. c. de cōplexione membroꝝ cum inquit. Mēbra principalia ſunt tria: quoꝝ vnū eſt cerebrum quod eſt frigidum ⁊c. Et prima tertij. c. ij. Cerebri ſubſtantia eſt frigida ⁊ humida. ⁊ in canticis idē voluit. Cum igiẗ hi viri ſapientiſſimi in hoc cōueniāt de cerebro viuentis hominis qui calidiſſimus eſt aīalium vt placuit philoſopho. Quāto igiẗ magis cerebrū occiſoꝝ brutorum eſt frigidū: quo tātū in via cibi nōnulli delectanẗ neſciētes ꝙ cū hoc ꝙ frigidū ſit ⁊ naturaliter ⁊ accidentaliter: pluribꝰ de cauſis eſt etiā humidiſſimum ⁊ cum ſua humiditate viſcoſum plurima faciēs nocumēta: queādmōdum dixit Haliabas in. v. theorice. c. xxij. di. Cerebrum amplius humidū eſt flegma generat digeſtioni reſiſtit ſubuerſiuum ſtomachi malum. Et Iſaac in particularibꝰ dietis etiā ſic ſcripſit. Cum cerebrum ſit accidentaliter frigidū proinde eſt humidum ⁊ viſcoſum abominabile: appetitum corrumpit in ſtomacho: citoq̃ in putredinē cōuertitur: maxime ſi in fine cibi manduceẗ. vnde Gal. Volētes inquit vomere cerebrum in fine cibi cū multo oleo comedāt. Ideoq̃ oportet ante cibum ⁊ poſt ipſum cauere ab humidas cōplexiones habentibus: ac debilē appetitū in ſtomacho. Et alibi ſic etiā dixit Cerebrum pinguedo ⁊ ſimilia ſunt viſcoſa ⁊ lubricatiua ſtomachi villos ſua humiditate defectant et corrumpunt: ſunt etiā in malos humores conuertibilia. que quoq̃ fuit Gal. ſententia in. iij. de alimentis. c. vij. dicentis. Magis phlegmaticum eſt et groſſi chimi et tardi meatus et indigeſtibile: nō minus et malum cerebrū omne eſt ſtomacho. a quo princeps accepit in ſcđo canonis in. c. ciij. cum ait. Cerebrum frigidum eſt et humidum generās phlegma et humores groſſos. et ſubdit. ipm̄ enī facit nauſeā apud digeſtionem ſuā et delet appetitū. Et ſimiliter Almāſor in li. iij. c. xj. di. Cerebrū cum ſit frigidum nauſeam facit: ac ſtomacho nocet ⁊c. Cum igiẗ hec faciat cerebrum aīalium ſua ſuꝑflua humiditate ⁊ viſcoſitate: aut non erit comedēdum oīno: aut ꝑparatum prius et cōditionatum vt infra. Quarum cōditionum hec prima ſit. ꝙ ipſum nō ſit aīalis humidi ⁊ viſcoſi naturaliter vel accidētaliter vt porci pecudis agni et huiuſmodi quorum cerebrum oīno eſt fugiēdū. Sed ſit potius cerebrum ſiccoꝝ naturaliter aīalium: et volatiliū magis q̃ ambulātiū: qm̄ illō magis approbaẗ ab Iſaac in libro particulariū dietarū. c. de volatilibus cū ait. Cerebella volatiliū cerebellis ambulantiū ſunt meliora: qm̄ minoris ſunt hūiditatis ⁊ viſcoſitatis ⁊ ꝓpter hoc iudicamus ipſoꝝ cerebella parū eſſe humida ad illoꝝ cōparationē. ⁊ laudabiliora oībus cerebellis volatiliū ſunt ea q̄ pulloꝝ ſtarnoꝝ ꝑdiciū gallorū ⁊ gallinarū. Hoc etiā voluit Auicē. in. ij. canonis capitulo preallegato cū dixit. Meliora ſunt cerebra volatiliū ⁊ ꝓprie montauorū. ⁊ ex cerebris q̄drupedum cerebrū arietis. ſ. hedi: deinde vituli ⁊c. Et fuit Gal. ſnīa in. iij. de alimentis. c. xx. dicentis. Cerebra parua quidē habēt volatilia animalia: meliora tamē multo his que in peditantibus quāto ⁊ ſicciora: his igitur vtēdum eſt potius q̃ cerebris ambulantium. Que ⁊ ſi voluerimus oīno comedere: ſit iſta ſecunda cōditio obſeruanda: vt ante cibū ſumantur: ⁊ cum reprimentibus eoꝝ malitiā ſint precōdita: dicēte Iſaac in. p. d. Anteq̃ comedant cerebrū cū aceto pipere zinzibere ⁊ abſinthio ⁊ mēta ⁊ ſimilibus illud cōdiant. q̇ſ ſenſit princeps vbi ſupra dicēs. Et oportet quidē vt comedaẗ cum ſeminibus. ſ. calefaciētibus ⁊ deſiccantibus. Et ꝙ ita ſint verba eius interpretanda: apparet per Gal. in. iij. de Alimētis. c. vij. dicentē. Cerebrū lꝫ ſit groſſi chimi ⁊ ſuꝑflui: cū melius aūt ſit q̃ tū ad oīa cū inciſiuis ⁊ calefaciētibus preparatū: ſic enī conditū ſi bene digeraẗ: alimentum notabile dat corpori hec ipſe: quare ⁊c.

¶ Cap. ciij. oſtendit naturā nuche ⁊ medulle cū earū malitijs ⁊ nocumentis ⁊c.

Nucha eſt nūcius ⁊ vicarius cerebri in curſu dorſi: a qua lateraliter oriunẗ nerui nō potētes cōueniēter a cerebro naſci: que ſpinalis medulla ſiue dorſalis nuncupatur: vt ex dictis Aui. in prima tertij ⁊ prima ꝑmi colligi pōt. Eſt enī velut clauus ligās ſpōdilia: teſte Auerroi in ſcđo colliget. Que cū minꝰ mollis ſit q̃ cerebrū: quāto magis ab eo diſtat ⁊ remoueẗ tanto magis induraẗ: vt inquit Gal. in. iij. Alimentorū. Que quidē medulla ſiue nucha cū ſit cerebro frigidior: vt probat Conciliator in dr̄ia. xxv. ⁊ fuit ſnīa Iſaac in li. particulariū dietarum ſic ſcribētis. Medulla ſpondiliū ad cōparationē medulle oſſium: frigidiſſima eſt ſicut ⁊ humidiſſima. Eſt enī ſicut cerebrū durior tū eſt ipſo frigidior: ⁊ minoris hūiditatis. que ſi bene digeraẗ groſſius ⁊ plus cerebro dabit nutrimentū. Medulla tū oſſium ſaporoſior ⁊ faſtidium faciens: bene tū digeſta multū nutrit. Hoc enī ſenſit Raſis in. xxiij. cōtinentis. c. ccccccclvij. cum ait. Medulla que eſt in interiori parte oſſis ſuauior ⁊ vnctuoſior eſt medulla cerebri: q̄ excitat vomitum: tū ſi digeritur nutrimentū ipſius erit habundās. ſed medulla ſpinalis. ſ. nuche nō competit: quia ſolidior eſt medulla cerebri q̄ digeritur nō modici nutrimenti eſt. Et auctoritate Pauli dixit ꝙ vngit ſtomachum tollit appetitum cibi ⁊ lenit ventrem. vnde comedenda eſt cum aromatibus: ⁊ Haliabas in quinto Theorice capitulo. xxij. ſic de ipſa ait. Medulla cerebro iocundior eſt ⁊ ſuauior: ſed ſi plurimum ſumatur ſubuertit: ideo cū ſaturegia ⁊ ſale oportet accipere. Et hi omnes a Gal. ſumpſere dicente in. iij. de alimētis. c. viij. Nauſeatiuꝰ eſt cibꝰ amplior comeſta medulla ſicut cerebrum. ſi aūt bene digeraẗ nutritiua eſt ipſa. ⁊ infra ſubdit. Spinalis medulla cōtinua quidē eſt cerebro: ⁊ eiuſdē nature cū ipſo: durior aūt non modicum ⁊ maxime in inferioribꝰ extremitatibꝰ ſpine. inquātū

eſt diſtat a cerebro plus:intantum magis induratur
Si aūt hec alijs medullis comparetur:magis molli
ficatiua reperitur:⁊ ꝑ cōſequens magis ſtomacho no
ciua:vt colligitur etiā ex verbis Serapionis dicētis
Reperit in oſſibus medulla que vere eſt medulla.Alia
in ſpinali ⁊ eſt nucha:que eſt durior ⁊ ſiccior medullis
alijs omnibus q̄ accipiuntur ex oſſibus . ⁊ habet de
mollificatione ⁊ vnctuoſitate plus.Nō igit eſt come
denda cū peior alijs medullis videatur:vt dictum eſt
⁊ tanto magis ꝙ ſi oīs alia medulla eſt calefactiua le
nitiua ⁊ abſterſiua:licet multi nutrimēti ſi digeratur
teſte principe in ſcd̄o canonis.c.ccccc.et cōturbet ſto
machum et deleat appetitū:vt idē ait ibidē . Quāto
magis nucha cum ſit frigidior cerebro et groſſior vt
diximus et vnctuoſior ⁊c.Dimittant itaq̄ qui ſuas
volunt cōſeruare ſanitatē hmōi medullas:et preſer-
tim qui ſtomachum debilem et humidū habent ⁊ ſi-
militer q̄ deiectū ⁊ proſtratū ſuū ſenſerit appetitū.qđ
ſi omnino quāq̄ voluerint eis vti:ex bonis et ex lau-
datis animalibus ſupra ſit accepta : qm̄ cōuenietior
eſt medulla vitulorū et cerui et tauri et caprarū:dein
de ouium vt inquit princeps vbi ſupra . Quo in loco
iuſſit etiā vt anteq̄ comedamus eā vt preparemus
ſufficiēter dicēs.Oꝫ vt comedat cū piperib⁹ et ſemi
nib⁹.Sic eīm medulla inter frigiditatē ⁊ caliditatē exi
ſtit et tēperamēto vicina:caliditati tn̄ magis appro-
pinq̄t. Que et ſperma augmētat et ſtomachū molli-
ficat.vt etiā aſſerit Almanſor in.c.xj.libri tertij.Ve-
rum q2 huiuſcemōi naturaliter ſunt hūida et viſcoſa
et lubricatiua ſtomachi:et q2 villos ſua hūiditate cor
rumpūt et in malos hūores cōuertuntur:vt ſupra di
ximus cū ipſius auctoritatē allegarem⁹:ꝓpterea ſe-
curiſſimū nobis eſſe videt vt talia vnctuoſa et ſtoma
chum mollificātia oīno poſtponantur potius:q̄ etiā
cōdita:⁊ in pauca ſumantur quantitate.

¶ Cap.ciiij.oſtendit naturā oculorum ⁊ lingue pro
quanto via cibi faciunt ad nutrimentum.

OCulus eſt inſtrumētum videndi: cōple-
xione aqueuꝫ cuꝫ quadā anteriori plani-
tie rotunduꝫ:in ſupremo anterioris par
tis capitis locatum: ex ſeptē tunicis et
tribus humoribus cōſtitutū:ſex muſcu-
lis motum:⁊ vno vel duobus ſeu tribus fultum. in-
quit Conciliator in differētia.lxiiij.Qđ ſenſit Gal.
in.j.de ingenio ſanitatis.c.vj.dicēs.Oculi ſunt mem
bra quoꝝ actio eſt viſus:q̄ ex ſeptē tunicis ⁊ tribus
cōponi inueniunt humoribus:teſte Raſi in.j.Alman
ſoris.c.viij.Que q̄dē diffinitiōes de viuentibus ocu
lis ſemꝑ ſunt intelligēde.Nos autē oculos nō viuen
tes:ſed prout veniūt ad cibos cōſideramus in p̄ſenti
ꝓpoſito.queādmodū de eis locutus eſt Iſaac in li-
bro particulariuꝫ dietarū cū ait.Oculi ſunt ex diuer
ſis ſubſtantijs cōpoſiti:habēt eīm lacertos pingnedi
nē pelliculas ⁊ hūores.Quātum eīm eſt ex parte pin
guoſa ꝑtinent calori ⁊ hūiditati ; quantū vero eſt ex
ꝑte pellicularū attinēt frigiditati ⁊ ſiccitati.Idcirco
de pinguibus aīalibus frigidi ſunt ⁊ humidi.Si ve-
ro de macilentis:frigidi ſunt ⁊ ſicci.⁊ ſubdit . et licet
oculi facilius ceteris mēbris digerantur: tn̄ ob pin-
guedinem ſibi admixtā habent grauedinis viſcoſita
tis ⁊ indigeſtionis quoddā:⁊ ꝓpter hoc nō accipiant
niſi cū aceto ſale apio pipere calamento ziziibere ⁊ ſi-
milibus cōdiant.Qđ ſenſit Gal.in lib. de euchimia
⁊ cachochimia.c.iiij.cum inter ꝑtes aīalium difficile
digeſtibiles oculos enumeraret:vbi etiā dixit.Ocu-
los pauci q̄deꝫ comedunt: cōponunt eīm ex diſſimili
bus ſubſtātijs Muſculi aūt eoꝝ ſunt bene digeſtibi-
les ſoli animalium q̄ idoneā habent naturā ad euchi-
miam quales ſunt cōmodati ſcd̄m etatem porci.Ab
his tamē partibus manifeſte diſceſſit Platina cum
inquit.Oculi animalium ſi tenerrimi ſint ⁊ pinguis
beſtie cum ſint ⁊ humidi moderati alimenti habent.
Quod tantū q̄dem a via deuiat veritatis quātum ⁊
ipſe a prefatis ſapientibus receſſit . Quāobrem aut
oculos oīno dimittemus animalium:aut eos ex me-
lioribus ⁊ laudabilioribus beſtijs eligemus cōdien-
tes ipſos:vt iuſſerunt Iſaac ⁊ Haliabas vbi ſupra:
⁊ raro eis vtendo De lingua autem dicemus cum
Auicen.in.vj.tertij.c.j. ꝙ ipſa eſt membrum oris:⁊ in
ſtrumentum conuerſionis cibi maſticati.Scd̄m autē
Ariſto.in.iij.problematum problemate.xxxij.lingua
eſt caro ſpongioſa.a quo ſumpſiſſe videtur princeps
in.ij.canonis.cap.ccccxlv.cum ait.Lingua eſt ſubſtan
tia compoſita ex carne laxa in qua penetrant vene et
nerui ⁊ lacerti:⁊ humor eius eſt humidus ⁊c. Et Ra
ſis in.xxiij.continentis. capitulo. ccccccxcvj . de ipſa
dixit auctoritate Bimmaſui.lingua groſſa eſt habun
dantis motus coadunatione hūiditatis.vnde come
di debet cum ſinapi.Et dixit Paulus. mollis eſt et
modici nutrimēti. Et inquit Galien⁹ in libro. nutri
menti.Subſtātiam habet compoſitam de carne mol
li venis neruis et muſculis generans humorem ha-
bentem ſuperfluam humiditatem.Sed Haliabas in
v.theorice.c.xxij.ſic de ea ſcripſit.Lingue caro tem-
perata eſt et digeſtoni obediens :.eiuſq̄ nutrimen-
tum inter multum ⁊ modicum. Cui videtur conſen
tire Iſaac in.p.d.cum dixit.Lingua inter lacertos
et teneram carnem eſt mediocris idcirco ſola come
ſta dat nutrimentum inter durum et molle et medio
cre.Que ſi cum lacerto ſubſtantie eius iuncto man
ducetur:erit laudabilior faciliuſq̄ꝫ digeritur.Rurſus
ſi cum tenera carne ſibi iuncta per quam ſaliua ori de
ſcendit manducetur:durioris et viſcoſioris erit dige
ſtionis.Unde bonum eſt ſi cum obſomagaro . ideſt
ſale:pipere:et aceto:origano.ziꝫibere: et ſimilibus
comedatur ⁊c.Ex quibus pōt quam facillime vnuſ
quiſq̄ꝫ ponere concordiam inter aliqualiter diſſo-
nantes auctores:vt patet.ſecundum enim quod di-
uerſimode lingua conſideratur : ſic diſſimilis exi-
ſtit nutrimenti . Quare concludere poſſumus cum
Michaele noſtro ſic dicente auctoritate Ruffi.Lin



guarum carnes ſunt ſatis temperate:quare nutrimē
tum eſt mediocre in quātitate.Et ideo nō eſt pericu
lum linguis laudabiliū aīalium vti quandoq̄.

¶ Capitulū.cv. oſtēdit naturā carnis auriū: nariū:
cutis:gutturis:et ſimilium cartilaginoſorum.

DE his oībus in vno capitulo ſcribēdum
eſſe videtur:cum in ſuis naturis et cōple
xionibus ſimilentur. Sed inceptum mo
dū obſeruantes dicimus ꝙ auris eſt mē
brum creatū auditui: et factū eſt ei oſtra
coſum anfractuoſum ⁊c.vt dixit Princeps in.iiij.ter
tij.c.j. Nares vero ſunt vie per quas anhelitus tran
ſit.teſte Gal.in.v. de accidenti et morbo.c.iij. a quo
Conciliator accepit in ſua differentia.xlv.cū ait. Na
res ſunt inſtrumēta delationis aeris ad pulmonē:et
odoris ad carūculas: ex pluribus oſſibus ⁊ cartilagi
nibus compoſita:quoꝝ inſtrumentoꝝ complexio eſt
frigida ⁊ ſicca:vt colligitur ex verbis Iſaac in parti-
cularibus dietis ſic ſcribētis . Nares frigide et ſicce
ſunt. Sunt eīm cartilaginoſe:ideoq̄ digeſtioni diffici
les parum nutriūt.Et ſupra dixerat.Mēbra que na
turaliter ſicca ſunt dure digerūtur:tardeq̄ de ſtoma
cho eijciuntur:et minus ceteris ſunt nutrientia: ma
xime ſi fuerint de animalibus ſiccis ſicut bobus ca-
pris. Que q̄uis bn̄ ſint maſticata in ſtomacho ⁊ epa
te bene digeſta: ſiccum tamen generāt ſanguinem et
peſſimū.Quod iterū voluit in proceſſu magis cū ait.
Extremitates animalium:q2 omnino carent pingue
dine tarde digeruntur: ſunt eīm de ſubſtātia cutis et
neruoꝝ.Que quidē videtur Raſis ſentētia in.xxj. cō
tinentis.c.lx.et.lxj.dicentis. Naſus ſcd̄m Meſue eſt
frigidus et ſiccus:q2 eſt cartilaginoſus:⁊ eſt dure di-
geſtionis:et debet comedi cū aromatibus. Auris au
tem ſcd̄m eūdem eſt de natura naſi. et ſcd̄m ꝙ inquit
Gal.in libro chimoꝝ.Aures animaliū ſunt cartilagi
noſe: non digeruntur nec mutātur. Et cutis que eſt
ſuper cartilaginē eſt pauci nutrimenti et difficilis di
geſtionis:quia eſt ſubtilis et ſicca.et hoc eſt quod vo
luit Gal.in.iiij.c.lib.de euchimia ⁊ cachochimia.Cū
inter partes animalium difficile digeſtibiles ſint na-
res et aures:et talia enumerata.Qua de re cū Iſaac
in loco allegato eſt concludēdum dicēte.Labra auri-
bus ſunt laudabiliora:quia auricule de cute ⁊ cartila
gine ſunt cōpoſite. Cartilagines vero ſi de animali-
bus iuuenibus fuerint ⁊ bene coquātur: erūt digeſti
biles:et preſertim ſi de lactētibus fuerint. Idē q̄ꝫ de
cuti eſt ſentiēdum que pellis dicitur:et a vulgaribus
cutica:que eſt membrum ex neruo carneq̄ cōtextum
ſuperficietenus corpus ambiens omne ac ipſius ꝑte
ctiuum:vt dixit Conciliator in differentia.xliij. Et li
cet hec vere cutis ſit diffinitio:tamē et aggregato ex
cuti et imene conuenit:et ad propoſitum facere vide
tur:quoniam malum dat nutrimentum ſua groſſicie
et terreſtricitate ſiue ſiccitate, ſicuti ſenſit Auicenna
in.ij.canonis capitulo.cccccl ij. dicens. Meliores ex
eis ſunt pelles lactentium propter humiditatem ip-
ſorum:earum tamen nutrimentum eſt paruum viſco
ſum:⁊ propinquum eſt in viſcoſitate ⁊ diſpoſitionib⁹
ſuis nutrimento pedum.Multoq̄ clarius Raſis in
cap.xj.libri tertij Almanſoris cum inquit. Cutis fri
giduꝫ gn̄at ſanguinē in quo multa exiſtit viſcoſitas
⁊ oppilationē facit ⁊c.Similiter guttur eſt frigidū ⁊
ſiccū cartilaginoſum:proinde parum dat nutrimen-
tum digeſtioni inobediens:⁊ hac de cauſa cum cali-
dis aromatibus decet comedi teſte Iſaac vbi ſupra.
In quo loco etiam iuſſit vt nares aures ⁊ huiuſmo
di cartilaginoſe partes preparentur cū aceto: obſo-
mogaro.ſinapi:carui:pipere : ziꝫibere ⁊ ſimilibus.
Si quis autē aliqua affectus admiratione quereret
qua ratione voluerit hic auctor ꝙ huiuſmodi mēbra
cartilaginoſa que frigida ſunt ⁊ ſicca:vt ipſe etiam aſ
ſerit:cum aceto ⁊ talibus etiam deſiccantibus man-
ducarentur:cū videat ꝙ ſiccitas ſiccitati non ſit con
iungenda.Cui reſpondebimus ꝙ ita eſt profecto:vt
ipſe ait:quando ex talibus iam dictis nutrimentum
expectaremus.Sed qm̄ intendimus eoꝝ malitiam
rectificare via condimenti huiuſmodi ⁊ cōueniunt:⁊
ſunt permaxime neceſſaria vt viſcoſitatem ⁊ groſſi-
tiem cartilaginoſarum rerum habeant remouere cū
ſua inciſione ⁊ ſubtiliatione.Hortamur tamen quoſ
cunq̄ ſanguinē habuerint groſſiuꝫ ⁊ viſcoſum vt phe
gmatici ⁊ melancholici:vt a predictis totaliter abſti
neant aut eis q̄ rariſſime vtantur:quare ⁊c.

¶ Capitulum.cvj.oſtendit naturam cordis ⁊ pul-
monis ⁊ quantum in via nutrimenti faciant ad ſani-
tatem.

ETſi cor ſit nobiliſſimum mēbroruꝫ: vt in
quit Auerrois in.ij.celi . cōmēto.lxxiiij.
Et ſit princeps corporis prim⁹ teſte Ha
li.in.ij.Techni cōmēto.xcj. Et ꝓpterea
poſitū in medio pectoris tāq̄ in loco tē
peratiori:vt ait princeps in.xj.tertij.c.j.Et eſt mine
ra generationis nutrimēti ſpirituū vt idem voluit in
libro de viribus cordis.c.ix.Et eſt fundamētū ⁊ qua
ſi fons caloris naturalis ⁊ virtutis vitalis.vt inquit
Gal.in.v de interiorib⁹.c.j.Et licet inquā cor viuēs
ſit plus oībus mēbris ſanguineū: ⁊ plus eis calidū:
vt ipſe dixit in primo cōplexionū.c.ix.eſt tn̄ mortuū:
cū ad cibū ꝑuenit decoctum: valde ab eo diuerſum:
qm̄ viuēs erat mēbrū p̄ncipale.cui⁹ virtutes erāt po
tētes in corꝑe ac effect⁹ maximi virtutū organū in
corporis medio velut fornax ſitū.vt nr̄ inquit Con
ciliator in differentia.xlj.auctoritate zoar . Mortuū
autē cor inter viliſſimas corꝑis partes viā nutrimen
ti cōputatur:vt idē aſſerit Cōciliator in differentia
xxiiij.Qm̄ materialis cordis cōplexio : quā ſumpſit
ex miſcibilium mixtione frigida eſt ⁊ ſicca:et ideo for
tis extat texture ac compacte : ita vt igni viderim

in cõbuſtis pre ceteris corporis partibꝰ reſiſtere: ad quod etiam humidum coadiuuat conculcatū in idipſum: quod oportuit vt obſtaret motibus et ꝑcuſſionibus et caloribus: propter qḋ ſuper id ſita fuit pinguedo quedã equiuoca tñ: eſtqꝫ ipſum dure digeſtionis ⁊ delationis .i. penetrationis et melãcholici magis alimẽti. hec padubanẽſis ipſe. Cū tñ bene digerit caro cordis multi eſt nutrimẽti licet non laudabilis: vt ſenſit Yſaac in particularibus dietis. c. ꝓprio cū ait. Cor dure eſt ſubſtãtie ⁊ nature lacertoꝝ pertinẽs: tarde de ſtomacho eijcitur: bene tamẽ digeſtum multū nutrit ⁊c. Hoc idẽ voluit Almanſor in .iij. c. xj. cum inquit. Cor calidū eſt ⁊ dure ſubſtãtie: qḋ et tarde digeritur et non multum nutrit. Et in .xxiij. cõtinentis idem ſic ſcripſit in. c. ccccccxxxij. auctoritate Gal. in libro nutrimẽti. Subſtantia cordis eſt caro ſolida muſculoſa: ideo eſt difficilis digeſtionis tarde deſcenſionis de ſtomacho: ⁊ penetrationis de inteſtinis quando digerit: et qḋ lucratur de eo corpus modicum eſt. Sed in libro chimoꝝ dixit ꝙ eſt abūdãtis nutrimenti. qḋ etiã voluit Binmaſui. quibus cõcordat Haliabas in. v. Theorice. c. xxij. dicens. Cor ſolidū eſt et digeſtioni inobediẽs valde: qḋ qui comedere voluerit: oportet poſt illud zinzibere vti cõdito. et comedat ipſum cum pipere: et cimino: et ſaturegia: cuius digeſtio ſi plena fuerit plurimum nutrit. ⁊ hec fuit Gal. ſententia in .iij. de alimẽtis. c. xij. dicentis. Cor ſcḋm ſtomachum quidẽ durū eſt: et propter hoc indigeſtibile et tarde pertranſitionis. Si aūt digeratur bene alimẽtum nõ paucum dat corpori. Concludamus igitur cū Michaele noſtro ſic ſcribente. Cor vt cibus debet graduari frigide et ſicce cõplexionis: cum ſit arterioſum et neruoſum ſatiſqꝫ omnia frigida ſunt ⁊ pauce carnis: et ideo aut dimittatur omnino: aut eligatur ex iuuenibus animalibus et pinguibus: et ſi cum ſale pipere et cimino accipiatur remouetur nocumẽtum eius. Ciminum tamen mihi non placet cum horribilis ſit ſaporis: ſed loco eius feniculum ſumatur. ¶ De pulmone vero dicimus cū Cõciliatore in differentia. xcix. ꝙ ipſe eſt terminus caliditatis naturalis in euẽtationem cordis ordinatus: ſeparat enī et diſtinguit animalia calida a non calidis: calidiora enī eguerunt in euentatione caloris pulmone ceu ſanginem habentia: reliquis vero ſufficit euentatio cū brachijs: vt in piſcibus ⁊c. Et propterea fuit creatum ⁊c. Sed in propoſito noſtro cõſideratus frigide et humide exiſtit cõplexionis in primo: vt Michael refert. Quod etiam antiqui ſenſiſſe videtur cū dicat Yſaac in particularibus dietis: ꝙ pulmo ſit facilis digeſtionis: et facile de ſtomacho eijciatur propter leuitatem ac raritatem ſubſtantie: proinde ceteris membris corporis nutrimentū gignit pertinens phlegmatico humori. et Haliabas in. v. Theorice dixit abſolute ꝙ pulmo parum nutrit: et phlegma generat. Raſis autẽ in .iij. Almanſoris inquit. Pulmo tarde digeritur parumqꝫ nutrit ⁊ eſt frigidus. Et in xxij. cõtinentis. c. cccxliiij. ſic etiã ait auctoritate Galieni. Pulmo leuioris digeſtionis eſt epate et ſplene iuxta modum raritatis corporis ipſius: tamẽ minoris nutrimenti eſt: et nutrimentū eius eſt phlegmaticum. Et ꝓpterea dixit Ruffus in libro regiminis. Pulmo eſt modici nutrimenti valde. ⁊ Ioannitius dixit. Hoc accidit cauſa ſiccitatis ⁊ leuitatis ipſius. Et iterū Ruffus inquit. Iuxta modū leuitatis ſubſtãtie debuit eſſe velocioris digeſtionis: tñ qr ipſe natat in ſuperioribus ſtomachi factus eſt tardioris digeſtionis. Idẽ quoqꝫ ſenſit Paulus. Auicẽna vero in .ij. canonis. c. ccccclxxiij. dixit. Pulmonis nutrimẽtum eſt paruū declinãs ad phlegmaticū. Et infra dixit. Eius digeſtio eſt facilis: ⁊ in ipſo eſt cõſtrictio vẽtris. Et ſic ipſe et Yſaac videnꝰ eſſe cõtrarie opinionis ꝙ̃ prefati ſapiẽtes: qui abſolute pronūciauerunt ipſum eſſe digeſtionis difficilis: quibꝰ magis aſſentimus. Pro cõcordia tñ dicere poſſumus ꝙ aūt textꝰ eſt corruptus: ⁊ vbi dicit facilis dicere velit difficilis: aut (et forſitan melius) intellexerūt oẽs ꝙ abſolute pulmo difficulter digeratur. In comparatione tamẽ ad epar ⁊ ſplenẽ faciliter. Qḋ videtur Gal. voluiſſe in .iij. de alimẽtis. c. xj. dicẽs. Pulmo digeſtibilior eſt epate et ſplene quanto eis rarior: ad nutrire aūt minor. Alimentis vero quod dat corpori phlegmatico ſuis eſt magis ⁊c. Et propterea pulmones aīaliū dimittantur: aut eligantur ſolummodo ex animalibus iuuenibus temperatis aut temperamento vicinis: vt hedi pinguis: vituli: porci: ⁊ ſimilium: vt Michael inquit ⁊c.

¶ Capitulum. cvij. oſtendit naturam ſtomachi: matricis: inteſtinorum: et ſimilium: pro quanto via cibi et nutrimenti faciunt ad ſanitatem.

De his oībus in vno capitulo ſcribẽdum eſt: cum eiuſdem fere ſint ſubſtantie complexionis et nature: ſed oſtendẽtes quid ſint hec dicamus cū noſtro Sauoronola in ſua practica ſic ſcribente. Stomachus eſt membrum organicū cõplexione frigidū ⁊ ſiccū: in medio corporis ſituatū tunica neruoſa intrinſeca et carnoſa extrinſeca cõſtitutū: cibi et potus ꝑ meri ab ore ſuſceptiuū: atqꝫ ipſius calore ꝓprio ⁊ circūſtãtiū mẽbroꝝ adiutorio digeſtiuū. Inteſtina autẽ: vt dixit Cõciliator in differẽtia. cciiij. ſunt mẽbra corporis ceteris lõgiora duplici cõſita tunica iuuatiui ⁊ ſuꝑfluitatis cõtẽtiua: que ſex extãt numero: vt ex. xvj. tertij colligẽdū a principe. Matrix vero eſt mẽbrū cõcauū neruoſum pelliculoſum ſpiſſum neruoſum in cõcauitate alchatin locatū ad rotūditatẽ quãdã figuratum ⁊c. Ex qbꝰ deſcriptionibꝰ cõplexio hoꝝ mẽbroꝝ intelligiꝰ: q̃ frigida eſt ⁊ ſicca de ſui natura in viuis animãtibꝰ: frigidior ꝟo in mortuis plurimū. et ꝓpterea dicebat Yſaac in. c. xvj. dietarū vniuerſaliū. Carnes ſtomachoꝝ dure ſunt ad digerẽdū. Et in particularibus etiã inquit. Mẽbra ſicca naturaliter ſicut neruus: cutis: inteſtina: venter: vulua .i. matrix et ſimilia dure digeruntur: tardeqꝫ de ſtomacho eijciūtur: ⁊ minus ceteris ſunt nutritiua: et maxie ſi fuerint de animalibus ſiccis naturaliter. Quod etiã voluit Almanſor in lib. iij. c. xj. dicens. Venter tarde digeritur: qui frigidus exiſtẽs parū nutrit atqꝫ phlegmaticum generat ſanguinem. Et in .xxiij. continẽtis idem Raſis c. ccccclxxj. ſic ſcripſit. Venter inteſtina ⁊ matrix animalium ſolidiora ſunt carne: ideo licet digeranꝰ perfecte de eis generaꝰ ſanguis non purus carens bonitate: immo generatur humor vehemẽtioris frigoris et crudus indigẽs tempore longo in ſui alteratione et tranſmutatione: laudabiliores tamen ſunt vẽtres animalis lactentis ex humiditate et veloci digeſtione ipſoꝝ. Auctoritate etiã Pauli dixit ꝙ ventres et inteſtina ſint tarde digeſtionis et generẽt phlegma. Haliabas quoqꝫ in. v. Theorice. c. xxij. ſic ait. Inteſtina ſtomachus et iecora omnia mẽbra neruoſa ſunt ⁊ ſolida duraqꝫ digeſtioni inobedientia: quẽ generant ſanguinem bonus non eſt: ſed malus et ad frigidum inclinus: nec aliquid peruenit ex eis ad corpꝰ nutrimentū ⁊c. Princeps qꝫ in .ij. canonis. c. ccccccxxxvij. dixit. Venter parui eſt nutrimẽti et mali chimi: et ſimiliter quod ſimilatur ei ex viſceribus ꝙ̃uis eius bona fiat digeſtio. que fuit Gal. ſentẽtia in libro de euchimia et cachochimia dicentis. Partes que in animalibus difficile ſunt digeſtibiles: ſunt inteſtina ⁊ vẽter et matrix. Et in libro de ſubtiliãte dieta. c. viij. ſic etiam ait. Vitandus eſt eſus viſcerum ſicut ⁊ ſanguinis: qm̄ ipſa ſuperfluica ſunt et diſdigeſtibilia et pachichima: quod et de ventribus: cum eiuſdẽ ſint nature: intelligi poteſt: quare aut dimittãtur omnino: aut eligãtur ſolummodo ventres volatilium potius ꝙ̃ ambulantium: et non omnium ſed laudatorum vt anſeris ⁊c. dicẽte Yſaac in particularibus dietis. Vẽter oīm volatilium lacertoſus eſt et durus ad digerẽdum: ſed ſi digeratur multū dat nutrimẽtum: omnibus tamen ventribus anſerinus eſt melior et laudabilior propter copiam ſue humiditatis: poſt hūc galli naſcentis venter commẽdatur. Qḋ etiã ſenſit Auicen. in .ij. canonis. c. cxlvj. cum ait. Ventres earum .ſ. anatū et anſerū ſunt ſuaues. Et in. c. cccxxvij. eiuſdẽ ſic inquit. Ventres auiū qñ digerūtur ſunt melioris nutrimenti ꝙ̃ alioꝝ: et precipue gallinarū et anſerū. Quod non minus voluit Raſis in .xxiij. continẽtis. c. ccccccxv. Et fuit ſentẽtia Gal. in .iij. de alimẽtis. c. xx. dicentis. Ventres nutritiui et delectabiles ſunt qui anſerum et impinguatarū gallinarū: hi enim tantūmodo approbãtur. Inteſtina aūt ⁊ matricẽ nullibi commẽdata reperi: vituperata aūt in oībus prefatis locis: et precipue ab Yſaac in .j. doc. cū inqt. Mẽbra a cute et oſſibus remota ſunt indigeſtibilia ⁊ inſipida: groſſiorẽ habentia carnẽ: copiã maloꝝ chimoꝝ generãtia propter duas res. Vna qr vijs ſunt vicina per quas humoꝝ feces expellunꝰ. Alia ꝓpter longinquitatẽ pororū cutis ꝑ quos ſue hūiditatis ſuꝑfluitas nequit egredi. Alia ꝓpter oſſium abſentiam: vnde tenera fieri neqꝫ collidi poſſunt. Ideoqꝫ venter ⁊ inteſtina ⁊ ſimilia vt matrix ⁊c. ſunt groſſiora ⁊ male nutribilia: ⁊ propterea finiamus hoc capitulum dicẽtes cū Michaele noſtro: ꝙ huiõi relinquẽda ſunt guloſis qui cum eis ⁊ vino dulci in eorum interitum ſolatiantur.

¶ Cap. cviij. oſtendit naturã epatis ⁊ ſplenis prout faciunt ad nutrimentū: declarãdo que ipſorū ſint meliora ⁊ eligibiliora.

Declarãtes quid ſit vnūquodqꝫ predictorum: dicemus primo cū Auicẽ. in prima primi doctrina. iij. c. ij. Epar eſt ſicut ſanguis congelatus. ⁊ cū eodẽ in. xiiij. tertij ſic ſcribente. Epar eſt mẽbrū qḋ generat ſanguinẽ: ⁊ eſt caro rubea q̃ſi ipſa ſit ſanguis verus congelatus. et cum Gal. in. v. interiorū. c. vij. dicente. Epar eſt inſtrumentū faciendi ſanguinem. et in. v. de iuuamentis mẽbrorū. c. iij. epar eſt principiū venarum ⁊ primū inſtrumentorum generantium ſanguinẽ: et hoc ꝓpter ſuam ſubſtantiã carnoſam: quã qui cõſiderauerit inueniet ipſam eſſe propinquã nature ſanguinis. A quibus ſumpſit Cõciliator in differẽtia. xlvij. cū inquit. epar eſt ſanguis inſpiſſatus: et ipſius primū generationis inſtrumẽtaliter organū. Quas cum habeat in viuẽte dignitates mortuū quoqꝫ alias q̃ſdam habet proprietates ⁊ bonitates: cū plurimum faciat ad nutrimentū: vt dixit Yſaac in particularibus dietis: qñ ſic ſcripſit. epar omnibus mẽbris groſſius eſt ⁊ durius digeri: ſanguinẽ tñ generat laudabilem ⁊ nutribilius eſt carne non habente pinguedinem: ſed lactentium epar ceteris eſt melius. galline aūt adhuc melius ꝙ̃ lactentum et precipue ſi galline nutrimentū fuerit tritici farina cū lacte diſtẽperata et ficubus Et in cap. xxj. v. d. Ficatum omnium animalium durū eſſe cõſtat tñ laudandū eſſe anſerinum et gallinaceum eſt melius. Que quidẽ fuit Gal. ſnīa in .iij. de alimentis. c. xj. dicẽtis. epar quidem oīm aīalium groſſi chimi eſt: et quaſi indigeſtibile et tarde ꝑtranſitionis exiſtens. et in libro de euchimia. c. iij. ait epar nõ eſt cachochimū. a quo ſumpſit Auicẽ. in ſcḋo canõis. c. ccxxxiij. cū dixit. Humor generatus ab epatibus eſt groſſus: ⁊ ſanius ex eis eſt epar anatis pinguis ⁊ gallinarū pinguium et infra ſic ait. Amplius epar eſt tardi inceſſus in venis: niſi epar anatis pinguis. et ſimiliter Haliabas in. v. Theorice. c. xxij. dicens: epar complexiõe pollet calida et humida: ſapor et iocundus eſt: ſed groſſum eſt et digeſtionẽ immorans: qḋ ſi digeritur plurimo paſcit corpus cibo: et ſanguis ex eo generatus laudabilis exiſtit. Laudabilius autẽ omnibus epar et iocundius eſt anſeris impinguate cū paſta et lacte. Deinde gallinarum impinguatarū: poſt que porcinū: omnis etenim animalis ſa

ginati epar delectabile eſt:maximeq̃ ſi cum lacte fue
rit ſaginatum: opoꝛtet autem quadrupedum come-
dentes epar non multum ſumere: digeſtione etenim
immoꝛatur. hec ipſe. Cum quo videtur cōſonare Ra
ſis in.iij. Almanſoꝛis.c.xj.dicēs. Epar calidum eſt et
humidum : quod et tarde digeritur:et graue exiſtit.
Et in libꝛo.xxv.continentis.c.cccccclxiij.cum ait au-
ctoꝛitate Gal'.in lib.nutrimenti. Epata animalium
ſubiectoꝛum ad comeſtionem generant humoꝛē diffi
cilis digeſtionis: tarde deſcenſionis de ſtomacho:et
penetrationis de inteſtinis:et melius epar in omni-
bus conditionibus eſt animalis comedētis ficus ſic
cas. Et ſubdit. Et epar anatis cum nutrimentū di-
ſtemperatur cum lacte eſt delectabile valde:et abun-
dantis nutrimēti valde: generat ſanguinē laudabilē
et humoꝛē in vltima bonitate:⁊ diſpoſitio eius in di
geſtiōe in ſtomacho ⁊ egeſtiōe eſt ſatis digna. ⁊ poſt-
ea auctoꝛitate Bimmaſui dixit. Epata oīm aīalium
calida ſunt et humida:tarde digeſtionis:et generant
ſanguinē groſſum ad modū illius quē generāt ſplen
et teſticuli: ſed epata gallinarū laudabilia ſunt:pꝛeci
pue ſi fuerint impinguate ⁊ pꝛopꝛie ſi comedūt ficus
ſiccas ⁊c. Eligātur itaq̃ epata anſerum anatum pin
guiū:et gallinarū ſimiliter ſaginatarum:deinde poꝛ-
coꝝ:deinde alioꝝ animaliū lactentiū: vt Michael no
ſter ait. ¶ De ſplene autē dicamus cū Auicē.in.xv.
tertij.c.ij.ꝙ ipſe eſt mēbꝛum linguoſum longū cōiun
ctum cū ſtomacho a ſiniſtro ſuo vſq̃ retro vbi eſt doꝛ
ſum:attrahēs melācholiam. Gal'.vero in.v. de iuua
mentis membꝛoꝝ.c.iij.dixit de eo. Splen eſt inſtru-
mētum ad purgādum ſuperfluū feculentum genera
tum in epate: et pꝛopter hoc ꝙ ſplen eſt ſaccus melā
cholie:illaudabilis eſt nutrimenti via cibi: ⁊ cū in mē
ſam venerit:et coꝛruptum et melancholicum ſangui-
nem generat:et digeritur dure et tarde de ſtomacho
eijcitur:vt inquit Iſaac in particularibus dietis:vbi
ſubdit. Splē autem poꝛci melioꝛ eſt ceteris pꝛopter
ſue ſubſtātie raritatē et ſubtilitatē. Qđ etiam voluit
Pꝛinceps in.ij.canonis.c.cccccxxj.dicens. Melioꝛ
ſplenum eſt ſplen poꝛci cum hoc tamē eſt mali chimi.
d. v. nō ſolum coꝛrūpitur: ſed etiā oēs laudabiles chi
mos cōfundit. et Gal. in. iij. Alimētoꝝ. c. xiiij. ſic ait
de ipſo. Malū lac euchimos vtentes ipſo cachochi
mos efficit. A quo Pꝛinceps i. ij. canonis accepit cū
dixit. Non eſt aliquid nocibilius coꝛpoꝛi ꝙ̄ lac malū.
qm̄ vt dicit Hippocrates in lib. de aere et aqua et re
gionibus. Lac ſi malum eſt lapidem in veſica latentē
facit: maxime autē ſi calidiſſimū choleris rubeis ꝑti
nēs eſt: ventrem enim et veſicam calefacit: et vꝛinam
incendit: et lapides facit. Quod etiam voluit Alman
ſoꝛ in. iij. lib. c. xv. dicens. Lac ſimiliter ſpiſſum omni
no vitādum eſt: generat em̄ lapidē in renibus eo vtē
tium. Lac igitur malum erit cū ſpiſſum ſeu groſſum
vel nimis aquoſum fuerit: vel aliqua mala affect⁹ q̄li
tate: vel de nō laudabili aīali: dicēte Gal. in. j. de regi
mine ſanitatis. Lac malū eſt groſſum caſeatū ⁊ liqui
dum et liuidū: ⁊ inequale ſubſtātia amarū vel ſalſum:
vel ꝙ aliā ineptā habet qualitatem: ſimiliter illud qđ
odoꝛe non erit delectabile: vt in pꝛecedēti etiā. c. dixi
mus. et in. iij. Alimētoꝝ. c. xiiij. ſic etiā ait. Lac quidē
quod paucum habet humiditatis. ſ. ſeroſe ⁊ nō pau
cum groſſiciei caſealis non eſt ſecurū oībus his qui
in ipſo habūdant: ledit quidē ⁊ renes quicūq̄ idone
os habēt ad lapidis generationeꝫ oppilationes etiā
⁊ ſcđm epar efficit his qui hoc pꝛompte pati poſſunt
Auicen. vero in ꝑallegato loco ſic de ipſo dixit. lac qui
dem omnis aīalis cuius pꝛegnatio eſt pꝛolixioꝛ pꝛe
gnatione mulierum eſt malum. quapꝛopter pꝛopoꝛ
tionale eſt ei illud qđ eſt pꝛoximum ſicut vaccinum:
⁊ Serapio dixit. lac aīalium quoꝛum carnes ſunt feti
de ⁊ longinque a natura hoīs eſt malum: vt canis: vꝛ
ſi: leonis: ⁊ ſimilium. Nullus ergo huiuſmodi lacte
vti debet. Similiter lac pꝛopinquū partui ⁊ venale in
initio veris vel in poſtremo eſtatis autūnale ⁊ ſimili
ter hyemale fugienduꝫ eſt. Lac quoqꝫ aīalis veteris
aut nō ſani aut macri vel paſti ex malis herbis humi
dis nimiū ⁊ aquoſis vel ex ſolubilibus: ⁊ talia omnia
lactis genera ſunt deteſtanda: vt ex ſuperioꝛi. ca. fuit
manifeſtū. Similiter ⁊ lac acetoſum ex quo extractuꝫ
fuit butyrū. quale id qđ padue per vicinias vēditur:
via cibi eſt oīno fugiendū rōne ſue frigiditatis: niſi a
coꝛpoꝛibus valde calidis: qm̄ plurima facit in alijs
nocumenta dicente Yſaac in. p. d. Lac acetoſum frigi
dum eſt ⁊ ſiccum digeſtioni inobediens: grauat gin
giuas et ſtomacho nocet. Qđ etiā voluit Auicē. in. ij.
cān. c. vbi ſupꝛa cū ait. Et lac quidē acetoſum eſt tar
de digeſtionis valde et eſt crudi humoꝛis. Uerum ſto
machus calidus naturaliter aut accidentaliter dige
rit ipſum: ⁊ iuuatur cum eo. et non eructuat fumoſe
pꝛopter ablationem butyri ab ipſo. Quequidem fuit
Galie. ſententia in. iij. alimentoꝛū. c. xv. dicētis. Suf
ficit de acetoſo lacte dicere ꝙ frigidum eſt et groſſi
chimi. ſequitur enim ad hoc non de facili ipſum dige
ri cōmenſuratā ſe habente complexione. Et poſtea
ſubdit. Lac acetoſum vtile eſt edulium magis ignitis
ventribus: frigidioꝛibus vero ventribus cōtrarijſſi
mum. Et pꝛopterea ipſo non eſt vtendū niſi via me
dicine: vt Raſis inquit in. iij. Almāſoꝛis ꝑallegato cū
ait. Lac qđ poſt butyri extractionē remanet fluxū vē
tris ex acumine cholere rubee patientibus: coꝛpuſqꝫ
habentibus macrum ac debile cōfert: ſi ferrum igni
tū in eo pluries extinguat̄ ⁊c. Nō cōmēdamus lac ta
le igit̄ pacto aliquo via nutrimēti qn̄ ab ipſo butyrū
ſiue vt vulgares appellāt capita lactis: q̄ calidioꝛes
ſūt lactis ꝑtes: qb⁹ extractis frigidū nimis remanet
lac vt dictū eſt: ⁊ nō modica inducēs in coꝛp⁹ nocumē
ta. Nec etiā appꝛobam⁹ id qđ iā mulſum eſt qm̄ a na
tura dulcis lactis eſt egreſſum. et factū eſt ad digerē
dū durū groſſum ⁊ malū dans coꝛpoꝛi nutrimētū: et
in renibus et veſica lapidem generat: maxime ſi ſto
machus a cibis nō ſit mūdificatus: teſte Yſaac in vni
uerſalibus dietis capitulo ſepius adducto.

¶ Capitulū. cxix. oſtendit de ſpeciebus
lactis que ſunt in vſu: que ſit melioꝛ ⁊ eli
gibilioꝛ.

POſtq̃ ſcitum fuerit quod bonũ quodve malum lac fuerit in vniuerſali: ſicut ſupra diximus. Scire deſiderat vlterius intellectus: cuius aīalis in ſpecie lac magis in via cibi cõmẽdetur: ⁊ ꝓpterea dicendum eſt de hac re quid ſenſerint antiquiores: qui non modo ad egritudines: ſed ad ſanitatis conſeruationem lac femininum vidẽtur approbare. Poſt qḋ lac aſininũ: caprinũ deinde: et poſt ipſum ouinũ: poſtremo vero tãq̃ minus vtile vaccinũ. Et quod ita ſit apparet per Iſaac in.c.xvij.d.v. ſic dicẽte. Lac femininũ et caprinũ temperatũ eſt in ſuis tribus ſubſtãtijs: et perfectũ generat nutrimẽtum ⁊ temperatum. Et infra. Omniũ lac eſt laudabiliſſimũ quodcũq; ſubtiliſſimũ eſt femineũ primo: ſcḋo vero nõ tñ adeo in ſubtilitate vicinum aſininũ: groſiſſimũ vero ⁊ plus nutritiuũ dehinc pecorinum: et deinde vaccinũ: plus aquaticũ oĩm eſt porcinũ ⁊c. Et ſubdit. Tẽperatius in tribus ſubſtãtijs et mediocrius eſt femininũ. Et adhuc magis in proceſſu ait. Lac femininũ tẽperatius eſt ⁊ nutribiliꝰ ceteris: et mortiferis ſuccurrẽs venenis. Qḋ etiam voluit Auicen. in.ij.canonis.c.ccccxliiij. dicẽs. Lac qḋ melius eſt oĩbus eſt lac muliebre. Et in.j.liij. trac.iij.c.vj. inquit. Nõ eſt lac ſuper lac mulieris. Et Auerrois in.v.colliget ſic etiã dixit. Meliꝰ lac eſt femineum: et poſt illud lac aſine: et poſt hoc lac capre. ⁊ iſte ſpecies lactis ſunt ſubtilis ſubſtãtie. Sꝫ lac ouis eſt groſſius: et ꝓpterea citius in ſtomacho caſeatur. Sed vaccinum adhuc groſſius ⁊ cũ hoc butyroſius. Serapio quoq; in.c.leben. ſic etiam ſcripſit. Sanius lac eſt mulieris: maxime cuius corpus eſt ſanũ nõ antique: ſed iuuenis: pulchre: tẽperate cõplexionis: cuius nutrimẽtum eſt bonum: generatiuum bonorum humorꝫ. Et poſt lac mulieris eſt lac aīaliũ: quorꝫ natura non eſt elongata a natura hoīs: ſed prope naturã eius: excepto porcino. ſ. quãuis ipſe nõ dicat: quia eſt aquoſum ⁊ incoctum. teſte Iſaac. Et infra ſubdit Serapio. Et lac mulieris eſt dulcius et nutribilius oĩ lacte. Et fuit Gal'. ſentẽtia in.j. Terapentice.c.vj. dicẽtis. Lac humanũ cognatũ quidẽ eſt et familiare nobis et optimũ: q: vero non ſuſtinent multi lac mulieris in modum infantium accipere: dandum eſt eis aſininum: hoc enim eſt aliorꝫ optimũ. Si quis tamen quereret ꝓpter qḋ aſininũ intãtum comedaẽ cũ immediate poſt humanũ ponaẽ: cui dicemus cũ Iſaac in.c.xvij.d.v. quia quodcũq; lac ſubtile eſt ⁊ aquoſum ſicut aſininũ ⁊ caballinum ſanguinẽ nõ generat groſſum. Qḋ vero plus abundat ad caſeũ ſicut vaccinũ ⁊ pecorinũ: ſanguinẽ facit groſſum: ſed tñ plꝰ vaccinũ. Et q: etiã lac aſininũ poſt femineum ⁊ caprinũ eſt tẽperatius ceteris. teſte eodẽ vbi ſupra: ſed in vlteriori proceſſu. Auicẽ. quoq; in.ij.canonis.c.allegato dixit. Lac aſinarũ minus exiſtẽs butyroſum eſt ſubtile: caprarum vero lac eſt temperatum: ⁊ lac ouiũ eſt groſſum valde: et lac vaccinum eſt pinguius et groſſius. Idẽ quoq; ſenſit Almãſor in.iij.c.xv. cum dixit. Aſininum omni lacte ſubtilius eſt: que fuit ſentẽtia Galie. in.v. de regimine ſanitatis dicẽtis. Tenuius ⁊ ſeroſius lac eſt aſininum: moderatum vero groſſitie eſt caprinum. Quare hoc quidẽ ad nutriendũ eſt magis. ſi eo opus eſt aſininum vero minꝰ fallax omnino etẽñ ſi quãdoq; ſumatur ſine pane: ⁊ ſubducit citius: ⁊ minime eſt ventoſum: neqꝫ caſeatur ſcḋm ventrem ⁊c. Et in libro de euchimia et chachochimia capitulo.iij ſic quoqꝫ ait. In camelarũ et aſinarũ lacte plurimũ eſt ſeroſitatis: in ouino aũt plurimũ de ſubſtantia caſeali: in bouino vero multũ de vnctuoſitate: caprinũ autem mediocritatẽ in omnibus tenet. Sed ſi quis obijceret bos eſt aīal frigidũ et ſiccũ vt patet in.c. de carne bouina ſupra. vnctuoſitas vero calida et humida: vt in.c. de adipe et pinguedine ſcripſimus: q̃ño ergo lac bouinũ eſt ceteris vnctuoſius. Ad hoc reſpondebimus dicentes cũ Iſaac in.d.v.c. ſepius allegato dicẽte. Cũ vacca nõ tantũ caloris habeat vt vnctuoſitatem ſanguinis attrahat ſibi ſit eius lac vnctuoſiſſimum et nutribiliſſimum: quia ceteris eſt aquoſum et acutũ ⁊ magis nutrit: ſtomacho cõuenit: mẽbra confortat: calorẽ epatis et ſtomachi refrigerat: et bonum eſt ad alia butyroſitate ablata. et quia lac caprarum inter vaccinũ et aſininum: vt etiã dixit Serapio: mediũ tenet: et quia in vaccino multiplicatur butyroſitas: vt Princeps dixit: ideo videẽ vtrũqꝫ eorꝫ conueniẽs eſſe his qui impinguari deſiderant et precipue vaccinũ. et ꝙ ita ſit apparet per Gal. in.iij. de alimẽtis.c.xiiij. dicẽte. Lac bouinũ eſt pinguiſſimum ideo macilentis deſiderantibus impinguari videtur alijs cõuenientius. Et ꝑ Almanſorẽ in.iij. ſic ſcribentem. Vaccinũ enim lac omni lacte cuiuſlibet alterius aīalis groſſius iudicatur: qḋ etiã oĩbus ſui corporis pinguedinẽ adipiſci volentibus cõueniẽtius exiſtit. Et per cõſeqnẽs pinguibus incõueniẽs et nociuum pronunciandũ eſt. Similiter lac ouinũ: quia eſt groſſum valde teſte principe in.ij.canonis. et Gal. in lib. de euchimia. ideo dicendũ eſt de ipſo cũ Raſi vbi ſupra dicente. ꝙ ouinũ lac plures q̃ aliquod aliud procreat ſuperfluitates: et ꝓpterea citius in ſtomacho caſeatur vt dixit Auerrois in.v.colliget: et Iſaac in.p. d. cũ ait. Vaccinũ et pecorinuꝫ ſemꝑ coagulantur in ſtomacho pro ſui groſſitie et terreſtreitate et propterea dimittendũ eſt. Pro ſanis aũt et ſatis bene complexionatis corporibus cõuenientiſſimũ eſt inter cetera lactis genera caprinũ cum ſit tẽperatum in ſuis ſubſtantijs plus omni lacte poſt femininũ vt inquit Iſaac vbi ſupra. et eſt magis ſtomacho cõgruum: q: capre ſiluaticis herbis et ramorum extremitatibus paſcuntur: vt etiã Princeps voluit vbi ſupra quãdo ipſum tẽperatũ eſſe pronunciauit. ⁊ fuit Raſis ſentẽtia ſcribentis in Almanſore. caprarum lac tẽperiem tenet. Qua de re concludendum eſt cum Gal. in lib. de euchimia ſic dicente: bonum omnibus et commodacius lac eſt id quod caprarum: neqꝫ enim ſufficienter eſt humidum nec vnctuoſum nec groſſum. Ideo



poſt femininũ melius eſt alijs: et ad ſanitatẽ magis eligendum.

¶ Cap.xx. declarat quibus corporibus ⁊ naturis: lac etiam temperatum ⁊ electum ſit conueniens.

NOn oportet hoc in.c. dicere qḋ lac infantibus ſit exhibendum cũ id ſatis ſit manifeſtum vnicuiq;. Et ſi nũq̃ Gal. in.j. de regimine ſanitatis id precepiſſet cum ait Puer nutriendus eſt ſolo lacte vſqꝫ quo mittat anteriores dẽtes. ⁊ tũc aſſueſcendus eſt groſſiori cibo: q̃m lac ſane matris proprius aſſuetus eſt cibus infanti: cũ enim in ventre ſanguine eius nutrietur qui parum in mamillis mutatus eſt in lac: eodeꝫ fere nutritur ⁊ poſt ortũ vt ipſe dixit ibidem. Sed in hoc capitulo ſcribendũ eſt quibus adultis cõueniat cũ nõ paucos ex lacticinijs infirmari videamus: pro cuius expeditione hanc ponimus concluſionẽ de mẽte ſapientiũ antiquorũ. Quod lac quãtũcunqꝫ bonũ conuenit cõſiſtentibus ⁊ ſenibus non phegmaticis: ſed calidis ⁊ ſiccis in cõplexione: ſi ſtomachum a malis humoribus mundificatum habuerint. Et ſi bene ipſum lac digerunt: ⁊ ex eius cõplexione: ⁊ ipſius comeſtione nullum perceperint nocumentũ. Qui vero non habuerit has conditiones: eis minime conuenit quãtũcunqꝫ lac de ſe perfectiſſimuꝫ exiſtat. Et ꝙ ita ſit declaratur auctoritate Auicẽ. in ſcḋo canonis c.ccccxliiij. ſic ſcribẽtis. Lac nocet phegmaticis: quoniam caliditas eorum nõ conuertit ipſum ad ſanguinem ſicut oportet. Et corpus vtitur ipſo ante conuerſionem eius propterea ꝙ eſt ei propinquum. et ꝓpter hoc cõfert habentibus cõplexionẽ calidam ⁊ ſiccam cũ in ipſorum ſtomachis nõ eſt cholera. et infra ſubiunxit. Lac eſt magis conueniens cõſiſtentibus q̃ adoleſcentibus: calidam habentibus complexionem: nam conuertitur in ipſis ad choleram et confert ſenibus etiaꝫ propterea ꝙ humectat ⁊ remouet pruritum qui eis eſt proprius. Quod ſenſit Gal. in v. de regimine ſanitatis cũ inquit. Lac nõ oĩbus dandum eſt: ſed his ſolũ ſenibus qui cũqꝫ bene illud digerunt ⁊ ſinthoma nullum circa dextrum hypocũdriũ ſentiunt. Cuius quidem ratio ab eodem aſſignatur in quarto de ſimplici medicina diſtinctione. tertia.c. vltimo dicente. Quando lac non digeritur in ſtomacho: conuertitur ⁊ permutatur ad vnã duarum ſpecierum. et iſtud q̃m ipſum in ſtomacho frigido aceſcit: ⁊ in ſtomacho calido fumigatur ⁊ amaricatur. Quod maxime fit cũ ſtomachus cholera vel phegmate repletus fuerit. Et hoc etiã voluit Iſaac in.d.v.c.xvij. cũ ait. Si quis lac acceperit ſtomacho nõ mundificato: ſiue corpore nõ tẽperato vel tempore non moderato: cito mutatur in fumoſitatẽ. cholerãqꝫ nigram generat ⁊ fumoſam cõplexionem calidis vel acetoſitatem ⁊ putredinem frigidis. ⁊ poſt aliqua dixit. Et ſi lac in ſubſtantia ſua ſit laudabile cauſa ſubtilitatis et digeſtibilitatis ſue: aliquando vel ſemper ex mutatis qualitatibus ſtomachi coagulatur ⁊ mutatur in fumoſitatẽ ⁊ in cholerica genera: aut aliquãdo vel ſemper mutatur in acetoſitatẽ vel phegmatũ putredinem ſcḋm accidentia hoc facientia. et propterea cõcludit deinde ꝙ lac non ſit accipiendũ niſi corpus ſit temperatum: et ſtomachus ſit inanitus de cholericis ⁊ phegmaticis humoribus: et in libro.d.p. ſic quoqꝫ dixit Cũ lac in ſe duas ſubſtantias cõtrarias habeat aereaꝫ ⁊ terreſtrẽ. ſ. caſeatam ⁊ butyroſam. Caſeata propter frigiditatẽ ſuiqꝫ ſiccitatẽ induratur ad digerendum. Vnde in acetoſitatẽ cõuertitur: precipue ſi inuenerit cibum vel humores in ſtomacho acetoſitati pertinentes: butyroſa vero pro ſui calore ac leuitate: mutatur in fumoſitatẽ preſertim ſi ſtomachum ſibi ſimilẽ inuenerit. Ideoqꝫ non oportet lac potari niſi ſtomacho inanito ⁊ ab humoribus mundificato Que etiam fuit Auerrois ſententia in.v.colliget dicẽtis. Lac recipit immutationem citius omnibus alijs rebus ab aere. ⁊ ſimiliter permutatur in diſtemperatis corporibus ex malis humoribꝰ ⁊ aceſcit ⁊ caſeatur in ſtomacho frigido: aut in fumoſum in ſtomacho calido: ⁊ replet cerebrum. Sed ſi corpus ſit mundum nihil eſt conuenientius eo ad reſtaurandum ⁊c. His ergo lac conuenit alijs aũt minime: quare ⁊c.

¶ Capitulum.xxj. oſtendit quomodo preparandũ ſit lac: ⁊ que alia obſeruanda ſint ante ipſius aſſumptionem.

POſtq̃ electũ lac habuerimus: ⁊ de mundicia noſtrorum corporũ certi erimus: adhuc eſt a nobis obſeruandũ ꝙ lac ſit recẽter mulſum: dicente Iſaac in.c.xvij.d.v. Lac nouiter mulſum magis eſt calidum ⁊ temperatũ cũ nature ſanguinis ſit vicinum. Ad cõparationẽ ergo alterius lactis laudabilior ⁊ nutribilior cibus erit ⁊ maxime acceptũ ſicut opꝫ. ⁊ in particularibus etiã inquit. Lac vberibus vicinũ eſt dulce ⁊ liquidũ. Et idcirco ceteris laudabilius eſt ⁊ digeſtibilius citoq; in ſanguinẽ cõuertibile: ſi prout oportet accipiaẽ: ⁊ quãtũ virtꝰ tolerare valuerit ⁊c. Cui cõcordat Auer. in.v.colliget cũ ait. Et lac nõ valet in his q̃ diximꝰ niſi recẽter trahaẽ ex mamillis ſi eſſe põt. Et ſimiliter Aui. in ſcḋo cano.c.ccccxliiij. dicens. Et opꝫ vt adminiſtretur ſtatim vt mulgetur: anteq̃ conuertatur. Que quidẽ fuit Gal. ſententia in.v. de ingenio ſanitatis.c.xij. dicentis. Studendũ eſt vt lac mox vt ab vberibus aīalium eſt emunctuꝫ ſugatur: ne quomodolibet ab aere tangatur. Quorum quidem ſapiẽtum preallegatorum ratio eſt Q̃m lac in ſua ſubſtantia eſt velocis cõuerſionis. i. corruptionis: teſte principe vbi ſupra: ⁊ Almanſore in libro.iij.c.xv. ſic ſcribẽte. Conuerſio lactis eſt velox. ⁊ experientia illud docet: q: facile aceſcit ⁊ cito. Obſeruandum eſt preterea ꝙ ſi ex vbere non ſugatur permiſcendum eſt cum eo

ſalis ⁊ mellis modicum vt in ſtomacho minime coa-guletur: ⁊ preſertim ſi lac groſſum fuerit iuxta preceptum Yſaac in.v.d. ſic ſcribentis. Si mel et parū ſalis in lacte apponatur: nunq̄ coagulabitur. ⁊ in particularibus ſic etiā inquit. Lac caprinū nō nūq̄ coagulatur in ſtomacho: niſi cū calidum ab vberibus extrahēs bibatur: aut cū fuerit cū modico melle ⁊ ſale permixtum: tali enim modo propinatū nullam conglutina-tionē dabit. ⁊ ſubdit. Si autem tali dabitur modo ſemetipſum coagulabit ⁊ grauitatē in ſtomacho ⁊ in gula ſuffocationē generabit. q̄ fuit Gal. ſnīa in.v. de ingenio ſanitatis. c. ſuperius allegato dicentis. Qui miſcet aliquantulum mellis cū lacte: prohibet eius coagulationē in ſtomacho. nam mel cuſtodit ne coaguletur in ſtomacho: ꝓpter quod ſi vis vt facile a ſtoma-cho deſcendat mitte parum ſalis in eo. Et in.v. libro de regimine ſanitatis verſus finem ait. Lac nō caſeatur ſcdm ventrē: ſi de ſale ⁊ melle aſſumpſerit. Et in iij. alimentorū. c. xiiij. Si quis accipiat ſalis aliquid aut mellis: impoſſibile eſt lac in ſtomacho eius coa-gulari. Et in libro de euchimia. c. iij. Conſimiliter inquit non eſt infallax abſq̄ melle offerre tēperatū lac: qm̄ multis eorū qui ipſum biberūt caſeatum fuit in ventre ⁊ nimirum. Que autē ſint nocumēta eius cū in ſtomacho coagulatur: nō eſt hic opus dicere: cū ex ſuperius habitis ſint ſatis manifeſta. Et ideo talis preparatio lactis cū melle ⁊ ſale aut cū zuccaro ⁊ paſſulis vt aliqui iubent moderni: pro re vtili nō minus q̄ neceſſaria ad ſanitatē eſt obſeruanda. ¶ Qua aūt hora lac bibendū ſit ſubiungamus: cū ⁊ ipſa nō modicum faciat licet per accidens ad nutrimentū: dicente Yſaac in.v.d.c.xvij. auctoritate Ruffi hec verba. Ruffus inquit q lac bibētes ieiunos eſſe oportet ⁊ bibāt cū extrahat vbera: neq̄ aliquid comedant quouſq̄ digeratur: et poſt pauca ſubdit. digeſto autē illo ſcdo accipiant. ⁊ tertio itidem faciant. ſic enim faciēdo ſolutionem preſtat ventris cū aquoſitate ſua: ⁊ corpus eſt nutriens: augens quoq̄ carnē: ⁊ ſanguinem nature amiciſſimum generat. et q cū lacte nō ſit aliud permiſcendū tolli poteſt ex dicto illo principis in.iij.j.doc. ij.c.vij. Lac cū rebus acetoſis comedendū nō eſt: neq̄ piſces cum lacte: qm̄ inde peruenitur ad egritudines permanētes ſicut lepra ⁊ hmōi inquit ipſe eo in loco indorū experimentatorū auctoritate. Que autē quantitas lactis bibenda ſit minime expreſſum inuenio: ſcdm tn̄ etates cōplexiones ⁊ ſtomachi tolerantiam accipiat: et in tanta quātitate q digeratur ⁊ nō ledat vt tetigit Yſaac in.j.doc. cū ait. Prout oportet accipiatur: ⁊ quantū virtus tolerare valuerit. Si eīm vltra q̄ oportunū fuerit ſumatur: naturā grauat: ⁊ capiti ſtomachoq̄ infert nocumētū. Securiſſime igitur a pauca lactis quantitate incipiendum eſt: ⁊ paulatim ad maiorem tranſeūdo: prout digeſtiua ſtomachi docebit.

¶ Capitulum.cxxij. ponit que ſint obſeruanda poſt lactis aſſumptionem ne in ſtomacho corrumpatur.

Quecūq̄ hactenus dicta ſunt de lacte obſeruanda ꝓculdubio forēt inutilia: ſi poſtq̄ bibitum fuerit q̄ oportuna ſunt nō intelligentes pretermitteremus. Et id diceēdū eſt que neceſſario debēt attēdi poſt lactis comeſtionē cū Yſaac in.d.v.c.xvij. ſic ſcribente. Poſtq̄ lac bibitū fuerit in ieiuno nihil aliud cōcedāt quoadusq̄ digeratur ⁊ labor et nimius motus fugiantur. Si eīm oīno ſine motu ſtomachi inuenerit defectionem: eijcitur lac anteq̄ digeratur. Si vero fortitu-dinem: mutatur in corruptionē: nō eīm quieſcendo a deambulatione: ſed ambulando ſuauiter quoadusq̄ ad ſtomachi fundum ſentiat deſcendiſſe. Sic enim melius ad digerēdū preparatur. Quod etiā voluit Aui. in.ij. canonis. c. cccclxiiij. dicēs. Illum autē qui bibit lac poſt ipſum quieſcere oportet vt non corrumpatur ⁊ nō aceſcat verū oportet vt non ſup ipſum dormiat neq̄ ſuſcipiat ſuper ipſum cibū aliū donec deſcēdat nec etiā poſt ipſum bibatur vinū qm̄ alterat ipſum ⁊ coagulat et penetrare facit indigeſtum: vt iuniores medici ſentire videntur. Hoc igitur ſit primū pro regula obſeruandū. Secundū aūt non minus hoc dicto neceſſariū eſt: vt lauentur dentes ⁊ gingiue cū aceto vel vino: aut cum aqua mellis et huiuſmodi re aliqua abſtergēte. Qm̄ vt dixit. Haliabas in.v. theo. c. xxxj. Lac dentibus nocet: et gingiuas comedit et eneruat ideo lac comedentē poſt illū maſticare oportet aquā mellis vel vinū quo gingiue oīno abluantur ab ea q̄ illis inheſit coagulatiua ſubſtantia. clarius autem Yſaac in.p.d. ſic etiā hoc inquit. Lac dentibus atq̄ gingiuis mollitiem dabit et putrefaciet ea: vnde mollificate putreſiunt: ſit ergo neceſſarium vt os lauetur cum vino vel aceto: vt qd de lacte dentibus inuiſcatū fuerit mundificetur. Hoc etiā voluit Auicen. in canonis. ij. capitulo ſepius allegato dicens. Et lac quidē nocet dentibus. ⁊ corrodit eos et concauat ⁊ conſumit ipſos: ⁊ proprie cū dens eſt frigide complexiōis ⁊ laxam efficit gingiuam: immo oportet vt poſt ipſum colluatur os cum melle ⁊ vino ⁊ oximelle. Que ſententia fuit aſſumpta a fonte vberrimo Galie. in tertio Alimentorum capitulo. xiiij. ſic ſcribente. Oportet poſt oblationem lactis vinum mixtum traijcere. Et ſubdit. Et melius eſt ⁊ ſi mellis aliquid ſupermittas ipſi oīno eīm ſic abſtergitur qd circumplaſmatum dētibus ⁊ gingiuis fuerit. Hoc etiā ſimiliter obſeruandum eſt poſt lacticiniorum dicendorum infra comeſtionē: ⁊ preſertim poſt lactis coagulati et caſei ſine ſale recentis aſſumptionem. quorū partes groſſiores ⁊ viſcoſiores magis gingiuis adherent ⁊ inter dētes precipue raros inuiſcantur. Abſtergantur itaq̄ ⁊ lauentur cū aliquo predictorū: ne putrefiant: ſcdm qd ſapiētes antiqui vt ſupra viſum eſt preceperunt. Et hec de obſeruandis poſt hauſtum lactis dicta q̄ breuiſſime ſufficiant.



¶ Capitulum. cxxiij. oſtendit que nocumēta proueniant ex aſſidua ex frequentata lactis etiam boni aſſumptione in multa corporis membra.

Et ſi multa bona de lacte ſuperius dixerim cum debito accipitur modo: et quādoq̄: nō tamen frequentandus eſt eius vſus: cum ad diuerſas perducat egritudines et dētibus preſertim noceat: dicēte Yſaac in particularibus dietis. Aſſuefacto et multum lacte ebibito dentes et gingiue mollificantur: et inde putreſiunt. Que quidem fuit etiam Gal. ſentētia in.iij. Alimentorum. c. xiiij. dicentis. Continuus vſus lactis ledit dentes ſimul cum adiacentibus carnibus quas nomināt gingiuas: has igitur laxas: dētes autem valde putreſcibiles ⁊ corroſos efficit. Nocet ſimiliter vſus lactis viſceribus non modicū: cum dicat Princeps in.ij. canonis. c. ſuperius annotato. Lac preterea nō eſt bonum viſceribus: licet lac caprarum ſit minus nocens viſceribus q̄ aliud. quod etiā ſenſit Raſis in libro. iiij. ſuorum aphoriſmorū dicens. Lac a quo butyrum non eſt extractum et maxime recens: et butyrum crudum inteſtina humefaciunt ⁊ lubricant et ea ledunt. Et ideo viſcera habentes debilia eo rarius q̄ ceteri homines vti debent. Similiter ſtrictas habentes venas ⁊ oppilationibus parati lacte omni q̄rariſſime vtantur. quoniam vt Auerrois inquit in.vj. colliget. c. de diminutione cibi. Et lac bonū eſt ſenibus venas habentibus largas: ſed neceſſarium eſt vt cum melle vtātur. Senes vero frigide cōplexionis per naturam: et venas habētes ſtrictas lacti non approximēt: quoniam omne quidem lac facit poſſidere oppilationes in epate et in meſeraicis. Et propter hanc etiam cauſam lac facit euenire lapidem vt idem dixit eo in loco. et permaxime ſi groſſum fuerit dicēte Haliabate in.v. theorice. c. xxvj. Lac cui coagulatiua dominatur ſubſtātia malum eſt: ideoq̄ oppilationem parit in epate et ſplene: in renibus vero et veſica lapides: nec oportet illud multum ſumere. Multoq̄ magis predicta faciet nocumēta ſi cū groſſis cibarijs permixtum fuerit: vt Yſaac voluit vbi ſupra dicens. Si lac coctum cum alijs cibarijs manducetur: ſicut riſis: milio: panico: et ſimilibus bene nutrit minuſq̄ generatiuum ventoſitatis: eſt tamē durum digeſtioni: et eſt cauſa generandi in epate ⁊ inteſtinis oppilationes: et in renib⁹ lapides. Poſtremo ſic concludit. Ideoq̄ non oportet lac potari niſi ſtomacho inanito et ab humoribus mundificato: ſitq̄ lac de ſanis animalib⁹: ſed neq̄ crebro: neq̄ multā de eo quātitatē accipiāt. Lac preterea: vt Princeps voluit vbi ſupra: malum eſt neruis et habentibus egritudines neruorū proprie frigidas et phlegmaticas. Et infra dixit. Lac facit euenire tenebroſitatē viſus et caliginem. Et plurimus vſus eius generat pediculos ſcdm qd quidā exiſtimauerunt: ⁊ multotiēs facit euenire febres ⁊c. hec ipſe. Et ꝓpterea vidētur oēs antiqui in hoc conuenire q frequens vſus lactis fugiendus ſit oīno. Cuius quidem ratio plus ex parte corporis non diu mundi remanentis potius q̄ ex parte ipſius lactis pōt cōtingere: et ideo tutiſſimum eſt veterū auctorum cōſilium: vt raro lac bonū comedamus poſtq̄ ſciuerimus q corpus ſanū fuerit calidum ⁊ ſiccum ⁊ ſtomachus mundificatus a cholera phlegmate: vt ſuperius diximus. Etenī lac ſit bonum ex laudabili aīali nō acetoſum: ſed correctū vt ſupra. in cōuenienti quoq̄ menſura bibitū: tunc eīm nocere minime poterit: ſed plurimū iuuare: dicēte Yſaac loco ſepius allegato. q lac predicto modo ſuſpectum ſanguinem laudabilē generat: ventrē humectat pectus pulmonem ac veſicam iuuat: corpus impinguat colorem clarificat: et multa alia facit iuuamenta: quare ⁊c.

¶ Capitulum. cxxiiij. oſtendit naturam quorundam lacticiniorum ſcilicet lactis coagulati: capitis lactis: butyri: ⁊ huiuſmodi.

Quantū nobiles errēt lacticinijs quibuſdā vtētes. ſi hoc legerint capitulū ſatis quidē poterūt intelligere. Et ꝑmaxime qui in vltima menſa hoc comedere cōſueuerint. Neſciētes q quicq̄d boni ciborū preaſſumpſerant cōfundūt: alterāt atq̄ corrumpūt. Et q: lacte cōcreto perſepe veſcuntur: intelligant primo quid de ipſo ſcripſit Yſaac in. c. lvij. dietarum vniuerſaliū cum ait. Lac coagulatū grauitatē generat in ſtomacho: fumoſitatē mittit capiti: vnde ſuffocatio et anguſtia ſepe generatur. et infra. Lac coagulatū ex groſſitie ſua eſt ad digerendū durum: et peius omni alio lacte: groſſos humores generat: ⁊ cito faſtidium facit: et cauſa fit lienterie. Quod etiā voluit Raſis in.iij. Almanſoris cap. xv. dicēs. Lac coagulatū faſtidiū facit: atq̄ graue exiſtens appetitum non irritat: vt caſeus ⁊c. Et ꝓpterea aut omnino dimittendum eſt: aut vt Platina inquit: coagulatū lac prima mēſa ſit hauſtū: nā poſt cibū ſumptum: vt fere ſolemus: aut ſtatim putreſcit: aut ſecū alterū cibum incoctum ad ima trahit. De butyroſitate vero dixim⁹ que pars calidior ⁊ vnctuoſior eſt lactis: et que ex quiete et nocturna frigiditate fieri ſolet: et facta in ſuperiori parte lactis natās apparet: et ipſam vulgares caput lactis appellant: ⁊ multum ab indulgentib⁹ gule appreciatur. Neſcientes q licet guſtui placeat voraci: q: tamē calida eſt ⁊ humida viſcoſa et vnctuoſa et parte caſeata nutribilior teſte Yſaac in quinta do. eſt tamē mollificatiua villorū ſtomachi: et q: aerea natat ſupra cibū: vt oleū ſuper aquā quare cibis groſſitudinem tribuit et viſcoſitatem. vnde indigeſti manent cibos etiam digeri incipientes lubricat: et a ſtomacho deponit priuſq̄ decoctionis tempus compleatur: vt idem dixit in prima doctrina. Et infra etiam ſubiunxit: pars lactis butyroſa pro ſui calore

ac leuitate mutatur in fumoſitatē pꝛeſertim ſi ſtoma
chum ſibi ſimilē inuenerit:et aſſueſacta ſtomacho no
cet:quia villos et ſtomachi aſperitatē lenit:⁊ ꝓpter-
ea via cibi fugiēda eſt cum in calido ⁊ frigido ſtoma-
cho ſit ſuſpecta:et nihil fere a butyꝛo ipſo differre vi-
detur. Nō via nutrimēti a medicis minime appꝛoba
tur:cum calidū ſit et humidū in pꝛimo: et mollificati
uū ſtomachi.vt dixit Pꝛinceps in.ij.canonis.c. cxv.
et Raſis in.iij.Almanſoꝛis.c.xv.vbi ait.Butyꝛū etiā
coctū ſtomachum debilitat:ac dura mollificat ⁊c.Et
poſt pauca ſubdit. Qui autem eo in comeſtione vſus
fuerit:phlegmaticas patie͂ egritudines:quanto igi
tur magis crudū eſt illaudabile. Et ꝓpterea ipſo ne
quaꝙ̄ eſt vtendū niſi pꝛo cōdimēto:⁊ pꝛeſertim a pin
guibus:qm̄ impinguat multū:vt docet experientia.
de quo in pꝛoceſſu pꝛout in via ingredie͂ cōdimēti lō
gioꝛem dn̄o cōcedente ſermonē faciemus. ¶ De re
cocta vero nō niſi pauca ab antiquis inuenio cū eam
foꝛſitan cōpꝛehēderint ſub lacte coagulato vel ſub ca
ſeo recenti ſine ſale.de quo infra ſcribemus.dixit em̄
Auicen.de ipſa in.ij.canonis.c.cxxviij. Recocta minꝰ
eſt nociua ſtomacho ꝙ̄ caſeus nouus. Et Haliabas
in.v.Theoꝛice.c.xxvj.ſic de ea inquit. Quādo excolae͂
lactis aquoſitas remanet coagulatiua ſubſtātia que
vocatur in noſtro vulgari recocta.hmōi quidē ſubſtā
tia coꝛpus oppoꝛtuno paſcit cibo:calidiſꝙ hoibꝰ vti-
lis eſt ſtomachi ⁊ cholericū habētibus fluxum: Ma-
gis aūt ex vaccarū lacte ſi fuerit:nec nocet homini ſi
ſanus fuerit. Sꝫ tn̄ ſi frigidus cōplexione ſit ſtoma-
chus minime illā digerit. Nō etiā ſenſit Raſis in. iij.
Almāſoꝛis.c.xv.cū ait. Maſſal vero.i.recocta infrigi
dat foꝛtiter:atꝫ ſitim et cholerā repꝛimit rubeā:ner
uis tamen ac frigidis egritudinibus malum eſt. Et
ideo doꝛmitaſſe videtur Platina qn̄ recoctā calidā
eſſe ſcripſerat.Et hec de ipſa dicta ſufficiant.

¶ Cap̄.cxxv.oſtendit naturam caſei recentis nō ſa-
liti:et illius etiam qui modicum ſalis habuerit.

Caſeus ꝙ̄plures habet diuerſitates: cum
quidā recens:quidā antiquus:⁊ quidam
medius exiſtat:et iterum recētis aliquis
eſt ſalitus:et aliquis ſine ſale:et etiam di
uerſificatur ex parte lactis: qm̄ quidā fa
ctus fuit ex ouino: ⁊ alius ex vaccino:⁊ tertiꝰ ex am-
bobus ⁊c. De quibus ſeriatim dicēdum eſt: vt quis
ſit melioꝛ:⁊ ad ſanitatē laudabilioꝛ intelligae͂.Dica-
mus ergo cū Auicē.in.ij.canonis.c.cxxviij. ꝙ caſeus
recens ſine ſale eſt frigidus et humidus in tertio: et
eſt nutritiuus ⁊ impinguatiuus: eſt tn̄ malus ſtoma
cho:licet vt ipſe refert: ꝙ Diaſcoꝛides dixerit ꝙ re-
cens eſt bonus ſtomacho. Quod dictum eſt ex eis in
quibus eſt ambiguitas:⁊ ꝙ̄uis ipſe ſic dicat:mihi ta
men videtur Diaſcoꝛidi plus Yſaac aſſentire cum in
quinta doctrina.c.lviij. inquit. Caſeus carēs ſale eſt
nutribilioꝛ ſalito:et humectans coꝛpus:⁊ magis car
nis eſt augmentatiuus: et non tantum ſtomacho no
cens. Sapoꝛitus tamen parum melioꝛ. Et ſimiliter
Gal.in.iij.Alimentoꝛū.c.xvj.dicens. Recens caſeus
omnibus caſeis eſt melioꝛ: quoniā ipſe delectabiliſſi
mus eſt ad eſum: et innociuus ſtomacho: et omnibꝰ
alijs caſeis difficulter digeſtibilis : et difficulter per-
tranſibilis: non tamen cachochimus eſt : neꝫ valde
groſſi chimi.quod etiam voluit in libꝛo de euchimia.
c.iij.cum dixit. Cachochimi ſunt caſei omnes:ſed iu
uenes ſunt abſꝫ cachochimia in coꝛpoꝛibꝰ.ſ. calidis
illum bene digerentibus : quoniam frigidis minime
conuenit.cum dicat Auerro.in.v.colliget. Caſeus re
cens frigidus eſt et humidus groſſe ſubſtantie. ⁊ cla
rius Almanſoꝛ in.iij.c.xv.cum ait.Caſeus recens fri
gidus eſt et groſſus:qui carnis augmentatiuus exi-
ſtens aduſtionem repꝛimit ſtomachi:neꝫ natura fri-
gidis bonus dicitur.Et infra concludit. Verūtamē
opoꝛtet vt recens dimittae͂.ſ.eis qui frigidi ſunt.Et
idē in libꝛo.xxij.continentis.c.ccij.ſic etiā inquit.Ca
ſeus recens eadem hoꝛa factus eſt frigidus reſpectu
alioꝝ:quia retinet adhuc de natura lactis: ⁊ qꝛ mul-
tum aquoſitatis habet:et nō eſt in eo ſal: nec coagu-
lum ardens et acutum per que acquirat caſeus cali-
ditatem et ſiccitatē:et nō poteſt hic caſeus conſerua
ri: ſed debet comedi eo die quo fit:et tunc eſt boni ſa
poꝛis: ⁊ nō groſſi chimi. ⁊ ī lib.xxij.eiuſdē.c.ccccccij.
dixit.Caſeus recens nō ſalitus valet ad ſtomachū.ſ.
calidum:de leui accedit ad membꝛa:auget carnem:le
nit ventrem ⁊c.Qui licet frigido ſtomacho nō conue
niat:tamen calidum habentibus ſtomachum cōfert
vt dictum eſt:cuius ratio ab Yſaac poſita fuit in pꝛi-
ma doctrina cum inquit. Caſeus recens minus cete
ris eſt calidus et acutus: vnde vicinum eſt frigidita-
ti et humiditati quaſi in pꝛimo gradu . et in hoc val-
de diſcrepat ab Auicen.qui graduauit ipſum frigidū
eſſe in tertio:quod eſt pꝛopter humectationem et la-
ctis aquoſitatem in ſe contentam : quare ceteris eſt
nutribilioꝛ : et ventrem humectat abſꝫ vllo ſtoma-
chi foꝛtis nocumento ꝓcipue ſi ſale indiget.que fuit
Serapionis ſententia in capitulo de leben dicentis.
Caſeus recens ſine ſale quando comeditur eſt nutri
tiuus:et bonus ſtomacho et boni ſapoꝛis:facile tran
ſiens ad mēbꝛa:auget in carne et impinguat: ⁊ mol-
lit ventrem temperate:ſed obſeruetur vt vere recens
ſit et plurium dierum:quoniam caſeus ſalem nō ha-
bēs in acetoſitatem mutari ſuſpicabitur.teſte Yſaac
in vniuerſalibus dietis.c. lviij. Quo in loco ipſe etiā
commendat caſeum recentem modicum ſalis haben
tem cum inquit. Caſeus recens humoꝛes nō malos
generat: cum ſit mediocris inter lac et caſeum ſiccū:
retinet enim partim dulcedinem et aquoſitatem la-
ctis:et ideo ad digerendum facilioꝛ: et ad nutriendū
laudabilioꝛ:maxime ſi ſale caruerit multo . Et ſub-
dit . Si caſeus ſit ſapoꝛitus omni malo ſapoꝛe ca-
rens laudabilioꝛ eſt non ſalſo et multo ſale refracto.
vbi etiā dixit auctoꝛitate Hippocratis ꝙ caſeus re-



cens parum ſalitus melioꝛ eſt nō ſalito. Multū vero
ſalis habēs ſit ſiccus et moꝛdēs ſtomachū ⁊ incēdēs
ſanguinē. Quare cōcludamus hoc capitulum ⁊ hanc
materiā:dicētes ꝙ caſeus recēs modicum ſalitus eſt
laudabilis:cū nō tantum frigiditatis ⁊ humiditatis
habeat:quātū is que ſine ſale penitus fuerit:nec tan
tum caliditatis ⁊ ſiccitatis ꝙ̄tū ſalitus. Relinquitur
ergo ꝙ ſit mediocris et in cōplexione et in nutrimē-
to. Et ꝙ ita ſit apparet per Pꝛincipē in.ij.canonis.
c.allegato dicentē. Caſeus ſalitus nō vetus eſt intra
eos:et velocioꝛ in digeſtione ꝙ̄ nō ſalitus ⁊ velocius
deſcendit : et pꝛopterea ſtomacho frigido non eſt ita
nociuus ſicut recens penitus ſine ſale: ⁊ ideo tutius
ipſo vtendum eſt ꝙ̄ altero quocunꝫ.

¶ Cap̄:cxxvj. oſtēdit naturam caſei ſaliti et veteris
etiam non ſaliti:et que ſint eoꝛum nocumenta.

Quemadmodū caſeus recēs ab antiquis
cōmēdatur: ſic antiquus nō ſalitus:⁊ ſa
litus etiam plurimum ab eis deteſtari vi
detur: eo ꝙ vterꝫ eoꝝ ꝙ̄plurium nocu-
mētoꝝ ſit generatiuum: dicēte Yſaac in
v.doc.c.lviij. Caſeus ſalſus nimis eſt exiccatus ⁊ ſto
macho nocet. Et infra. Caſeus habēs multum ſalis
ſit ſiccus:moꝛdēs ſtomachum et incendēs ſanguinē.
Nō etiā voluit Auicē.in.ij.canonis. c.cxxviij. dicēs.
Salitus eſt malus ſtomacho: ⁊ ꝓpterea generat me
lancholiā.vt idē in cāticis inquit textu cōmēti.cxxx.
In cuius cōmento Auer.cauſam aſſignat dicēs. Ca
ſeus aridus et antiquus eſt calidus ⁊ ſiccus:et pꝛo
pterea generat melācholiam:ſalſus vero eſt hmōi:et
ꝓpterea fugiēdus ſimiliter. Et caſeus vetus nō ſal-
ſus eſt repꝛobādus: cum nō paucioꝛa in coꝛpus infe-
rat nocumenta.vt patet per Haliabatē in.v.Theoꝛi-
ce.c. xxvj. ſic dicentē. Caſeus vetus peioꝛ oibus eſt:
maximeꝫ ille in quo acumē eſt ⁊ pūctio:in hoc enim
caſeo aquoſitatis nihil eſt:⁊ ex coagulo acumen ade-
ptus eſt: ideo cephaleā mouet: oppilationē in epate
generat:⁊ in renibus calculos. Et ꝓpterea ois qui-
dē caſeus quāto ꝓpinquioꝛ recēti eſt minus malus:
et quanto amplius vetus et difficilioꝛis digeſtionis
erit:et maioꝛē vꝛgens ſitim ac cephaleam capitis. A
quo videtur accepiſſe Yſaac in doc.v.c.vbi ſupꝛa cum
ſcripſit. Vetus caſeus eſt acutus ⁊ ſicciſſimus: vnde
ad nutriendum eſt groſſius ⁊ coꝛruptibilis:ad exeun
dum de ſtomacho durus. Et infra ſubdit. Caſeus ve
tus eſt vitandus:quoniam in renibus et veſica parit
lapides:et nullum affert iuuamentum:neꝫ eſt nutri
tiuus: neꝫ cito digeſtiuus: neꝫ bonum ſanguinem
generans: neꝫ ventrem humectans: ſed plurimum
humiditatis deſiccans:ſtringens vꝛinā: et cito in in-
tenſionem ſe mutans. Et in particularibus.c.de ca-
ſeo ſic quoꝫ ait . Vetus caſeus ſicciſſimus eſt acu
men : et caloꝛem palam habens pꝛo ſalis coaguliꝫ
ſiccitate:pꝛoinde cito in fumoſitatem ⁊ cholericos cō
uertitur humoꝛes quod duobus modis contingit
Uno quia ei vnctuoſitas in pꝛopatulo eſt ab aquoſi
tatis indigentia. Alio pꝛo acumine quod acquiſiuit a
coagulo ⁊ ſale:ideo ſtipticum eſt ꝓpter ſiccitatē quā
ab ipſis retinet. Idcirco ſi cū alijs rebus accipiatur
virtutē ſubtiliatiuā ⁊ aperitiuā habentibus: ſit dete
rioꝛ:quia eſt cauſa lapides generandi in renibus : ni-
hil enim aliud eſt materia lapidis niſi groſſioꝛum co-
pia humoꝛū acumen cū caloꝛe habentium:quod ſem-
per in caſeo inuenitur. Caſeus ergo taliter exiſtens
pꝛetermittendus eſt:qꝛ non eſt bonus ad nutrimen-
tum:nec ad bonum ſanguinem generādum: neꝫ ad
ventrem humectandum . hec ipſe . Hoc etiam ſenſit
Auerrois in quinto colliget dicens. Vetus caſeus ca
lidus eſt ⁊ ſiccus pꝛopter ſal:⁊ tendit ad aduſtionē ⁊
calidum eſt ⁊ ſiccum in tertio:⁊ pꝛopterea comeſtus
facit cholericum humoꝛē. Que fuit ſn̄ia Raſis in ter-
tio Almanſoꝛis.c.xv.dicētis. Vetus caſeus ſcd̄m ve-
tuſtatis ꝙ̄titatē diuerſificatur:qui enim acutꝰ eſt ſa-
poꝛis calidus eſt adurens atꝫ ſitim faciens ac male
nutriens. Et in libꝛo.xxj.cōtinentis.c.cciij.ſic etiam
ait. Caſeus multum vetuſtus eſt calidus ⁊ ſiccus re
ſpectu aliarū ſpecierū:quia nō habet humiditatem la
ctis:⁊ eſt coꝛruptus pꝛopter coagulum ⁊ ſalem pluri
mum inueteratum in ipſo. ⁊ pꝛopter hoc ducit mul-
tam ſitim ⁊ generat malum chimum ⁊c . Sententia
quoꝫ Gal.in tertio alimentoꝛum.c.xvj.dicens. Ca
ſeus diu ſeruatus eſt ſitis factiuus:et peius digeſti-
bilis:⁊ peioꝛis chimi ꝙ̄ alius pꝛopter hoc ad eā que
in renibus lapidum generationem eſt nociuus talis
chimꝰ. ⁊ cōcludit. Fugiamꝰ igie͂ talē caſeū tanꝙ̄ nihil
oino boni habētē.neꝫ ad digeſtionē neꝫ ad vꝛina-
tionē:neꝫ ad ſubductionē ventris ſicut neꝫ ad eu
chimiam. Et in libꝛo de euchimia.c.iij.ſic etiā ait. Ca
chochimi ſunt caſei omnes:ſed iuuenes ſunt abſꝫ ca
chochimia. Antiqui vero minime pꝛopter groſſitatē
⁊ viſcoſitatē. Et poſtea dixit. Caſei groſſioꝛū humoꝝ
generatiui ſunt oēs:antiqui aūt cachochimi ſunt ita
qꝫ fugiendi. Qui autē antiq̄ ſint dicendi:⁊ poſt quot
menſes:ab auctoꝛe aliquo non reperi : credo tamen
ꝙ vſꝫ ad.vj.mēſes iuuenes ſint pꝛonunciandi:⁊ poſt
xij.antiqui:⁊ ꝙ̄to poſt tanto antiquioꝛes et ſine du-
bio peioꝛes:vt qui duoꝛū fuerint annoꝛum vel trium
peſſimi:et quanto ſiccioꝛes :tanto abſolute deterio-
res habeantur ⁊c.

¶ Capitulum.cxxvij.oſtendit quis caſeus ſit bonꝰ
⁊ eligendus : et que ſint obſeruanda in eius come-
ſtione.

Bonus caſeus ⁊ ad ſanitatem eligendus
eſt qui vitioſa reliquerit extrema : ⁊ me-
dio temperato appꝛopinquauerit:nō no
uus neꝫ antiquus valde vt ſupꝛa dixi-
mus:ſed medius exiſtens:vt dixit Yſaac
in.v.doc.c.lviij. his verbis. Caſeus inter nouū et ve-

terem medius multũ et fortiter eſt nutritiuus: multum quia groſſicies lactis facit caſeum: fortiter vero quia induratur velociter. Et in particularibus dietis.c.proprio ſic etiam inquit. Caſeus quidem inter nouum et vetuſtum mediocris ſit laudabilis ⁊ illaudabilis ſcd̃m aliquarũ extremitatum vicinitatẽ. Qđ ſimiliter Raſis ſenſit in libro.xxi.continentis.c.cciij.di. Ex caſeo debet eligi q̃ nõ ſit multũ vetuſtus: nec multum calidus.i. recens. Et caſeus qui fit ex lacte pauce acetoſitatis eſt minus nociuus ſtomacho omnibus ſpeciebus caſei: et eius acetoſitas cõfortat ſtomachum: et non eſt difficilis digeſtionis. Et infra dixit. Et caſeus mollis et melior duro ⁊ ſpõgioſus melior ſolido ⁊c. Auicen. vero in.ij.canonis.c.cxxviij.inquit. Melior caſeus eſt qui medius eſt inter illũ qui extẽditur vt viſcus et frangibilem: ambo enĩ illi ſunt mali: et qui eſt priuatus ſapore: ⁊ decliuis ad dulcedinem et ſuauitatem equalis in ſale qui nõ remanet in viſceribus plurimũ: et factus ex acetoſo lacte melior eſt eis. Auerr. quoq; in.v.colliget ſic ſcripſit. Aliquis caſeus eſt bonus: et eſt medius inter nouum et veterem dũmodo ſit factus rationabiliter et ex bono lacte ⁊c. ¶ Quis aũt caſeus melior ſit vaccinus an pecorinus eſt queſtio a Michaele noſtro ſic diſcuſſa. ꝙ licet caſeus ouinus ſit vaccino terreſtrior: alijs tamẽ paribus minus malus: et ſaluior exiſtit vaccino: cum melioris ſit odoris ſaporis: ⁊ guſtui magis ꝓportionatus cũ ſit factus ex lacte cuius ꝯplexio eſt melior: ſimiliter vaccinus ſanguinẽ groſſiorem generat cum viſcoſior ſit ouino. Et iterũ. Lac ouinũ factũ in menſe maij eſt laudabilius quocunq; alio: cum lac vernale in vltimo veris: et in initio eſtatis ſit omni alio cõuenĩetius: vt in ſuperioribus patuit capitulis: ⁊ per cõſequens caſeus factus ex illo eſt quocũq; alio melior et laudabilior. Vaccinus autem caſeus iam dicto eſt nutribilior: quia vnctuoſior: ſicut lac vaccinũ vnctuoſius eſt ouino. Et ſic habemꝰ ꝙ pluribꝰ de cauſis caſeus pecorinus ſit conuenientior q̃ vaccinus et ſi minus nutritiuꝰ exiſtat: deinde ſubdit ipſe ꝙ a guloſis accepit ꝙ caſeus compoſitus ex duabus partibus lactis ouini et tertia vaccini ſit guſtui delectabilior: et ab eis ſanior reputaẽ. Caſeus vero caprinus etſi factus ſit ex temperatiori lacte omnibus tamẽ caſeis eſt deterior: quia ſtatim exiccatur et terreſtrificatur: et efficitur valde frangibilis: vt experiẽtia docet: pro primo tamen dic laudandus eſſe videẽ. hec ipſe. M.

¶ Sed ꝓ cõplemẽto ſermonis de caſeo tres regule in eius comeſtione mihi videtur de mẽte auctoꝝ eſſe obſeruãde. Quarũ prima hec eſt. Maxime cauẽdum eſt ne caſeus cum ſubtiliatiuis vel diureticis ſiue aperientibus aſſumatur: qm̃ perducunt ipſum ad renes et lapides faciunt. queãdmodũ ſenſit Auicen. in.ij.canonis.c.ſuperius allegato dicẽs. Et ſubtiliãtia quidẽ augmẽtãt maliciã eius: qm̃ faciũt ipſum penetrare: et impellũt eũ. Et ꝓpterea ſubiũgit poſt aliqua ꝙ oppilationes facit: et generat lapidem in renibus et veſica et proprie humidus: et proprie qui comeditur cum ſeminibus penetrare facientibus: vt ſunt feniculum apium petroſelinum piper et huiuſmodi. Quantum igitur ob hanc regulã decipiuntur qui raſſiolos ex radice petroſelini ouis caſeo: et paſtilibus confectos comedunt admiſcentes eis paſſulas et ſpecies odoriferas penetrare facientes omnia illa viſcoſa: ſcilicet adipem caſeum: et paſtile eorum tegmentũ. Secunda regula eſt: ꝙ multa quantitas caſei quãtũcũq; laudabilis non ſit aſſumenda: quemadmodũ faciunt illi qui cũ pane in vna cena nihil aliud preter caſeũ accipiunt: et hoc propter pericula que põt inducere de oppilationibus: indigeſtionibus: humoꝝ groſſicie: ⁊ lapidum generatione: vt pretactum fuit. Et ꝙ ita ſit apparet per Gal'. in libro de diſſolutione cõtinua ſic dicẽtem. De oppilationibus eſt caſeus multus: quoniam adducit oppilationem in epate: et lapidẽ in renibus ei qui multiplicat aſſumptionẽ eius: et cuius epar ⁊ renes ſunt parata recipere leſionem. hec ipſe. Tertia ⁊ vltima regula obſeruanda eſt: ꝙ oĩno parua ex caſeo ſumatur quantitas et poſt comeſtionẽ alioꝝ ciboꝝ: qm̃ os ſtomachi corroborat: ſatietatem quoq; nimiam atq; faſtidium que ex dulcibus et vnctuoſis in ore ſtomachi proueniunt cibis aufert. vt Raſis inquit in.iij. Almanſoris. a quo Platina accepit cum ait. Caſeum ſumptũ poſt cibum: quãtũuis parũ: os ſtomachi ſigillat: ⁊ faſtidium pinguiũ edulioꝝ tollit: et coctione capiti prodeſſe aiũt. Et hec de caſeo cum laude omnipotentis dicta ſufficiant.

¶ Capitulum.cxxvij.oſtendit in vniuerſali complexionem piſciũ et nocumenta que proueniũt ex comeſtione ipſorum aſſidua precipue.

Cum ſemper carnes aut oua vel lacticinia minime comedamus: ſed in quibuſdam tẽporibus ſolũmodo piſcibus: herbis: fructibus: ⁊ huiuſmodi vti ſit neceſſe: de ipſis deinceps mihi videẽ eſſe ſcribendum. Et primo de piſcibus qui in tãta reperiuntur diuerſitate: vt impoſſibile aut permaxime difficile foret de omnibus in particulari velle determinare ſiue ſcribendo pertractare. Et propterea de eis quedam tãtummodo vniuerſalia annotabimus: quibus tamen ſufficientiſſime poterimus bonos ac laudabiles ab eis oppoſitis diſtinguere vt vnuſquiſq; piſces facientes ad ſanitatem poſſit eligere: et reprobatos cognoſcendo relinquere. Dicamus ergo ꝙ piſces lõge a bonitate carnis ſint remoti: et plurimum a nutrimento et ab eius temperie ſeparati: cũ natura ipſorum frigida ſit et humida. ſicut voluit Iſaac in libro particulariũ dietarũ.c.de piſcibus cum ait. Dicimus ergo naturã piſciũ vniuerſaliter eſſe frigidam ⁊ humidã ⁊ humoris phlegmatici generatiuã: cõuenientẽ calidã habẽtibꝰ cõplexionẽ ⁊ ſiccã: maxie in eſtiuo tpe: ⁊ calida regiõe. Incõueniẽs ỽo frigidis et humi



dis cõplexionibus ⁊ carnoſis maxime quibus molles nerui fuerint: ⁊ ad hyemalẽ tempus venerint: vel frigidam regionẽ habuerint: naturaliter enĩ eos infrigidãt ⁊ humectãt: proinde q̃bus cholera rubea dominatur et calidam habentibus complexionẽ coitũ confortãt ⁊ ſperma augmẽtant. Qđ etiã voluit Raſis in.xxij.cõtinentis. ca.ccccxxiij. cum dixit auctoritate Bimmaſui. Piſces recẽtes generãt phlegma: ſed cõferũt perſonis calidis et tenuibus corporibꝰ. tũ illi in quorum corpore cõdominatur phlegma: nec nõ ⁊ in neruis eſt laſſitudo ipſos euitare debent ⁊ ꝓprie in hyeme: et in ciuitatibus frigidis: quia ex proprietatibus ipſorum infrigidãt ſtomachum. Et ꝙ cõplexio piſcium ſit frigida ſic oſtẽdit ipſe dicens. Significatio ꝙ piſces ſint frigidi eſt: quia aut carẽt ſanguine: aut habent modicũ ſanguinẽ ⁊c. Hoc idẽ ſenſit Haliabas in.v.theorice. ca.xxv.cum ait. Piſcis recens vniuerſaliter frigidus ẽ et humidius. et phlegma generat: a quibus ſumpſiſſe videẽ Auicen. in.ij. cano.c.ccccclx.cũ inquit. Ois piſcis frigidus eſt ⁊ humidus. ⁊ infra. Qui piſcium ſunt recentes generant phlegma aquoſum: et mollificant neruos et nõ ſunt cõuenientes niſi ſtomacho calido valde: et ſanguis eorum ad ſubtilitatem declinat. Hoc ſimiliter voluit Almanſor in.iij.ca.xvj.dicẽs. Piſces recentes frigidi ſunt ⁊ humidi. et oẽs piſces ad digerẽdũ ſunt duri et in ſtomacho longã faciũt morã: ſitim quoq; creãt: ſanguis aũt ex recẽtibꝰ generatus phlegmaticus ẽ. Hi aũt piſces corpus humectãt: ac ſperma augẽt. q̇ colicis atq; his quibus frigide accidere ſolent egritudines: mali exiſtunt. Cõplexionẽ aũt habentibus calidam atq; his quibus cholera dñaẽ rubea conferũt: licz eorũ nutrimẽtũ omnino ſit malũ. Cuz alijs preterea cibis mixti ad cholere rubee extinctionem ſunt meliores. Piſces enĩ in ſtomacho longã facientes morã: ſitimq; generãtes: malas in corpore adunãt ſuperfluitates: multaſq; viſcoſitates: ex quibus multe ꝓueniũt egritudines. Ratio autẽ ⁊ cã dictoꝝ ẽ: qm̃ vt dixit Iſaac in vniuerſalibus dietis.c.lix. Piſces vniuerſaliter parũ nutriũt et cito diſſoluuntur, ⁊ ſubtilis ſunt ſanguinis phlegmati pertinẽtis. Et infra de marinis loquẽs ait: ꝙ ipſi parui ſunt nutrimẽti ⁊ laudabilis dureq; deſcendũt de ſtomacho et inteſtinis. Et de fluuialibꝰ inquit ꝙ mali ſunt ad digerẽdum duri: et ſimiliter ad penetrãdum venas: velociterq; de ſtomacho deſcẽdunt. Et infra magis etiam dixit. ꝙ cito ſunt corrũpentes ſtomacho nocẽtes et humores crudos generãtes. et vt vno cũ Auerroi in vj.colliget oĩa cõcludam verbo. Dico ꝙ ſanguis ex piſcibus generatus eſt cite corruptionis. Et ꝓpter hoc non eſt mirum ſi plurime ex eorum frequẽtata comeſtione ꝓueniãt egritudines: teſte Almãſore vbi ſupra. Et ꝓpterea ab eoꝝ vſu frequẽti cauendũ eſt: ⁊ precipue cum rebꝰ alijs loco ipſoꝝ vti poſſimus ⁊ eo magis ꝙ perpauci reperiantur qui oẽs req̃ſitas habeant conditiones vt ex dicẽdis patebit.

¶ Capitu.cxxix.oſtendit naturam piſcium maritimoruz: et ipſos eẽ p̃ ceteris ob eoꝝ laudes eligẽdos.

Ut piſces bonos a malis diſcernere valeamus: in preſenti.c. adducemꝰ requiſitas ad hoc cõditiones: non loquẽdo de mortuis piſcibus: neqz de fetentibus qui ſatis vt vnicuiqz patet ſunt reprobandi: dicente Gal'. in.iij.de alimentis.c.xxiij. Piſces mortui et qui putreſcunt continuo cũ reſeruanẽ et peſſime olẽt ſunt indelectabiles ⁊ ceterorum peſſimi. ⁊ in libro de euchimia.c.vij. Odoratu et guſtu dignotionẽ piſciuz facere oportet: etenim qui grauis odoris ſunt: indelectabiles exiſtunt ⁊c. Sed de viuentibꝰ ſermo nr̃ pertractabit in hoc.c. et nõ de omnibus: ſed de maritimis tãtũ plus alijs approbatis: poſtea vero de reliquis ſcribemus tanq̃ de imperfectioribus: cum dicat Auerrois in cõmẽto cãticoꝝ.cap.xxviij. ꝙ tres ſunt ſpẽs piſcium: ſcz marinus: fluuialis: et habitans in ãbabus aquis ſimul. et melior ex eis ſcd̃m Gal'. eſt marinus: et poſt illũ qui ſimul in ambabus aquis viuit: ⁊ poſtea qui viuit in aquis dulcibus. Cuius ratio eſt: qm̃ humiditas excedit et dñatur in piſcibus: veruz omnes illi q̃ nutriunẽ in aq̃s ſalſis ſunt minoris humiditatis: cõtrariũ autem eſt de illis q̇ in aq̇s dulcibus nutriunẽ: ſed q̇ viuũt in ambabus aq̃s ſunt medij inter eos ⁊c. hec ipſe. Cum quo conuenit Haliabas in.v.theorice.c.xxv.cum ait. Et piſcis recens vniuerſaliter eſt frigidus et humidus et phlegma generans: ſed qui in mari naſcitur et ſalſa aqua minoris eſt humiditatis et frigiditatis. Quod etiaz voluit Iſaac in.v.d.c.lix.cum inq̇t. Piſces marini calidiores et minus humidi et minus viſcoſi ſunt: ſalſitudo enĩ aque inhabitate calefacit eos incidẽs humiditatẽ et groſſitiem vnde pinguedo eoꝝ minoraẽ. et infra ſic ait. Marini piſces minus grauis ſunt odoris et facilioris: digeſtionis minus nutritiui: cito in ſanguinem conuerſiui: velociter a membris diſſoluendi. et ad exeundum a ſtomacho tardiores. Unde antiqui aſſimilauerunt piſces marinos humane complexioni. ſani enim ſenſus ſibi tm̃ aſſimilatis delectãtur: ſanguis enim quem generant eſt temperatiſſimus: non groſſus: neqz turbidus: neqz ſubtilis: neq; aquoſus licet ſubtili vicinus exiſtat. et poſt aliqua iterũ dixit. Marini piſces ſunt meliores fluuialibus q: ſunt ſalſitatẽ habẽtes ex aqua maris. ex qua viſcoſitates eorum auferuntur: maxime ſi loca fuerint petroſa: aſſiduo enĩ motu ſuo et colliſionibus ſaxoſis carnes emolliunẽ ⁊ teneranẽ: pinguedo minoraẽ ⁊c. Plurimũ q; ipſos ꝯmẽdauit adhuc magis in ꝓceſſu cũ dixit. Piſces nõ viſcoſi ſunt q̇ de pelago et litoribus ſunt claris in nutrimẽto et ĩ tẽpamẽto: laudabiliores oĩm ſũt in cõplexiõe: et ad digerẽdũ faciliores q: carnes hñt molles: nullꝰ viſcoſitatis atq; groſſitiei: neq; grauis ſunt odoris: ſicut etiã q̇ de petroſis ſunt locis: ſanguis enĩ quẽ gñant tẽperamẽto eſt vi

cinioꝛ: ⁊ ideo nõ minus exercitatis eſt cõgruus ⁊ de fectis ſicut ſanioꝛibus ⁊ egritudines exeũtibus: et ad ſanitatem cuſtodire magis ꝙ mẽbꝛoꝛum foꝛtitudinẽ amãtibus. Quod nõ minus voluit Auicẽ. cũ in ij. caſi. c. cccccl. ſic ſcripſit. Et piſces quidem marini ſunt laudabiles ſubtiles: et melioꝛ ſpẽs eoꝛum eſt illoꝛũ qui nõ ſunt niſi in mari et pelago ⁊c. et infra ſubdit. Et piſces quidem marini ſunt optimi ſubtilis carnis et pꝛecipue cũ eoꝛum habitatio eſt in littoꝛibus petroſis aut arenoſis ⁊c. Que quidẽ fuit Gal. ſnia in alimentoꝛũ. iij. c. xxiiij. dicẽtis. Optimi piſces ſunt qui in puro mari exiſtunt. ⁊ in lib. de euchimia. c. vij. ait. Piſces qui in puro mari dietantur inculpabiles fere omnes ſunt. ſimil'r ⁊ quicũqȝ in permixto aque dulcis dietantur ſicut vocati pelagales. et petrini ſunt euchimi. Et in ea que ſecundum eſum delectatione multum pꝛeeminent alijs ⁊c. Et poſtea ſubiunxit. Qui vero in mari dietantur piſces: odoꝛẽ inculpabilem ⁊ pinguedinem paucam habent. Concludamus itaqȝ de ipſis cum Yſaac in pꝛima doc. ſic dicẽte. Marini piſces duplices ſunt: quidam enĩ naſcunt̃ in pelago et i altis locis: qdã vo alij in ripa planiſqȝ aqs nati. Qui vo creati ſunt ĩ pelago aut petroſis ⁊ arenoſis habitãt: ſũt ſubtilioꝛes ⁊ laudabilioꝛes oĩbus piſcibus marinis: ⁊ ad digerẽdũ facilioꝛes: et ad ſanguinẽ generandum laudabilioꝛes: ⁊ non ita de ſtomacho ⁊ inteſtinis exeũt pꝛopter ſue viſcoſitatis puitatẽ. quod teſtatur ſue pinguedinis indigẽtia ſuiqȝ ſapoꝛis habilitas: ſunt ergo humanis coꝛpoꝛibus conuenientes. Oĩs enim cibꝰ quanto longioꝛ a ſapiditate: tanto minus delectabilis ⁊ minus conueniẽs humanis naturis. Et pꝛopter hoc hec ſpecies piſcium laudabilioꝛ ⁊ digeſtibilioꝛ magiſqȝ cibus ad ſalutem regendã eſt efficax ppter coꝛuꝫ tẽperamẽtuꝫ: nõ enĩ ſunt ſubtiles aquoſi nec terreſtres aut groſſi. Poſt hos quidem aliqd bonitatis habent q lutoſa ⁊ mollia loca maris ſunt habitantes dulcibus aquis vacinãtes: nõ adeo puri ſicut q in arenoſis et petroſis locis pelagi moꝛantur ppter putredinem et ſoꝛditatem terre. Pꝛimi itaqȝ eligantur: alij vo dimittantur pꝛopter cauſam aſſignatam.

Cap. cxxx. oñdit q de piſcibus fluuialibus eligendi ſint ratione fluminis ⁊ aque in quibus nati ſunt ⁊ degunt continue atqȝ veſcuntur.

Oſtqȝ de piſcibus marinis: ⁊ de his qui in vtriſqȝ aquis viuunt: diximus: de fluuialibus mõ tantũmodo ſcribemus: qui non adeo ſunt a veteribus laudati ſicut marini. Queãdmodũ oñdit Yſaac in quinta doc. c. lix. cum inquit. Piſces fluminum in actiõe et paſſione cõtrarij ſunt marinis: quoniam fluminalis aqua frigidioꝛ eſt ⁊ humidioꝛ: vnde piſces fluuiales ſunt craſſioꝛes ⁊ viſcoſioꝛes atqȝ pinguioꝛes: et ideo nutrientes plus: mali tamen ⁊ ad digerẽdũ duri: velociterqȝ de ſtomacho deſcendũt. Et in particularibus ca. de piſcibus inquit. Piſces qui nati ſunt in flumine ſubtilioꝛes habẽt ſpinas multas ⁊ molles pꝛo mollitie humiditatis aque in qua nati ſunt. Et infra ſubdit. Piſces aquarum dulciuꝫ vniuerſaliter ſunt groſſioꝛes et viſcoſioꝛes tardioꝛeſqȝ ad digerendum: facilius tamẽ de ſtomacho egrediũtur ꝙ marini ⁊ nutribilioꝛes ſunt. Qui autẽ piſciũ inter fluuiales magis appꝛobentur hi ſunt qui de magnis ac currentibꝰ fluuijs accipiuntur: vt idem voluit in. v. capitulo vbi ſupꝛa cum ait. Fluuiales piſces maioꝛa ac cito currentia clara atqȝ munda flumina inhabitãtes: ad comparationem alioꝛum ſunt laudabilioꝛes: quia claritas aque aufert ab eis grauitateꝫ odoꝛis. foꝛtis autem fluuij impetu carnes tenerantur: ⁊ groſſities aufertur: ⁊ maxime ſi ſup petroſa currat. Quod etiã in particularibus replicauit dicens. Piſces dulciuꝫ aquarũ hi ſunt melioꝛes qui magna inhabitant flumina impetuoſe fluentia: quoꝛum fundus lapideus et longinqua ſunt a ciuitatis ſoꝛditie: quia foꝛtitudine curſus aque cõpꝛimũtur piſces et ſuper lapides: vnde caro eoꝛuꝫ teneratur: fitqȝ cã ſue digeſtionis: ⁊ ab eis viſcoſitas ⁊ odoꝛis grauitas expellit. ⁊ pꝛecipue ſi nõ ſit altitudo aquarũ vt piſces terre ſint pꝛopinqui: quia quãto paucitatẽ aque habuerint: tanto a terra frequentius percutiũtur: ⁊ aque claritate omni hoꝛribilitate carebunt: ideoqȝ ſunt quaſi piſces petroſa loca pelagi inhabitantes. Haliabas quoqȝ in v. Theoꝛice. c. xxv. ſic ſcripſit. Laudabilioꝛ autẽ piſcis eſt qui in lapidoſis naſcitur locis plurimos habentibus lapillos quiqꝫ magno non eſt coꝛpoꝛe ⁊ in ſuaui naſcitur aqua ac clara ſpacioſiſqȝ fluminibus magnis decurrentibuſqꝫ: vt tigri: eufrate: nec vero multũ eſt pinguis: nec extra moduꝫ macer. Qui etenim piſcis in ſaxis naſcitur ⁊ magni aquis decurrentibꝰ a coꝛpoꝛe eius ſupfluitas deficit pꝛopter motus copiam et pcuſſionẽ ipſius in lapides. Qui vero in ſuaui naſcit̃ aq̃: delectabilis eſt ⁊ iocũde carnis. minime viſcoſus. cito digeſtibilis: coꝛpus humectat: ⁊ ſanguinẽ generat bonum: calidiſqȝ cõuenit cõplexionibus iuuenibus ⁊ ethicis in calidis tẽpoꝛibus ⁊ ſiccis ⁊c. Hi piſces igitur iter ceteros maxie appꝛobant̃ ſicut oppoſiti deteſtant̃ ab Yſaac vbi ſupꝛa ſic ſcribente: Piſces aũt parui fluminis lutoſi loci: ac aque debiliter currentis: et ſoꝛditiei ciuitatis vicinantis ſunt viſcoſioꝛes et hoꝛribilem habent odoꝛem ſunt etiã grauioꝛes ad digerendum ⁊ deterioꝛis ſunt ſapoꝛis: vnde malũ dãt nutrimẽtũ: qꝛ debilitas curſus aq̃ quietos reddit piſces: clauditqꝫ in eoꝝ coꝛpibꝰ copioſos hũoꝛes: q̃re fit cã viſcoſitatis ⁊ hoꝛribilis odoꝛis: atqȝ difficilis digeſtiõis. Sint igit̃ vt ipẽ dicebat in vltimis: piſces moꝛãtes in aqs foꝛtiter currẽtibꝰ qꝛ melioꝛes ſunt ꝙ in qeſcẽtibꝰ. Et hꝰ ẽ etiã qđ voluit Pꝛinceps in ſcđo cañ. c. cccccl. dicens. In locis aũt in qbꝰ moꝛãtur eſt electio: qm̃ illi qui moꝛant̃ in locis petroſis ſunt melioꝛes: deinde in arenoſis ⁊ in aquis dul-



cibus currentibus in quibus nõ ſunt ſoꝛdes: et non ſunt limoſe: neqȝ lacunales: neqȝ cãpeſtres ⁊c. Et fuit Gal. ſententia in tertio alimentoꝝ. c. xxiiij. dicẽtis. Piſces qui in fluuijs generantur melioꝛes ſunt ſi in fluuio rapido et multi fluxus exiſtant: ſicuti peioꝛes qui in parua degunt aqua fluuios magnos nõ ſuſcipiente: nec effluxum copioſum habẽte: multo vtiqȝ ⁊ his deterioꝛes: ſi autẽ oĩno neqȝ defluat aqua adhuc deterioꝛes ⁊c. Hoꝝ autẽ ratio eſt: qꝛ piſces in huiuſmodi aquis currẽtibus degẽtes cõtinue ſe mouent: piſces autem ſe ſemper mouẽtes ſunt cõtrarijs melioꝛes: qꝛ motus multus et eoꝝ exercitia ipſoꝛũ coꝛpoꝛa emolliunt: carniſqȝ viſcoſitatẽ et groſſicies auferunt. vt Yſaac inquit in. v. doc. c. ſuperius annotato. et ſimiliter Auicen. vbi ſupꝛa cum ait. Et piſces illi qui moꝛantur in aquis multarũ agitationũ ⁊ vndarum ſunt melioꝛes eis qui ſunt econtrario: qm̃ vehemẽtioꝛi indigẽt exercitio: ꝙ illi qui habitãt in aquis ſtãtibus. Et pꝛopterea melioꝛes ſunt illi qui moꝛantur in aquis diſcoopertis flatui vẽtoꝝ ſuper ſe: quia plus ꝙ alij mouẽtur. et Yſaac in loco pꝛeallegato ſic quoqȝ ait. Piſces qui habitãt vbi venti ſemper flãt: melioꝛis ſunt nutrimẽti: et melioꝛis carnis: ꝙ ſi nullus ventus flauerit: et maxime ſi ſeptẽtrionalia loca ſint eis expoſita: ſicuti piſces vbi auſtrini venti flant illaudabiles fiunt: cũ auſter naturaliter humidus ſit et qđ ſecũ fert abominabile: et ideo piſcibus augmẽtatur grauitas odoꝛis. Qđ in particularibus etiã replicauit dicẽs. Piſces in ſeptẽtrionali plaga habitãtes ſi inſufflati fuerint ſeptẽtrionali vento erũt melioꝛes. Et cauſam deinde aſſignat quã dimittamus bꝛeuitatis gratia. Et cõcludit ꝙ piſces fluminũ a vẽtis perflatoꝝ melioꝛes ſint ꝙ eis oppoſiti: qꝛ foꝛtitudine et impetu ventoꝝ mouẽtium vacillatur aqua: ⁊ cũ mouetur aqua neceſſario piſces mouentur inuicẽ ſe allidẽtes et perfricãtes: quare ſuperfluitas humorum ab eis excluditur: et inde ſanioꝛes exiſtũt. Que fuit Gal. ſententia vbi ſupꝛa dicentis. Piſces exiſtẽtes in aqua ad boꝛeales ventos cõuerſa ſunt ceteris melioꝛes: non parũ enim ad euchimiam facientibus omni animali congruis vti exercitijs. Piſces ergo huiuſmodi aquarum pꝛe ceteris ſunt eligendi.

Cap. cxxxj. oſtẽdit qui piſces fluuiales ſint eligẽdi ratione annexoꝝ flumini: declarando ꝙ piſces petroſi optimi ſint: et reliquis omnibus ſanioꝛes.

Iſces fluuiales maxime ab auctoꝛibus cõmẽdãtur ſi flumina ex quibus accipiũtur: has duas ſibi annexas habuerit cõditiones. Quarũ pꝛima vt pꝛo parte diximꝰ ſupꝛa: eſt ꝙ ſit fluminis fundus petroſus ſiue lapidoſus nõ plurimũ in altitudine aque pfundatus ⁊c. qm̃ tales ceteris melioꝛes eſſe appꝛobantur: dicente Yſaac in. v. doc. ꝙ ſanguis qui ex piſcibus petroſis generatur eſt temperatus naturaliter: licet ſubtilitati ſit pertinens: et velociter a membꝛis diſſolubilis: et per conſequẽs melioꝛ ad regẽdã ſanitatem ꝙ in membꝛoꝝ confoꝛtationẽ. Et poſt aliqua ſubdit. Piſces de clara aqua laudabilioꝛes ⁊ lõge minus coꝛruptibiles ſunt ꝙ alij: et maxime petroſa incolẽtes. Qđ etiam ſenſit Auerrois in. v. colliget cum ait. Piſces qui naſcuntur in loco petroſo ſunt ſubtilioꝛis ſubſtãtie: et minoꝛis ſuperfluitatis alijs: et tales qꝛ velociter mouentur et multum laboꝛãt: ⁊ complexio iſtoꝝ eſt minoꝛis humiditatis: ⁊ qui parũ laboꝛant ſunt frigidioꝛis ⁊ humidioꝛis cõplexionis. Auicen. quoqȝ in. ij. canonis. c. cccccl. ſic inqt. Piſces illi qui moꝛãtur in locis petroſis ſunt melioꝛes: deinde in arenoſis ⁊c. Et in. j. iij. trac. iiij. c. xxj. cum dixit. Piſces petroſi generãt ſanguinem laudabilẽ. Que fuit Gal. ſententia in. iij. Alimentoꝝ. c. xxiiij. dicentis. Alimentum ex piſcibus petroſis nõ ſolum eſt digeſtibile: ſed etiam ſaniſſimum coꝛpoꝛibus hoĩm ſanguinem cõſiſtentia medium generãtibus. Uoco autem mediũ qui neqȝ omnino ſubtilis eſt et aquoſus: ſed neqȝ ſufficienter groſſus ⁊c. Secunda autẽ conditio flumini annexa per quã piſces laudabilioꝛes eſſe redduntur: hec eſt. ſ. vt flumen pꝛope ciuitatẽ nõ exiſtat eius recipiens ſuperfluitates: qm̃ et ſi marini foꝛẽt huiuſmodi piſces adhuc illaudabiles eſſe iudicãtur. cum dicat Yſaac in doc. v. c. lix. Piſces qui littoꝛibus ſunt vicini: et in turbida et non munda moꝛantur aqua: ⁊ putridis fluminibus ciuitatum putredines ferentibus vicina: viſcoſioꝛes et alijs piſcibꝰ marinis groſſioꝛes: et ad digerẽdum tardioꝛes exiſtũt. Et pꝛopter hoc piſces maris ruſſie peioꝛes ſunt ceteris marinis: quia aqua eſt immunda: et multa flumina in eis intrãtia putredines ciuitatum eis ferũt. Et poſt pauca ſubiunxit. Piſces qui in paruis ſtãt fluminibus parum fluentibus immundis vicinis ciuitatibus pinguioꝛes ſunt atqȝ viſcoſioꝛes: et ad digerendũ durioꝛes: mali ſapoꝛis: qꝛ defectio aque motus vnctas carnes atqȝ groſſas facit: immundũ vero nutrimẽtum grauioꝛis odoꝛis eos reddit. Et idẽ in particularibus replicauit. Qđ ſimiliter voluit Raſis in. xxij. cõtinentis. c. ccccxxiij. dicens. Caro illoꝝ qui nutriũtur de ſoꝛditie ciuitatũ: exinde erit mala ⁊ peioꝛ carne oĩm piſciũ: ita ꝙ trahendo moꝛã per tẽpus modicum poſt exitũ eius de aqua fetebit. Unde caro talium eſt hoꝛribilis ſapoꝛis et difficilis digeſtionis. A quibus ſumpſit Auerrois cum ſcripſit in commento. c. xxviij. canticoꝝ. Deterioꝛes ſunt omnes piſces habitantes in littoꝛibus maris: et hoc quia nutriuntur ex fecibus et ſuperfluitatibus ibidẽ exiſtentibus iuxta magnas ciuitates. Idem quoqȝ faciẽdũ eſt de habitãtibus in fluuijs ciuitatibꝰ ppinquis ⁊c. Et fuit Gal. ſententia in. iij. Alimẽtoꝛum. c. xxvj. dicentis. Piſces littoꝛa et fluuios expurgantes ciuitatem inhabitantes peſſimi ſunt non bene digeſtibiles: neqȝ euchimi: neqꝫ delectabiles. Et in lib. de euchimia. c. vij. ſic etiã inquit. Piſces paulominus oẽs

euchimi preter cõuerſantes in paludibus ⁊c. Et pre
ter vtẽtes aere malo: et exercitijs paucis: ⁊ cibis ma
lis: et maxime qm̃ per ciuitatem magnam fluit aqua:
purgans latrinas: et balnea: et coquinas: ⁊ lauantur
in ea veſtes ⁊ panni: peſſima enim fit eorum caro qui
in tali aqua dietantur. Ex quibus ſatis intelligi po
teſt qui piſcium fluuialium ſint laudabiliores quãtũ
eſt ex parte loci vel fluminis: ⁊ propterea prudentes
intelligant in quacunq̃ vrbe fuerint: ex quibus locis
veniant piſces qui in ea vendentur vt bonos a malis
ſecernere valeant: quod maxime venetijs obſeruan
dum eſſe videtur: cũ ibi infinite fere piſcium ſpecies
reperiantur ⁊c.

¶ Capitulum. cxxxij. oſtendit ꝙ piſces lacunarum
et paludum reprobandi ſint: et ꝙ paſtus piſcium ſit
intelligendus.

Primus ſupra de maritimis et fluuiali
bus piſcibus: de reliquis conſequẽter di
cendum eſt: vt cõſideratio eoꝝ pro quan
to ex parte loci pertinet: compleatur. de
clarando etiã qualis paſtus piſcium eſſe
debeat: vt in eorũ electione errare minime cõtingat.
Dicemus ergo in primis cũ Haliabate in. v. Theori
ce. c. xxv. ſic ſcribente. Peior oim̃ eſt piſcis qui palu
doſa habitat loca: aquaſq̃ ſpiſſas et putridas: cali
daſq̃: qm̃ piſcis qui in huiuſcemodi naſcit̃ quiet⁹ eſt
celeris immutationis in fetore cuꝫ ab aqua eductus
fuerit. Qui enim huiuſmodi eſt minime comedatur:
celeris eñ eſt immutationis in ſtomacho et in malũ
humorẽ. A quo videtur quodãmodo accepiſſe Iſaac
in. v. d. c. ſepius allegato cũ inquit. Piſces lacunales
q: teneras habẽt carnes: cito ſunt corrũpentes: ſto
macho nocentes: et humores crudos generãtes. Et
poſt multa dixit. Piſces de lacubus viſcoſiores ſunt
et grauioris odoris ꝙ̃ qui in fluminibus naſcunt̃: q:
aqua lacuum lutuoſior eſt ⁊ pinguis nature. Et ideo
piſces ſunt vnctuoſiores et minus ſaporoſi: grauio
ris odoris et mali nutrimenti: et ad digerendum du
ri in corruptionẽ velociter mutandi. Et infra ſubdit.
Piſces lacuum ſicut et piſcariorũ et paludum peio
res ceteris exiſtunt groſſiores: ⁊ in odore grauiores:
et in corruptionem mutabiliores velociter: et ad di
gerẽdum duriores: qm̃ quieta eſt et nimiũ lutoſa ip
ſoꝝ aqua: vnde maxime ſunt fugiẽdi. Et poſt aliqua
etiã ſubiũxit. Oẽs piſces fluuiales et lacuum etſi car
nis melioris ſint. ſ. ad guſtũ: tñ groſſiores ſunt ⁊ ſto
macho nocẽtes: ⁊ in corruptionẽ ſe conuertẽtes. In
particularibus quoq̃ dixit. Piſces lacunales cete
ris ſunt peiores: grauioris eteñ ſunt odoris ⁊ graui
ter digerunt̃: maxime ſi ſint lõge a mari ⁊ fluminib⁹:
habẽt eñ requiẽ: nec flumen intrat in eos: vt eoꝝ pu
tredinẽ lauet: vñ piſciũ humores augmẽtant̃: eorũ q̃
pori claudunt̃. Qđ ſic certificatur: qm̃ cũ aquas exie
rint cito in putredinẽ cõuertũtur: eoꝝ eñ viſcoſita
tis multitudo claudit poros et ſuffocat: et extinguit
calorẽ intrinſecus locatum. Et propterea vt magis
inquit in proceſſu: meliores ſunt qui habitãt in lacu
bus a mari remotis: quos ſemp flumina intrãt: qm̃
partim lauãtur fluminis aqua. Quod etiã voluit Ra
ſis in. xxij. c. ccccxxiij. auctoritate Gal'. ⁊ in. iij. Almã
ſoris. c. xvj. dicẽs: Piſces illi ſunt eligẽdi qui neq̃ in
lacubus: neq̃ in paludibus: neq̃ in locis ſordes ha
bẽtibus ſunt capti: neq̃ in luto malum habẽte odo
rem: neq̃ in aqua malas habẽte herbas ſint nutriti.
Que etiã fuit Gal'. ſentẽtia in. iij. Alimẽtoꝝ. c. xxiiij.
dicentis. Quicũq; in lacunoſis et in paludoſis repe
riuntur locis paruã habent carnẽ. Et in libro de eu
chimia. c. vij. inquit. Piſces paulominus oẽs euchi
mi preter cõuerſantes in paludibus ⁊ lacubus ⁊ flu
minibus limoſis et turbidis ⁊c. ¶ Paſtus autẽ pi
ſcium cũ multum faciat ad eoꝝ bonitatem: ſimiliter
de ipſo dicimus ꝙ vnuſquiſq; ꝓpoſſe ſuo debet a pi
ſcatoribus intelligere ⁊ inueſtigare quis ſit ipſorum
piſcium cibus: dicẽte Iſaac in lib. d. v. Piſces paſcẽ
tes herbas recentes laudabiliores ſunt oppoſitis ⁊
meliores ſi aque preſertim fuerint clare. Et in parti
cularib⁹. Piſces olera paſcẽtes vel radices aut gra
na: que oĩa ſunt bona: bonum dãt nutrimẽtum: ſitq;
illoꝝ genus piſcium ad comedẽdum vtile: econtrario
ſunt cõtraria paſcẽtes: ſunt eñ piſces aliqui lutũ et
immundiciã edẽtes: ideo corruptibiles ſunt malum
habẽtes ſaporem et horribilẽ odorẽ digeſtioni male
obedientes ⁊c. Que fuit etiã principis Auicen. ſentẽ
tia in. ij. canonis. c. cccccl. dicentis. Scđm cibũ piſces
illi qui cibantur herbis bonis et radicibus plantarũ
ſunt meliores his qui comedũt ſordes que proijciun
tur in ciuitatibus ad loca infuſionũ ⁊c. Qualiter aũt
hoc ſciri poſſit: nõ intelligo: niſi per illud qđ in inteſti
nis eoꝝ reperitur: et per piſcatoꝝ relationẽ quibus
hac in re maxime credẽdum eſt. Obſeruetur itaq; vt
vno verbo preſens cõcludamus propoſitũ: ex quo lo
co veniant piſces: et ex quibus ſint nutriti vt eligen
di a non conuenientibus ſecernantur.

¶ Cap. cxxxiij. oſtẽdit cõditiones quas debent ha
bere piſces laudabiles ex parte carnis et quãtitatis
eoꝝ: ſcꝫ an magnis ſint paruis meliores vel ne.

Poſtq̃ paſtum et locum piſcium intellexe
rimus: adhuc ſcire deſiderat intellectus
qui piſciũ ſint ſaniores. ſ. an pingues vel
macri aut mediocres. Et ſimiliter an ma
gni paruis eligibiliores exiſtunt: vel ecõ
tra. Et propterea de his conſequẽter ſcribẽdum eſt
ne forſitan errare cõtingat in ipſorum electione. Di
cam⁹ ergo cũ Iſaac in. c. lix. dic. vniuer. ſic di. Piſces
qui molliũ ſunt carniũ viſcoſaꝝ ⁊ groſſarũ magis nu
tribiliores ⁊ vnctuoſiores ſunt: ſꝫ tamẽ illaudabiles
vtpote ad digerẽdũ duriores: ⁊ in malũ ſanguinẽ ge
nerãdo viciniores. Unde nõ ſunt comedẽdi niſi ex ne
ceſſitate cum ſinapi ⁊ ſimilibus: et propter hoc infra
ſubiũxit. piſces qui in genere ſuo duriores fiũt parui
erunt laudabiliores: quia paruitas etatis ſiccitatem
tẽperat carnis. Qui vero molliores maiores erũt lau
dabiliores. quia maioritas etatis mollitiem eoꝝ tẽ
perabit. Qui vero ſunt mediocres in mediocritate
eorum fiunt laudabiliores. qđ etiam ſenſit Auicẽ. in
ſcđo canonis. c. cccccl. cum inquit. Et habẽtib⁹ mol
lem carnem ille qui eſt maior ad terminum aliquem
eligitur: queadmodũ ex piſcibus duram carnem ha
bentibus ille qui eſt minor. Studiũ igitur ſit in eligẽ
do propoſſe omni piſces duras carnes habẽtes: quo
niã ſaniores ſunt vt ſapientes medici dixerunt. Iſaac
eñ loco allegato ſic inq̃t. Piſces qui duras habent
carnes: ſed tñ viſcoſas ſicut piſces magnorũ fluminũ
et cito currentiũ: ad comparationẽ petrinorum illau
dabiles: quia groſſiores ad digerẽdũ duriores ſunt.
tamẽ nutribiliores cõuenientes exercitãtibus: ⁊ calo
rem naturalem habentibus fortem confortationẽq̃
membrorum magiſq̃ ſanitatem cuſtodire amãtibus
Sed ſi viſcoſi nõ fuerint: proculdubio ſaniores ſunt ꝙ̃
qui mollem carnem habent: dicẽte Gal'. in. iij. alimen
torũ. ca. xxiiij. Duricies carnis in piſcibus et fragili
tas eiuſdem ſignificat ꝙ neq̃ viſcoſum aliquid ſit in
ipſo: neq̃ pingue: et nutrit bene alijs piſcibus magis
quãdo bene digeritur. Et in libro de euchimia. c. vij.
ſic ait. Meliores piſcium ſunt qui durarũ carniũ fiũt
et fragiliorem habẽt carnem petrinis ⁊c. A quo ſum
pſiſſe videtur Raſis in. xxij. continentis. ca. ccccxxiij.
cum ait. Piſces modice humiditatis quorum caro
frangitur ex priuatione pinguedinis ⁊ humiditatis
abũdãtis nutrimenti ſunt: quia caro ipſorum ſolida.
Et ob hanc cauſam lucij carpiones ⁊ huiuſmodi qui
carnes duras habẽt ⁊ frãgibiles: et in partes facile
diuiſibiles ſunt iuremerito commendãdi. Tinche ve
ro regine: anguille: ⁊ huiuſmodi nequaq̃ propter op
poſitas cauſas. ¶ Quãtitatem quoq̃ piſcium cõſi
derare oportet: quoniã nõ eſt ita: vt quidam opinan
tur ſcilicet. ꝙ ſemper caro annualis eẽ debeat: piſcis
vero comedendus annorũ decem: immo vt Iſaac in
quit in libro. v. d. ca. ſuperius allegato. Piſces me
diocres inter paruos ⁊ magnos ſunt magis laudabi
les: ꝙ̃ parui qui cito in corruptionẽ mutantur: et ꝙ̃
magni qui groſſi ſunt et viſcoſi magis. et poſt pauca
ſubdit. Piſces parui melioris ſunt carnis ad digerẽ
dum faciliores: ſed cito in corruptionẽ mutãdi. Ma
iores vero carne ſunt groſſiores: ⁊ ad digerendũ dif
ficiliores ſtomacho nocentes. ſed nõ cito corruptibi
les: horũ autem medij ſunt laudandi: quia ab extre
mitate vtraq̃ ſibi ſumunt quod magis eſt laudãdũ.
Et propterea Auerrois in. v. colliget dixit. Melio
res piſces ſunt quorum corpus eſt medium inter ma
gnum ⁊ paruum: ⁊ qui ſunt velocis motus et pauce
viſcoſitatis ⁊c. Et poſtea rationem aſſignauit cum
dixit in vno altero. ca. eorũ que naſcuntur in aqua ma
gnitudo corporis ſignificat multam humiditatẽ; ꝓ
pterea laudatur in piſcibus paruitas. Conſimiliter
in craſſitie ⁊ pinguedine piſces eſſe debẽt mediocres
et non craſſi aut macri valde: teſte Iſaac vbi ſupra ſic
ſcribẽte. Piſces mediocres i craſſitie meliores ſunt
et laudabiliores: quoniã cum nimiũ craſſi fuerint ad
digerẽdum ſunt duri ſtomachum emolliunt groſſuꝫ
phlegma generantes et viſcoſum. Si ꝟo macri ſint:
ad digerendum quoq̃ duri exiſtunt. ⁊ ſubdit. Cũ pi
ſces oua facere incipiũt: ſi incraſſantur: illaudabi
les ſunt propter multitudinem ſue pinguedinis: ⁊ ſi
macri fiunt etiam illaudabiles exiſtunt: nec ſunt amã
di ex quãtitate ſue maciei. Meliores itaq̃ in omni
bus erunt qui mediocres fuerint in his que de ma
gnitudine paruitate craſſitie ⁊c. dicta ſunt.

¶ Capitulum. cxxxiiij. oſtẽdit q̃ piſces eligendi ſint
ex parte ſquamarum: ⁊ que partes ipſorum ſint lau
dabiliores.

Squame in piſcibus ſunt vna de cõditio
nibus ad bonitatem eorum requiſitis:
vt placuit Iſaac in. v. d. ca. lix. dicẽti. Nu
trimentum piſcium ſquamas habentiuꝫ
melius eſt ⁊ laudabilius ſquamas nõ ha
bentibus: ſuperflua enim ad ſquamas expellit natu
ra: ſicut in alijs eſt videre animalibus in quibus pili
aut penne aut cornua expelluntur ad exteriora: In li
bro etiam particulariuꝫ ſic inquit. Piſces ſquamas
habentes ſunt meliores: ſquama enim ſignificat hu
morum paruitatem ⁊ aquoſitatis indigentiam: quia
natura ſuperfluitates humorum ab interioribus ad
exteriora expellit ad nutriendas ſquamas: ſicut ani
malium natura tertiam finiens digeſtionem exterio
ribus membris mandat quecũq; ſunt conuenientia
ad nutrimentum lane piloruꝫq̃ et ſimilium. Unde
piſces ſquamas habentes duras ⁊ groſſas meliores
ſunt habentibus molles ⁊ ſubtiles: ſquamarũ enim
groſſities paruitatem innuit humorum: econtrario
autem habentes copiam habent humorum: et ꝓ hoc
teſtatur: quia groſſities ſquamarum piſcium mari
norum maior eſt ſquamis piſcium fluminum: ſqua
ma iterum dorſi maior eſt ſquamis ventrium: dorſuꝫ
enim ſiccius eſt ventre. Quod etiam ſenſit Auerrois
in quinta colliget dicens. Squame multe laudantur
in piſcibus: q: ſignificãt rẽ cõtrariã eorum comple
xionibus. ⁊ etiam multe ſpine in eis laudantur. ⁊ in
fra ſubdit. Meliores piſces ſunt qui degũt in locis
petroſis: ⁊ qui multas habẽt ſquamas: ⁊ quorũ cor
pus eſt mediũ inter magnũ ⁊ paruũ: ⁊ qui ſunt velo
ciores motus ⁊c. Et ob hãc cauſam ſcardule regine ⁊
hmõi nõ vident̃ reprobari ſicut tiche ãguille ⁊ ſiles
ſquamas nõ habentes. Et hoc idem mihi videt̃ ſen
ſiſſe Raſis in. iiij. ſuorũ aphoriſmoꝝ cum dixit. Pi
ſces meliores ſunt fluuiales ⁊ marini: et precipue illi
qui habent aſperam cutẽ: et nõ ſunt mucilaginoſi: ⁊
naturaliter albi ſunt ad modum argenti: ⁊ piſces n̄r

gri ⁊ rubei in quibus ſunt penne diuerſe : et qui ha-
bēt colorem pauonis:⁊ in quibus ſunt macule nigre
et pallide naturaliter mali ſunt et ab eis eſt cauēdū:
apoſtema eñ generant in mēbris interioribus : et in
inteſtinis pūcturas:⁊ oppilationē generāt : ⁊ nocu-
mētum viſui inferunt:malum quoqꝫ ſanguinem ge-
nerant ⁊ frigidos naturaliter humectāt. Ex quibus
apparet ꝙ anguille etiam ratione ſue nigredinis et
aſperitatis priuatiōe ſint male et omnino reproban
de. Et ideo dicebat Gal'.in libro de euchimia et ca-
chochimia.ca.vij. Anguilla oīno non eſt euchimū ci-
barium etiam ſi ex aqua fuerit mūda:nedū ex ea q̄
ciuitatem expurgat. Et in libro de ſubtiliāte dieta:
idem quoqꝫ de ipſa ſic ſcripſit. Anguille enim ⁊ pluri
ma malachiorum licet mollem habeāt carnē:tñ pro
pter viſcoſum atqꝫ phlematicū qđ eſt in eis ſufficien
ter ſunt nociua his qui ſubtiliante vti volunt dieta:
ita autem ⁊ plurima oſtrachorū ⁊c. Squame igitur
ob aſſignatas rationes cōſiderande ſunt. Que autē
piſcium partes aut membra meliora ſint atqꝫ ſanio-
ra et que deteriora dicendum eſt cum Yſaac in c.lix.
d.v.ſic ſcribente. Membra piſcis mobilia ſicut cau
da dorſa ale:ſunt carne meliora et minus pinguia:ad
digerēdū velociora:et in nutrimēto laudabiliora ma
xime ſi piſcis craſſus fuerit. Membra autem piſcis
minus mobilia:ſicut vmbilicus et coſta:vel viſcoſio-
ra ſicut capita:et ideo groſſiora et ad digerendū du
riora:et ad nutriendum corruptibiliora. Unde caro
talis illaudabilis eſt:quia ſtomacho innatat ꝓpter
viſcoſitatem ⁊ vnctuoſitatē ſuā:et dure digerit:⁊ vil
los ſtomachi emollit:⁊ inde plurima generatur liēte
ria. Abſtinendum eſt itaqꝫ a comeſtione huiuſcemo
di partium inſalubrium. Et propterea non accipiat
de piſcibus niſi cauda aut dorſum:et alia que in cōti
nuo reperiuntur motu et exercitio ꝓpter quod ſuas
expurgant ſuperfluitates:queadmodū ſupra in capi
tulis pluribus de animalibus ambulantibus et vo-
latilibus ſcriptum eſt : partes et membra ipſorum
mobilia pre ceteris cōmēdādo.quare ⁊c.

¶ Capitulum.xxxv.oſtendit quibus modis piſces
coqui debeāt:et quomodo meliores:et quibus cum
rebus preparādi atqꝫ cōdiēdi ſint anteꝙ̄ accipiātur.

NOn eſt inutile volenti ſanitatem conſer-
uare:poſtꝙ̄ cognouerit qui piſciū ſint
meliores: intelligere etiam qui modus
coquēdi eos magis a medicis approbe-
tur. Et propter hoc de ipſis in genere
ſcribere voluimus.ſ.de aſſatione:elixatione ⁊ frixio
ne ipſorum dicentes. Primo ꝙ ꝓ regula eſt obſeruā
dum id preceptū Yſaac in.c.lxj.dietarum vniuerſaliū
dicentis. Calidis natura piſces ſunt dandi elixi cum
iuſculis frigidiſſimis:frigidis vero natura cum forti
vino cōdias ſinapi zinzibere pipere et calamēto. Hu
midis vero aſſati dentur cōdiendi aceto:ſinapi:forti
vino:origano:et ſimilibus. Siccis autem cū aqua ſa
le et aneto:hoc eñ reſpectu corporum et cōplexiōes
ipſorum eſt obſeruādum. Sed conſiderantes coctio
nis modos et inuicem eos cōparando dicemus cū
eodem Yſaac in libro particularium ſic ſcribēte. Pi
ſces qui cum aqua ſola elixātur:ſunt omnibus lauda
biliores : quoniam eorum viſcoſitatem aqua in qua
fuerant decocti:abſtulit.precipue ſi manducentur cū
ſale:menta:apio:carui:pipere:zinzibere:⁊ ſimilibus.
Quod etiam voluit Auicen.in.ij. canonis.c.cccccl.cū
ait. Modus vero melior in quo piſces coquuntur ē
aliſſibegi id eſt elixi in iuſculis cum predictis reb⁹.
Et infra ſubdit. Et melior ipſorum decoctio eſt vt
coquantur aqua donec ferueat:de inde proijciantur
in eam. Ex quibus patet ꝙ elixi principatum obti-
neant in bonitate:poſt quos ſunt aſſati iuxta ſenten
tiam eiuſdem principis vbi ſupra dicentis. Qđ poſt
modū primū et meliorem.ſ. elixationem ſit modus
illorum qui ſunt aſſati ſuper teſtam :vel vt nos faci-
mus ſuper craticulam:aut ſcđm alios ſuper veru. Ta
liter eñ cocti laudabiliores ſunt ꝙ̄ frixi:dicēte Yſaac
in.v.d.c.preallegato. Corporibus temperatis dētur
piſces aſſati aut cum oleo frixi:tamē meliores ſunt
aſſati. Et in particularibus cauſam huius expreſſit
dicēs. Aſſi piſces frixi ſunt laudabiliores:qꝛ frixi qđ-
dā habent viſcoſitatis propter oleum.⁊ ob hāc cau-
ſam peſſimi ſunt hi qui naturaliter molles et viſcoſi
exiſtunt et friguntur:vt tinche gui et ſimiles. Dete
rior igitur coquēdi modus eſt frixatio:tum quia viſ-
coſitatem piſcibus tribuit:vt dictū eſt:tum etiā qꝛ
piſcis cū oleo frixus ſtomachum emollit:vt Yſaac di
xit in libro.v.d.ca.ſepius adducto. Ideo ſcripſit prin
ceps in ſecundo canonis.cap.vbi ſupra. Piſces frixi
ſunt conuenietes habētibus fortem ſtomachum cū
ſeminibus preparati:ſed aſſati ſunt nutribiliores et
tardioris deſcenſionis ⁊ elixati ſunt econtrario. Et
ideo tutius elixis piſcibus eſt vtendum. et precipue
preparati:ſiue vt docent auctores conditi cum ſale:
aneto:porro et vino ſi piſcis durus ſit ⁊ non viſco-
ſus. Quod ſi viſcoſus eſſet et groſſus:eius viſcoſitas
et groſſities a piſcibus ſic auferetur:vt docet Yſaac
in vniuerſalibus:ſcilicet ꝙ in calido ponantur cinere
anteꝙ̄ decoquantur ſic enim grauitatem amittent
odoris. Et ſi cum aceto preparētur in elixatione ſi-
militer viſcoſitatem eorum remouebis. Illud etiam
eſt obſeruādum quod iuſſit Yſaac vbi ſupra : ſcilicet
ꝙ quilibet piſcis coquinandus in lebetem non ꝓij-
ciatur niſi iuſculum ſuū cum aromatibus prius exco
ctum fuerit:⁊ calido deinde ⁊ bullienti ipſo appona-
tur piſcis.hec enim ſaporitatem reddunt:⁊ ſanguinē
laudabiliorem faciūt.⁊ precipue ſi piſces recentes et
adhuc mouētes coquinētur quomodo eos decoqui
oportet vt idem conſulit ibidē. Non enim permitti
debēt mortui ac per medium ſciſſi a mane vſqꝫ ad ve
ſperas vt aliquādo pataue mulieres facere conſueue
runt. Quoniam caro ipſorum piſcium et preſertim



eſtatis tempore:plurimū alteratur:⁊ ad corruptionē
diſponitur.vnde ad facilem etiam in ſtomacho corru
ptionem diſpoſita ſit magis ac preparata.

¶ Cap.xxxvj.oſtendit naturā cancrorum ⁊ piſcium
ſalitorum cum proprietatibus eorum.

VT ſermo noſter de piſcibus cōpleatur:vi-
detur nobis de cancris ⁊ de ſalitis piſci-
bus dicendū eſſe:cū ⁊ ipſi ad mēſas etiā
nobilium nō raro ſint ſoliti deuenire. De
primis ergo dicemus cū Yſaac in particu
laribus dietis.c.ꝓprio ſic ſcribēte. Cancri et omnes
piſces habentia ſquamas ſunt ſolubiliores. ⁊ hoc te
ſtatur Gal.ſolubiles eſſe ꝓpter ſalitiē eorū atqꝫ acu
mē.proinde ſtomacho ſunt nociui et maxime ſue ner
uoſitati. Quod etiam ſenſit Auicen.in.ij.canonis.c.
clj.dicēs. Caro cancrorū eſt difficilis digeſtiōis ⁊ plu
rimi nutrimenti : ⁊ Raſis in libro.xxij.cōtinentis.c.
cccxciiij.cum inquit. Cancri ſolide carnis ſunt diffici
lis digeſtionis abundantis nutrimenti. Et in fine il
lius capituli auctoritate Bimmaſui dixit. Caro can
crorum ⁊ iura ipſorū cōferunt ptyſicis:et augent in
actu venereo . Haliabas quoqꝫ in.v.theorice.c.xxv.
ſic de ipſis ait. Cancrorū caro oīs ſalſa eſt ſapore:vn
de naturā fluxam facit ⁊ non cito digeritur. Et q̄ mi-
nus ſalſus eſt caro eius lacertoſior ⁊ durior eſt ⁊ ma
gis digeſtioni inobediēs:vnde huius aīalis raro oīs
humorē generat groſſum phegmaticum:ex quibus
nos elicere poſſum⁹ ꝙ frigide ſint cōplexionis ⁊ hūi
de.ꝙ̄uis aliquid nitroſitatis habeant:ſed tñ ab anti
quis vſqꝫ modo que ſit eorū determinata cōplexio nō
repperi a quibuſdā etiā modernorum frigida: exiſti-
matur ꝓpter qđ ſomnū inducunt. Qđ facile creden-
dum eſt cū etiam ethicis cōueniāt:⁊ qꝛ de gñe piſciū
exiſtunt. Uerūtamē maritimi calidiores ſunt ſeu mi
nus frigidi ratione aque in qua ſunt ⁊ rōne ſalſedi-
nis ⁊ maioris ſolutionis q̄ proprie ſunt ſtomacho no
ciui et neruoſitati eius ⁊ ſolubiles propter ſalſitatē
eorum:vt Yſaac teſtatus eſt vbi ſupra. ¶ De cocleis
aūt ranis teſtudinibus ſepijs cōchis et ſimilibus q̄
piſces equiuoce nuncupantur:nihil dictum aut deter
minatū ab antiquis patribus prout via cibi faciunt
inuenimus. Uia tamen medicine aliqua ipſorum ap-
probantur et quia eorum nutrimentū modicū ⁊ illau
dabile exiſtit plus pro guloſis faciēs ꝙ̄ pro ſanitatis
cuſtodia:ideo de ipſis priſci ſapientes ſcribere nolue
runt quos etiam hac in re ſicut et in ceteris ſumus
imitati:nihil de eis ſcribem⁹ preter id quod de ipſis
ſcripſit Gal.in lib.de euchimia cū ait. Sufficiēter au
tem cachochimia ſūt oſtrea ⁊ riritides ideſt coclee et
ſpondili ⁊ omnia ſimiliter talia vocata ab Ariſtotele
oſtracodermia ⁊c. De quibus ſi quis omnino curaue
rit:et gule dānoſe indulgere voluerit platinā videat
⁊ cōdimēta ⁊ ſapores eorū intelliget:et ſimiliter quo
mō coquendi ſint ab eo edocebitur : qui de his ⁊ de
alijs piſcibus in ꝑticulari ſermonē fecit oſtendēs ꝙ̄
eruditus in coquina fuiſſet. Que oīa preterimus:ne
longa inutilis ac ꝓmoleſta ſine neceſſitate noſtra ꝓ-
longetur oratio. ¶ De piſcibus ſalitis dicamus cum
Haliabate in.v.theori.c.preallegato dicēte. Piſcis
ſalſus cōplexione calidus eſt et ſiccus magiſqꝫ ſitim
excitat ꝙ̄ recens:eſtqꝫ phegmaticis cōueniens et hu
midis ſi modico vtantur eſt autē malus cholere do-
minis nigre. Qui aūt piſces ſaliri debeant et qui mi
nime ipſe non expreſſit Sed loco eius Yſaac in.v.d.
c.lix.dixit. Quicūqꝫ piſces mollis ſunt corporis illau
dabiles ſunt ſalſi ſiue multi ſiue pauci humoris ſue-
rint:qui aūt parui ſunt humoris meliuſculi ſunt ſalſi
Si autem piſces viſcoſi fuerint et non multi humo-
ris ſaliti ſunt laudabiles iuxta ſniam Gal.in.iij.ali-
mentorū.c.xxiiij.dicentis. Piſcis viſcoſus multo me
lior ſeipſo ſalitus:deponit enī omne feculentū ⁊ mu
cilaginoſum:et melior quidē piſcis eſt qui multo tem
pore ſalitus:ꝙ̄ qui nouiter inquit ipſe ibidem. Aui.
tñ in.ij.canonis ſenſiſſe videtur oppoſitū cū inquit.
Saliti ſunt meliores ꝙ̄ qui ſunt recētes:deinde illi q̄
ſunt propinqui termino quo ſunt ſaliti:et meliores
iſtorum ſunt illi qui ſunt cōditi cū aceto ⁊c. Et pro co
rum cōcordia mihi videtur ꝙ Gal.intellexerit de pi
ſcibus viſcoſas ⁊ teneras carnes habētibus:de q̄bus
iam locutus fuerat. Auicen.vero de piſcibus durarū
carnium intellexerit. de quibus dixerat ſupra circa
principium capituli.cccccl. Piſcis ille qui habet du-
ram carnē ſalitus melior eſt eo qui eſt recēs:et huius
cōciliationis ratio eſt manifeſta:quoniam piſcis du-
re carnis tam diu ſalitus nimiū videtur induratus ⁊
exiccatus. Non eſt aūt ſic de piſcibus tenerē carnem
habentibus.⁊ ꝙ ita ſit apparet per verba principis
ibidem dicentis. Et ſaliti piſces calidi ſunt ⁊ ſicci:et
ꝙ̄to plus antiquātur:tāto plus in ambobus augmē
tantur. Quomodocūqꝫ aūt ſit:vnū eſt ꝙ ipſorū nutri
mentū eſt malū:vnde plus via medicine ſunt accipiē
di ꝙ̄ via cibi dicēte Raſi in.xxij.cōtinētis.c.ccccxxiij.
Piſces vero ſaliti calidi ſunt ⁊ ſicci:qui incidūt phe
gma et cōferūt vomitui eo ꝙ emittunt phegma viſco
ſum de ſtomacho ⁊ quāto vetuſtiores fiunt:tāto ma
gis calidiores ⁊ ſicciores:ſed laudabiles piſces huiuſ
modi ſunt qui cōdiuntur cū aceto. Et idem in.iij. Al-
manſoris.c.xvj.ſic ait. Saliti autem piſces nullo mo
do ſunt comedendi niſi in die in quo aliquis ſibi me
dicari voluerit. Si tamen eos aliquis appetit parua
ex eis ſumatur ꝙ̄titas:qui cū rebus vnctuoſitatem
habentibus ſint preparati. Qđ faciendū eſſe exiſtimo
ne diu in ſtomacho morentur:eo ꝙ ſitim faciunt:faci
leqꝫ in ipſo corrumpātur ⁊ in malos humores cōuer
tantur.et ideo parū de ipſis aſſumere oportet . De
quibus autē ſalitis comedendū ſit dicimus ꝙ nō de
omnibus abſolute:ſed tātūmodo de laudatis ab au-
ctoribus ⁊ precipue de ſardis que plurimum appro-
bātur a Gal.in.iij.de alimentis.c.xxx.cū ait Precio
ſiſſima enim eſt vtiqꝫ ſarda ſalitura veriſimiliter de-

lectationis gratia ⁊ mollicieí carnis: nominātur autē cōſuere ab oībus iā tales ſaliture ſarde: poſt ſardas aūt ⁊ palamides qui ex ponto deferuntur magis appreciantur. et poſt ipſos qui coracini. et iterum in. c. penultimo eiuſdem libri ſic inquit. Optime autē ſunt earum que ad meam experientiā deuenerunt ſardice a prioribus medicis nominate ſaliture. ⁊c.

¶ Cap. cxxxvij. ponit octo conditiones ⁊ regulas in comeſtione piſcium obſeruandas.

Ut materiā piſcium cōpleamus: nobis videtur de quibuſdam regulis in comeſtione piſcium obſeruandis ſcribenduꝫ eſſe. Quarum prima hec eſt: vt propoſſe frequens vſus ipſoruꝫ dimitta tur propter prauitatē ſui nutrimenti: ⁊ ꝓpter ſuorū nocumentorum multitudinē. vt in. c. cxxviij. viſum eſt. Scōa ſi piſces oīno comedere voluerimus: bonos ac laudabiles eligamus: prout nos docuit Raſis in Almanſore cū inquit. Illi quorū caro non eſt viſcoſa: neqꝫ multū craſſa: neqꝫ malum habēs odorē: neqꝫ cito putrefiēs Inſuꝑ neqꝫ in lacubus: neqꝫ in paludibus: neqꝫ in locis ſordes habētibus ſint capti: neqꝫ in luto malū habente odorē: neqꝫ in aqua malas hñte herbas ſint nutriti: neqꝫ maximi ſint: ſed in oībus mediocres duram carnē habentes ⁊ frangibilem ⁊ ex partibus earū que mouentur et magis ſunt ſquamoſe ⁊c. vt in ſuperioribus capitulis dictum eſt. Tertia regula eſt: ꝙ a lacte piſcium quātūuis laudatorū ſummopere cauendum eſt cū ſit facile putreſcibile ⁊ reliquū cibum corrumpat ⁊c. vt Raſis vbi ſupra teſtatus eſt. Quarta regula: abſtinendū eſt omnino a piſcibus aſſatis ⁊ infrigidatis. ⁊ precipue ſi in loco fuerint humoroſo: quoniā mala multa ⁊ plurima nocumēta ex eis cōſequi poſſunt dicente Raſi in. viij. Almanſoris. c. xxvij. Cū piſces aſſantur: ⁊ infrigidati in loco ſteterint humoroſo: ⁊ ſequenti die comeſti fuerint: ſeua accidentia que ex maloꝝ fungorū comeſtione ſolent euenire accidunt. Que ſunt ſquinātia: colica paſſio: anguſtia anhelitus: ſincopis: ſudor frigidus: ⁊ qñqꝫ ſubito interficiunt teſte eodē vbi ſupra ſed in. c. xxv. Et ideo dixit ipſe in. xxij. continentis. c. ccccxxiij. Piſces comedi debent calidi ⁊ non frigidi. Quinta regula. Piſces aſſati ſeu frixi qui ſic calidi poſt eorum coctionem inter patinas reponuntur ne infrigidētur: nullo pacto comedendi ſunt iuxta ſententiā Almanſoris vbi ſupra ſic dicētis. Si quid aſſatur ⁊ mox cū remouetꝛ ab igne ſuffocatꝛ. ⁊ multis obuolutionibus anteꝙ̃ ꝑ horam expiret vaporem eius exire prohibentibus inuoluatur: ⁊ comeſtum fuerit prouenient ex ipſius comeſtione fluxus ventris ac vomitus: necnon accidentia colerice paſſionis ⁊ nauſea conſequenter Et fortaſſis plerūqꝫ interficit: intellectus quoqꝫ quandoqꝫ per vnuꝫ: ⁊ quandoqꝫ per duos dies inde deficit. hec ipſe. Sexta regula eſt Auicen. in. iij. j. doc. ij. c. vij. dicētis. Piſces ⁊ que eis aſſimilantur poſt laborioſum exercitium non ſunt comedendi: quoniam corrumpētur ⁊ corrumpent humores ⁊ fuit Gal. ſententia in iij. alimentorum. c. xxix. Septima regula ſumitur ex Principe loco preallegato ſic ſcribente. Experimentatores indi et alij iam dixerunt ꝙ lac cū rebus acetoſis edendum nō eſt: neqꝫ piſces cum lacte: quī inde ad egritudines peruenitur permanentes ſicut lepra et hmōi. Errant igitur valde qui in eadē menſa poſt piſcium comeſtionem lac coagulatū accipiunt vt pleriqꝫ facere conſueuerunt. Octaua regula bene obſeruanda eſt: ſi barbulos piſces comederimus ⁊ oua habuerint: ipſa nequaꝙ̃ comedamus in menſe preſertiꝫ maio pernicioſa habentur: teſtis enim ego ſum: quī cum vnus eorum piſcium mihi dono datus fuiſſet: coctus in menſa poſitus multam ouorum habebat quantitatem. Et recordatus quod a vulgo diceretur ꝙ oua piſcis huius abijcienda forent et nequaꝙ̃ aſſumenda ſic mecum incepi cogitare atqꝫ dicere. Miror equidē ꝙ ſi hec res iam diuulgata vera ſit: ꝙ antiqui de piſcibus determinantes hoc ſuis in libris non annotauerint. Et hac cum fiducia duos tantum bolos ex eis accepi: vt hoc in meipſo experirer. Nihil deinde per plures horas poſt prandium nocumenti perceperam. Et putabam falſum eſſe quod diceretꝛ. Hora autem cene ſuperueniente plurimam in ore ſtomachi ſenſi ventoſitatem adeſſe: quam vt diſſoluerē aniſum aſſumpſi: ⁊ nihil cōtulit ⁊ poſt horam facies mea facta eſt ſimillima ſincopiꝫanti ita vt aſtantes ⁊ admirari ⁊ de mea ſalute iam timere inchoaſſent. Ego autem in huiuſmodi diſpoſitione grandem non ſolū in ſtomacho ⁊ ventre: ſed in omnibus membris exterioribus alterationem diuerſamqꝫ quandam complexionem in vnaquaqꝫ carnis parte ſentiebam. Et ſic mihi ſuperuenit paſſio colerica donec ſuperius ⁊ inferius ſimul per plures vices oua purgarentur non niſi magna cū anguſtia grandeqꝫ virtutis proſtratione: atqꝫ cū maximo vite periculo tandem inuocato clemētiſſime ſuper virginis et protectricis noſtre auxilio fui liberatus.

¶ Capitulum. cxxxviij. docet cognoſcere complexionem primam olerum omnium per odorem ⁊ ſaporē ſimul.

Cum oleribus ꝙ̃plurimis et radicib⁹ eorum diuerſimode homines. vti conſueuerint: alijs enim in prima menſa pro ſalatutio. aliquibus vero pro ferculis vtentes. Et ideo videtur vtile de ipſis ſcribendum eſſe vt qui medicum ſemper habere non poſſunt. cuius conſilio gubernentur: cognoſcere valeant que vtiles ⁊ que nociue eis herbe ſiue radices exiſtant: vt ſuam per hec que dicemus poſſint illeſam ſanitatem conſeruare. Uerum. quia hoc minime facere. et



cōſequi poſſent niſi complexionē olerum in vniuerſali ſaltem cognoſcerent: ideo de ipſa prius dicendū eſt ponēdo ſigna per que infallibiliter vnuſquiſqꝫ etiam idiota ſciet calida a frigidis ſeparare. Dicamus ergo ꝙ prima via prout in preſenti ꝓpoſito ſpectat ad cognoſcendum primas qualitates in oleribus dominātes hec eſt. ſ. vt prius olfaciamus ipſa: que ſi bonū habuerint odorē ⁊ acutū precipue: pronunciabimus rem illā abſolute calidā eſſe: pauca illa excipiēdo que ponit Auicē. in cāticis textu cōmēti. cxxij. dicēs. Iudicatur caliditas ſuper cōplexionē cuiuſlibet floris ⁊ cuiuſlibet aromatici: exceptis quinqꝫ. ſ. myrto: ſalice: nenufare: roſis: et violis: ſandalis quoqꝫ et cāphora: licet ipſe nō dicat. Iſta enim ſunt frigida et aromatica. Cetera vero omnia calida ſunt: vt maiorana ſerpillum ⁊ talia que boni ſunt odoris. Et propterea dixit Princeps in. ij. canonis. c. iij. Odores boni acuti nō ſunt niſi in ſubſtātia calida. quod etiā ſenſit Iſaac in v. d. c. v. cū ait. Queciiqꝫ aromatica cum odore ſuū ſaporem habent: ſubſtātia eorū proculdubio calida eſt et ſubtiliſſima. Et fuit Gal. ſentētia in. iiij. de ſimplici medicina diſtinctione. v. c. j. dicētis. Uerū eſt ꝙ res que ſunt odorabiles: ſunt calide ꝓculdubio: cū plurimum vaporis nō ſit ꝓculdubio niſi ex caliditate. Et in libro de ſubtiliante dieta. c. iij. ſic etiam inquit. Si ſcōm odoratum vel guſtum: aut ambos ſimul ſenſus acutū quid et mordens appareat: oportet calidā inciſiuam et ſubtiliantē virtutem ineſſe ei. Scōm hoc autem etſi bonum odorē ſcōm olfatum habens aromatis phantaſiam facit guſtui neceſſe eſt ⁊ hoc calidum eſſe virtute ⁊c. Qō ante ipm voluit Ariſto. in. xij. problematum. problemate. iij. cum dixit. Odor caliditas quedam eſt: et bene odorabilia calida: calidum autē leue eſt. Et in. xx. problematū. problemate. xvj. ſic iterum inquit. Calida bene odorabilia ſemina: propter quod omnino odor per caliditatem quandā fit. Hac igitur prima via cognoſcemus calidas herbas et radices a frigidis. Uerūtamen quia Gal. vbi ſupra dixerat: ꝙ non eſt prudētia iudicare ſuper virtutes medicinarum ſingularium ex odore tātum: quoniam in odore eſt aliquod teſtimonium: ſed eſt paruum: ideo poſtꝙ̃ odoriferam cognoſcemus eſſe medicinam: tranſeamus ad ſecūdam viam. ſ. ad ſaporem ⁊ guſtemus ipſam rem: quoniā ſi inſipidi: vel (vt rectius loquar) nulli⁹ ſaporis fuerit vt aqua cucurbita lactuca ⁊ huiuſmodi: tunc dicemus audacter rem illam frigidam eſſe. iuxta ſententiam Gal. in. iiij. de ſimplici medicina diſtinctione. ij. c. iij. dicentis. Quando inuenimus rem quam ſentimus de guſtu aque: penitus enī non eſt ſapor in aliquo ſuccorum: tūc res in illo ſucco manifeſta eſt: ꝙ ipſe eſt egrediens ab omni caliditate et frigiditate manifeſta: et ꝙ eius complexio aut eſt media aut decliuis ad frigidum parum. hec ipſe. Si autem ſapor illius rei dulcis fuerit: tunc res ipſa calida erit et humida cum equalitate. ſcōm qō idē dixit vbi ſupra. et Auicen. in. ij. canonis. c. iij. Si autem res illa amara fuerit: tunc complexio eius erit calida ⁊ ſicca in tertio. Si vero ſalſa: calida ⁊ ſicca in ſcōo. Si vero acuti ſaporis: calida ⁊ ſicca in quarto. Et cōſimiliter de frigidis dicendum. Si enim rem illam acetoſam eſſe precipiemus frigidam et ſiccam eſſe in ſecundo pronunciabimus. Si autem ponticam vel ſtipticam: frigidam eſſe ⁊ ſiccam in tertio: prout ſupra de ſaporibus ſcripſimus in pluribus capitulis ad que recurrendum eſt. Et ſic per odorem ⁊ ſaporem ſimul iudicabimus ſatis ſufficienter ſuper complexionem olerum: licet etiam ex alijs hoc fieri poſſit. Sed hec que dicta ſunt: quantum ad preſens ſpectat propoſitum qualiacunqꝫ ſint: ſufficiant.

¶ Cap. cxxxix. oſtendit ꝙ olera non ſint comedenda eo: quia nutrimentum eorum ſit malum: ⁊ precipue ſilueſtrium fugiendum.

Poſtꝙ̃ olerum complexio quantū ad primā ipſorum qualitatē ſcita fuerit: ⁊ ſimiliter complexio corporis intellecta: facile vnuſqſqꝫ poterit iudicare ſi tale olus ſibi conueniens fuerit an non. Et propterea plura de hac materia non mihi videntꝛ eſſe ſcribenda. Sed potius dicendum vtilius exiſtimam⁹ vtrum vſus olerum vel ne faciat ad ſanitatis cōſeruationem: et ad hanc queſtionē reſpondemus dicentes: ꝙ nequaꝙ̃ frequens olerum comeſtio ſit conueniens ad ſalutem humani corporis regendā: immo vt in. iij. j. doc. ij. c. vij. Princeps ait. Opꝫ vt ſanitatis conſeruator ſtudeat ne cibi ipſius ſubſtantia ſit aliquod nutrientium medicinalium ſicut olera ⁊ fructus ⁊ reliqua ab ipſis: quoniam ſubtiliantia ſanguinem ſunt adurentia: et groſſa ſunt ipſum phegmaticum facientia ⁊ corpus grauantia. Galienus quoqꝫ in libro de euchimia ⁊ cachochimia dixit. Oleruꝫ quidem nullum eſt euchimum. ⁊ Raſis in. vj. Almanſoris capitulo quinto ſic etiam de ipſis inquit. Olera precipue atqꝫ fructus abſqꝫ magno replent corpus nutrimento. ⁊ humores crudos generant ⁊ malos. ⁊ in libro quarto ſuorum aphoriſmorum. Olera humores humectant. ⁊ ideo non ſunt cibus conueniens. Et hoc proprie de frigidis eſt intelligendum ſicut dictum illud Auerrois in quinto colliget. de calidis ⁊ acutis eſt exponendum cum inquit. Omnes herbe ꝑ ſuam naturam declinant ad humores melancholicos et hoc etiam faciunt a tota ſubſtantia. excepta lactuca ⁊ bugloſſa. et ideo via cibi non videntur conuenire Uia tamen medicine ſeu cibi medicinalis poſſunt quandoqꝫ vt in eſtate valde calida conuenientes eſſe ad remittendum ardorem: ſitim et fortem corporis caliditatem. Et ex eis permaxime vti poſſimus lactuca: endiuie: portulaca. ⁊ huiuſmodi. In hyeme vero minime. Sed calidis: et ſiccis eo in tempore eſt vtendum ſecundū Principem in. tertio primi ⁊ i

centem. Olera cholerica multũ conferunt in hyeme: ſicut inſipida inferunt in eſtate. Via igitur nutrimenti: et vbi reſtauratio queritur eius quod diſſolutũ eſt a membris: hec olera non ſunt eligenda: cum ſuũ nutrimẽtum paruiſſimũ ſit et illaudabile: dicẽte Yſaac in.c.xxviij.dietarum.v.auctoritate Gal'. hoc modo. Ait Gal'.de nutrimento herbarum pauca in corpus veniũt. Que ſentẽtia colligi põt ex ſcðo Alimẽtoꝝ.c.xxxviij.cũ de lactuca ſic ſcripſiſſet. Noſſe oportet oĩbus oleribus pauciſſimũ ⁊ cachochimũ ſanguinẽ generãtibus: ex lactuca autem nõ multũ quidẽ neqꝫ cachochimum: neqꝫ tamẽ euchimũ ſanguinẽ generari. Et in.c.xlj.libri eiuſdem ſic quoqꝫ ait. Ut alimẽtum ex bleta eſt modicũ ſicut ⁊ ex alijs oleribus. Ex quibus plane apparet ꝙ olerũ nutrimẽtum ſit paruiſſimum. Et ideo a ſapiẽtiſſimis et ſanctiſſimis viris cõceſſum eſt in quadrageſima vti poſſe oleribus: radicibus: ſeminibus: granis ſeu leguminibus fructib⁹ et piſcibus: in quibus oĩbus modiciſſimũ reperitur nutrimẽtũ: nõ ſic autẽ carnibus: ouis: caſeo: lacticinijs: et hmõi in quibus magna quãtitas exiſtit nutrimenti. Et ꝓpterea cõcludamus ꝙ rebus iſtis minime ſit vtendum: niſi tpe ieiunij ob legis noſtre ſacratiſſime reuerentiã. In alijs aũt temporibus ſummopere fugiẽda ſunt. Sed ſi quis a me peteret: forſitan olera tãtummodo domeſtica vituperaſti eo q: frigida ſunt et humida: ⁊ vt plurimũ aquoſa naturaliter ⁊ accidẽtaliter.ſ.ratione loci: ſilueſtria autẽ cũ nõ ſint hmõi: ſed ſicciora ⁊ minus aquoſa ac magis calida: ipſa videntur longe magis cõuenientia? Cui reſpõdebimus dicentes ꝙ oĩa olera in via nutrimẽti ſunt illaudabilia: verũ domeſtica minus mala: ſilueſtria autẽ peiora. Et qð ita ſit apparet per Yſaac in.v.d.c.xij. dicentem. Nutrimentum olerum domeſticoꝝ melius eſt: et cito digeſtibile: facile penetrat venas: ſed tñ membris aſſimilari tardius. Et infra ſubdit. Herbe humidis in locis ⁊ terra craſſa naſcentes ad digerendũ et penetrãdum venas ſunt faciliores: ſed tñ humiditatis cauſa ad aſſimilandũ membris dure: ſanguis quẽ generant vti ſubtilis et aquoſus eſt: et carũ nutrimẽta parua ſunt et illaudabilia. Silueſtres vero oppoſitum facere videntur: dicẽte eodẽ vbi ſupra auctoritate Gal'. Herbe ſilueſtres ad comparationem domeſticarum ſicciores ſunt: ideoqꝫ ad digerendum duriores: ſed et ad penetrandũ venas tardiores: ſed tamẽ ſi bene digerantur cito membris aſſimilantur: q: ſiccitate ſua ad coagulãdum vicinãtur. Et poſtea ſubiũxit. Silueſtres herbe nutrimẽto ſunt male ex acuminis et ſue ſiccitatis fortitudine: et hoc quia herbe et alia que in ſiccis locis naſcuntur et calidis: nutrimẽti ſunt ſicci ad digerẽdum duri ⁊c. Que fuit Gal'. ſententia in libro de euchimia et cachochimia dicentis. Ultime cachochimia ſunt omnia ſilueſtria olera ſicut ſilueſtris lactuca ⁊c. Et ſimiliter radices olerũ et raphanidarum: ⁊ alleorum ⁊c. Quare omnino olera dimittamus: et precipue ſilueſtria cum ad ſanitatam minime faciant vt diximus.

Capitulum.cxl.oſtendit de quibus ſit deinceps ſcribendum: et quomodo illa ſint a legentibus intelligenda.

CUm ex oleribus plurima ac diuerſa cibariorum genera fieri cõſueuerint: ſalatutia ſcꝫ fercula: ſapores: mixture: condimẽta: moreta: torte: paſtilli: ⁊ hmõi. de quibus Platina diffuſiſſime ꝑtractauit: ⁊ ideo de ipſis ſcribere nõ intendimus: ſed tantum volum⁹ notificare cõplexionẽ virtutẽ et nutrimentũ olerum omnium vſitatorũ primo: radicum deinde. Poſtea ſeminũ ſiue granorũ ⁊ leguminũ que ſunt in vſu: demum de fructibus olerum: et poſtremo de fructibus arborum dicemus: vt cognitis horũ virtutibus ⁊ nutrimẽtis facile vnuſquiſqꝫ poſſit intelligere que faciant ⁊ que nõ ad ſanitatis cõſeruationẽ: ſciatqꝫ conſequẽter qualiter ⁊ cõpoſita ex illis faciant ad illud idẽ. Cognitis enim ſimplicibus ⁊ cõpoſita per cõſequẽs fient manifeſta. Si enim ſciuerimus ꝙ lactuca: portulaca: endiuia. et hmõi ſint frigida: facile perpẽdemus ꝙ ſalatutium ex eis cõpoſitũ tm̃modo frigidũ erit: ⁊ ſic de alijs ſuo modo. Dicemus itaqꝫ nõ oẽs virtutes herbarũ: ſed eas tm̃ in mediũ adducemus q̃ non ad egritudinũ curationẽ: cũ ad preſens ꝓpoſitũ non ſpectẽt: ſed ad ſalutis faciẽt conſeruationẽ: ordinem alphabeti obſeruando: vt vnuſquiſqꝫ ſine longa inueſtigatione quicquid voluerit poſſit inuenire: et q: herbe ferme ſunt infinite: nõ pollicemur de oĩbus: ſed de magis vſitatis et quotidie ad manus noſtras peruenientibus dicere: que quibus corporibus complexionibus etatibus et temporibus ſint conuenientes et appropriate: ſimiliter ſcribere nõ promittimus: ſed aſtanti et perito iam electo medico prout ſupra diximus: aut lectoris ingenio bonoqꝫ iudicio eius relinquemus: longũ admodũ eſſet ⁊ permaxime moleſtũ ſi de vnaquaqꝫ herba dicere ⁊ replicare vellemus: ꝙ q: frigida noceat ſtomacho: matrici inteſtinis: phlegmaticis: mulieribus: ſenibus: ſeptentrionalibus in hyeme cõſtitutis ⁊c. Similiter ſi calida fuerit ꝙ epati calido: renibus: cholericis iuuenibus: laborantib⁹ in eſtate ⁊ hmõi ſit nociua: ſed hoc in prudẽtia diſcretorum legentiũ ⁊ auditorũ relinquendũ eſt. Verũ q: de gradibus primarũ qualitatũ locuturi ſumus: vt ꝙ aliqua res ſit tẽperata: quedã calida in primo: quedã in ſcðo: alia in tertio: et aliqua in quarto. Jð vt hi termini ab his qui medicine operã nõ dedere intelligãtur. Sciendũ eſt ꝙ olus aut quecũqꝫ res alia: que in corpus noſtrum ingreditur in debita et notabili quãtitate aut ipſum corpus alterat: aut nõ. et ſi non alterat: ſcilicet quia non calefacit: non infrigidat: humectat aut deſiccat tũc talis res in quattuor ꝑmis qualitatibus dicetur tẽperata reſpectu corporis humani temperati. Si aũt alterabit corpus temperatum:



vt verbi gratia: q: ipſum calefaciet: cõſiderandũ erit ſi talis alteratio.ſ.calefactio fuerit occulta vix notabilis: quia nõ eduxit corpus illud notabiliter extra latitudinẽ ſue ſanitatis. ⁊ tunc res illa dicetur calida in primo gradu: vt camomilla ⁊c. Si vero manifeſte talis alteratio percipietur: ⁊ corpus ſe notabiliter ex re illa calefactũ eſſe ſenſerit: res illa erit in ſcðo gradu calida. Si aũt adhuc magis ⁊ corpus plurimum calefactũ fuerit in tantũ vt ſe egrotare ſentiat: calida in tertio gradu nũcupabitur. Si aũt fortiſſime calefecerit ita ꝙ comburat vel interficiat. calidã in quarto pronunciabimus. Quãto igitur res intẽſior in gradu fuerit: et a temperata magis remota: tanto periculoſior exiſtimabitur: ⁊ ideo minor ex ea quãtitas ⁊ rarius erit ſumenda: vel qð ſecurius erit omnino relinquẽda: ne ſanitas ipſa temere corrumpat̃ ⁊ hoc oĩ cũ diligẽtia obſeruandũ eſt: vt a rebus temperatis: aut paulo a tẽperamẽto remotis: vtamur plus tamẽ ⁊ minus ſcðm corporũ diuerſitatẽ: complexionum: etatum: regionum ⁊ ſimilium: a quibus eſt iudicatio ſumẽda vt ſatis eſt vnicuiqꝫ manifeſtũ. Sꝫ quantum eſt ex parte ipſorum cibariorum ſimplicium vel compoſitorum: nil melius eſſe poteſt q̃ temperatis aut temperamento vicinis vti: quare ⁊c.

Cap.cxlj.oſtẽdit naturã et proprietates acetoſe ⁊ apij domeſtici prout faciũt ad ſanitatem.

VOlentes: vt ſupra promiſeramus. ordinem alphabeti obſeruare: incipiemus de oleribus loqui: quorum nomina ab A incipiant: ⁊ non de omnibus: ſed de magis via cibi vel condimenti vſitatis. Ab acetoſa igitur exordiamur que in ſalatutijs ponitur ſepenumero dicentes de ea cum Auicen. in ſecundo canonis.c.liiij. ꝙ domeſtica frigida eſt in primo: ⁊ ſicca in ſecundo ⁊ in ipſa eſt ſtipticitas ⁊ oĩs ſpecies eius ſuperat choleram ⁊ ipſius humor eſt laudabilis. Et illa que nõ eſt vehemẽtis rubedinis plus nutrit. Quod ſenſit Raſis in libro.iij. Almanſoris.c.xviij.cũ dixit. Acetoſa frigida eſt ⁊ ſicca: que ⁊ ventrem ſtringit: et ſtomachum exaſperat: cholerãqꝫ rubeam ⁊ ſitim extinguit. Et propterea ibidem in libro.xxj.cõtinentis c.ccxlviij.ſic ait. Diaſcoridis auctoritate. ꝙ ipſa valet ad diſſinteriam ⁊ fluxum ventris chronicũ. ⁊ proprie ſemina maioris: vt ipſe inquit Gal. auctoritate: vbi dixit ꝙ comeditur acetoſa ab hominibus appetentibus lutũ ⁊ alias huiuſmodi res horribiles: facit quoqꝫ ad appetitum incitandũ: vt idem inquit filij Meſue auctoritate. De apio vero dicimus cum Haliabate in.v. Theorice.c.xvj. dicente: ꝙ calidum ſit et ſiccum in tertio gradu ventoſitatem diſſoluens ⁊c. Similiter cum principe in ſecundo canonis.c.lvj. ſic ſcribente. Apium calidum eſt in primo: ſiccum in ſcðo Ruffus vero dixit ꝙ domeſticum eſt humidum. Verumtamẽ eius radix eſt ſicca cuꝫ cõuenientia: cuius operationes medicinales plurime ſunt: reſoluit enĩꝫ inflationes. aperit oppilationes: ſedat dolores: prouocat vrinam: ſudorem: et huiuſmodi. Verũtamen illa via cibi non commendantur: dicente eodeꝫ vbi ſupra Apium eſt malũ excitans epilepſiam epilepticorum. Et ſtomacho etiam nocere videtur: cum dicat idem ꝙ apium nõ eſt velocis digeſtionis: neqꝫ deſcenſiõis. Et licet quidã dixerint ꝙ oẽs ſpecies eius conferant ſtomacho. Ruffus tamen dixit ꝙ non eſt verum: immo quãdoqꝫ trahit ad ipſuꝫ humiditates malas acutas: ⁊ crudũ de eo in ſtomacho prolongatur ⁊ facit nauſeã. Qð etiam voluit Yſaac in particularibus dietis cũ inquit. Apium datũ proprietatẽ habet cõſtipationem ſoluẽdi ⁊ viam humoribus faciendi eoſqꝫ ad ſtomachum vuluã ⁊ caput attrahẽdi: vnde fit epilepticis nociuũ maxime fetui in vulua exiſtenti. Unde Gal. Pregnantes: inquit: aſſuete apium comedentes ſit cauſa generandi in corpore fetus apoſtema putridas puſtulas. Rurſus nõ debemus ſcðm cibũ apiũ laudare: q̃ hũores totius corporis ad ſtomachuꝫ coadunat: vnde generat vomitum. Et in fine ſubiunxit. Et epileptie vniuerſaliter nocet. Raſis quoqꝫ in tertio Almanſoris.c.xviij. ipſum non cõmendat niſi via medicine: immo via nutrimenti nihil aliud de ipſo dixit. niſi ꝙ luxuriam cõmouet. Et in.xxiij. cõtinentis c.ccccccviij. ſic ait. etiã de ipſo auctoritate Bugerij. ꝙ apium excitat appetitum venereum virorũ ⁊ mulierum: ⁊ ideo lactatrix debet euitare illud: quia excitat ad coitum ⁊ diminuit lac: tamẽ apium bonũ animum facit: ideo vti debet abundanti comeſtione ipſius laborãs fetore oris: ⁊ cõſiliarius regis ſiue alicuius perſone nobilis valde: quoniã frequens comeſtio ipſius in ore ⁊ in ſpiritu ipſoruꝫ nõ dimittit odorem horribilem. Et infra auctoritate Bimmaſui dixit ꝙ nocet epilepticis: ⁊ propterea qui timet epilepſiam fugiant ab eo ⁊ ſimiliter nutrices: vt dictũ eſt: q: pueri ſiue infantes facile in epileptiam cadunt. Et ideo lac comedẽtis apium eſt eis valde periculoſum propter hoc ergo: ⁊ ꝓpterea: quia prouocat eas ad coitum lac diminuẽdo ſummopere vitandũ eſt ſicut etiam placuit Auicen. in libro ⁊.c. ſuperius allegatis ſic ſcribenti. Quidam autem dixerunt ꝙ apium excitat coitum ita donec dixerunt oportet vt ablactans prohibeatur ab acceptione eius: vt nõ corrumpatur lac ipſius ꝓpter exercitationẽ deſiderij coitus. Concludamus itaqꝫ ꝙ via cibi tutius ſit ipſum dimittere q̃ eo frequenter vti: niſi ab his qui fetorem hãnelit⁹ aut oppilationẽ vel aliqð aliud tale patiunt̃. De aneto: abſintio: abrotano: arthemeſia ⁊ huiuſmodi nihil hoc in loco ſcribẽdũ eſt ⁊ ſi ab A incipiãt: qm̃ ꝑ medicinis vtunt̃ tantummõ de q̃bus ꝑſens ꝓpoſitũ nõ intẽdit. de allio aũt in.c. de radicib⁹ infra. ⁊ de aniſo in.c. de ſeminib⁹ et cõdientibus dicem⁹: quare ⁊c.

Cap.cxlij.oſtendit naturã et proprietates baſiliconis maioris et minoris ſiue gariofilati.

Baſiliconis due ſpecies reperiuntur: quodda₃ enĩ maius eſt ⁊ latorũ foliorũ: ⁊ quoddam minutũ dictũ ozimum gariofilatuʒ quorũ quodlibet in via cibi: ſepenumero accipitur. De maiori ergo in primis dicemus: vt virtus eius intelligatur cũ Haliabate in quinto theorice. c. xvj. ⁊ cũ Raſi in. xxj. cõtinentis. c. clxij. dicentibus. Badarungi. i. baſilicon hortulanus latorum foliorum ſcd̃m Diaſcoridem qui comedit multũ de eo mouet ventoſitatẽ: prouocat lac: facit viſus obſcuritatem: ⁊ eſt difficilis digeſtionis. Et poſtpauca ſubiunxit inquit Gal. in vltimo ſecũdi. Baſilicon eſt calidũ in ſcd̃o: ⁊ hʒ humiditateʒ ſupfluã: ⁊ ob hoc nõ eſt iuuatiuũ corpori cũ recipitur interius. Et poſtea ſubdit: et dicitur in libro dictarum ꝙ baſilicon nocet ſtomacho: ⁊ generat malos hũores: ⁊ eſt difficilis digeſtionis. Deinde auctoritate filij Meſue ſic inquit dicit filius Meſue. Baſilicõ eſt calidum in ſcd̃o: ⁊ ſic cum in fine primi: ⁊ habet humiditatem ſuperfluam: ⁊ cũ duplicatur eius aſſumptio generat velociter putrefactionẽ: ⁊ deſiccat pulmonẽ ⁊ pectus: ⁊ laxat ventrem: et generat inflationẽ: prouocat vrinã: multiplicat lac: et eſt difficilis digeſtionis: velocis putrefactionis et corruptionis. Et poſtea ſubiũxit. Inqt Gal. in lib. de accidẽti et morbo. ꝙ baſilicõ eſt de rebꝰ multiplicantibus cholerã. Ait quoqʒ Coſta in lib. de agricultura. Baſilicon minuit mentẽ. Ex quibus patet ꝙ illaudabile ſit: et mali nutrimenti: et minime ſit cõſequenter vtendũ: cũ velox ſit ad putrefactionẽ: et generet humorẽ malum melancholicũ: vt Princeps inquit in ſcd̃o canonis. c. xvj. vbi etiam addidit: ꝙ facit prouenire obſcuritatẽ viſus comeſtum propterea quia cõmouet humiditatẽ eius ⁊ conturbat eam ⁊c. et in libro de viribus cordis dixit. Vſus baſiliconis nõ eſt in letificatione laudabilis: quoniã ſubſtãtia nutritiua que eſt in ipſo: cõtrariatur ipſius medicinali ſubſtantie: etenĩ ſubſtãtia medicinalis efficit q̃ dicta ſunt: nutrimentalis vero ſanguinẽ turbidũ atqʒ melancholicũ generat ⁊ illa ſupfluitas q̃ eſt in ipſo: cauſat inflationẽ in venis ⁊c. ¶ Baſilicon aũt minutuʒ quod gariofilatum dr̃: calidum eſt et ſiccum in ſecundo gradu. teſte Auerroi in. v. colliget. c. de rebus marinis. aperit oppilationẽ cerebri ⁊: valet cõtra cardiacam humidã et cõtra melancholiã et cõtra hemoroidas inquit ipſe. Que fuit Raſis ſnĩa in libro. xxij. continentis. c. cccccxxxiiij. dicẽtis auctoritate Bimmaſui. Ozimum gariofilatum calidũ eſt ⁊ ſiccũ in fine tertij: aperit oppilationes accidẽtes in cerebro: et cõfert in ſaltu cordis accidenti de phegmate et cholera nigra. et ſi comeditur aut olfacitur aperit oppilatiões accidentes in naribus: auget choleram: ⁊ valet ad hemoroidas. In tertio aũt libro Almanſoris. c. xviij. dixit. Albetarogi caliduʒ eſt qd̃ et dolorẽ efficit capitis et male nutrit: cuius comeſtio vtentis viſum turbat quando eo multum vtitur: ſperma quoqʒ ac lac deſiccat: ori tamen ſtomachi cõfert: corroborat enim ipſuʒ atqʒ cordi auxiliatur: et ꝙ de minuto loquat̃. apparet ex eo qd̃ dixit lac deſiccat: ⁊ ſtomacho cõfert cuius oppoſitũ facit baſilicon maius et latorũ foliorũ. Serapio aũt in. c. de berẽgemiſch dixit de eo ꝙ calidum eſt in fine ſcd̃i gradus: cõfert ſtomacho frigido: et facit digerere cibũ groſſum: et cõfert epati et cordi: et aufert cardiacã que fit a melancholia et phegmate: ⁊ aufert triſtitiã et ſolicitudineʒ: et odoriferas facit eructuationes: et q̃uis intantum laudatum ſit a Serapione: tamen per ea que dicta ſunt a Raſi vbi ſupra: mihi videtur ꝙ neutrum ipſorum via nutrimenti cõmendetur ad ſanitatis cõſeruationẽ. et propterea tutum erit ipſo nũq̃ vti: aut q̃ rariſſime: licet cum ſua plurimũ placeat aromaticitate: cũ dicat Gal. in ſcd̃o alimentorũ. c. liij. Licet baſilicone vtantur multi cum oleo ⁊ garo ipſum offerẽtes: peſſimi tñ chimi eſt et ꝑpter hoc infamant quidẽ ipſum dicẽtes. Si tritum immittatur olle vacue celerrime gñat et in paucis diebus ſcorpiones: et magis qñ in ſole quis qualibet die calefecerit ollam. ſed hoc quidem eſt falſum cachochimum autẽ et maluʒ ſtomacho ⁊ indigeſtibile ipm̃ eſſe hoc olus vere itaqʒ dices ipſum. Quare ſuademus magis vt qui eo delectantur: ipſum olfaciant: q̃ manducent ob cauſas ſuperius aſſignatas: quare et cetera.

¶ Capitulum. cxliij. oſtendit naturam et proprietates blitis: boraginis: et bugloſſe: cum earum iuuamentis.

Bleta blitis ſiue ſicla: vt Raſis inqt i. xxij. cõtinẽtis. c. ccccxxvj. Diaſcoridis auctoritate: duas habet ſpecies. Quedã enim eſt nigra. que ex vehementi viriditate ipſius declinat ad nigredinẽ: et hec cõſtipat ventrẽ. Sed ſpẽs alia q̃ eſt alba laxat ventrẽ: et ſpẽs vtraqʒ eſt mala ex pte nitrea q̃. eſt in eis. Ideo ſuccus eius mũdificat quotiẽs imponit̃ in naribus ⁊c. et infra auctoritate Gal. in. viij. tractatu. ſic etiã inquit. In bletis ſunt vires baurachie. et ideo excitant ventrem ad ſolutionem: et pungunt inteſtina: et ſtomachum ꝑprie ſi fuerit boni ſenſus: ideo blete nocent ſtomacho. et preſertim habẽti ſtomachum in hoc vitio defectiuũ: ſi abundãs fuerit earũ aſſumptio: ⁊ nutrimentũ ipſarũ eſt modicum admodũ aliorũ olerum et poſt aliqua auctoritate Bimmaſui ſic ait. Blete calide ſunt et ſicce in primo et in principio eius: q: in eis eſt acuitas modica ex ſalſedine q̃ eſt in eis: ideo nocẽt ſtomacho: ſed magis cũ dominatur viſcoſitas et abſterſio: et humor generatus ab eis nõ eſt laudabilis ex ſalſedine et bauracitate earũ. et hoc eſt qd̃ voluit Haliabas in. v. theorice. c. xvj. et Auerrois in. v. colliget cuʒ dixit. Blete humores generant groſſos et viſcoſos et phegmaticos. Et ſimiliter Iſaac in particularibus dietis cum inquit. Sicla quam vulgus blitam appellãt: calida eſt et ſicca in primo gra-



du: illaudabile preſtat ſtomacho nutrimẽtũ propter quãdã ſui acuminis multitudinẽ: vſus igit̃ eius non eſt frequẽtandus: et precipue ab habentibus ſtomachi debilitatem: immo dimittẽda eſt potius cum magis ſit medicina q̃ cibus: dicẽte Gal. in. ij. Alimẽtorum. c. xlj. Alimentum ex bleta modicum eſt ſicut ab alijs oleribus: magis tñ idonea eſt q̃ malua ad oppilationes epatis: adhuc aũt magis qñ cũ ſinapio: aut omnino cũ aceto comeditur: et ſpleneticis eodẽ modo fit bona medicina. Et ſubdit. Merito autẽ quis dicet ipſam medicinã magis q̃ alimentũ quando ſic comeditur ⁊c. ¶ Borago aũt: vt Iſaac inquit loco allegato. calida eſt et humida in primo gradu: habet proprietatẽ leticiã generãdi ſi in vino miſſa potetur: cor etiam confortat: proinde antiqui miſcebãt eã medicinis cardiace paſſioni valẽtibus. Et vt auctor inquit pandectarũ. Virtutẽ habet generãdi bonos humores. et vt ipſe inquit auctoritate Diaſcoridis: valet cõualeſcẽtibus et ſincopiʒantibus cardiacis ⁊ melancholicis comeſta cũ carnibus. Et ego puto ꝙ ipa ſit vna ſpecies bugloſſe cum ſatis in figura forma et virtute ipſi aſſimiletur. dixit enĩ de ipſa Raſis in lib. xxiij. cõtinẽtis. c. ccccccj. Diaſcoridis auctoritate. ꝙ ſi ponitur invino: et vinũ illud bibitur preſtat leticiã. Et vt dixit Gal. in. vj. de ſimplicibus. c. lxxxiij. Cõplexionem habet calidam et humidã: ideo ſi ponitur in vino letificat: et cõfert tuſſi ⁊c. Qd̃ etiã cõferat cordi patet per Auicẽ. in. ij. iij. c. iiij. dicentem. Super bugloſſam vero ſis audax: ⁊ nõ timeas maliciã eius: et vtere ea cum omni qd̃ in potu tribuis ⁊ in cibo das: etenim iã cucurrit cõſuetudo vt in potu tribuatur: ⁊ ſimiliter aqua eiꝰ diſtillata. In tractatu quoqʒ de viribus cordis dixit: ꝙ cor confortat. Poſſumus igit̃ ſecure boragine et bugloſſa in ſalatutijs vti cũ lactuca ⁊ alijs infra dicendis laudabilibus ipſis: ergo hec que iã dicta ſunt volumus vt pro quãto preſenti pertinẽt propoſito ſufficiant. ¶ De betonica vero branca vrſina ⁊ hmõi pure medicinalibus nihil dicendum eſſe iudicamus. De bateca vero infra de fructibꝰ olerum. De bulbo et bautia in capitulis de radicibꝰ dicemus: illuc ergo recurratur. De braſſica vero in ſequenti capitulo. quare ⁊c.

¶ Cap. cxliiij. oſtendit naturam et proprietates et nocumenta caulium et omnium ſpecierum ipſarum.

Caules ſeu braſſice: vt malis appellare: duas precipuas ſpecies habẽt. Quarũ vna ſimilis bliti dicit̃ ⁊ eſtiualis: ⁊ eſt illa que aperta et ſeparata habet folia. Altera vero ſpecies hyemalis eſt rotũda habẽs albiora ac ſtrictiora: atqʒ magis inuicẽ ſuperpoſita folia: quam vulgares noſtri caputios appellãt: antiqui vero canabith aut carãbia. et vt Haliabas dixit in. v. Theorice. c. xvj. et Iſaac in libro particularium dietarum. Natura caulis frigida eſt et ſicca in primo gradu: ideo turbidũ ⁊ melancholicum ſanguinẽ generat horribilem odorẽ dantẽ: eſtiuales enim vſionẽ generant ſanguinẽ cholere vſte vicinũ qd̃ eorum acumen monſtrat: proinde ſunt colatiui ⁊ mũdificatiui. Hyemales vero tanti acuminis non ſunt. ſed vis eorum ventrẽ humectat ⁊ vrinã prouocat. Et vt ab eorum nocumento temperent̃: elixẽtur. ⁊ aqua prima proiecta ⁊ in alia aqua coquantur cũ pinguiſſima carne pecudis vel ſuis. et condiantur coriandro: pipere: ⁊ cimino: ⁊ allio: et eſui donentur. Hoc etiã de nutrimento ipſorum ſenſit Auerrois in. v. colliget cũ dixit. caules ſunt frigidi ⁊ ſicci: et ideo neceſſario generant humorẽ melancholicũ. ⁊ princeps in. ij. canonis. c. cxliij. ſic etiã ſcripſit. Nutrimentũ caulium eſt paruũ ⁊ humidius nutrimẽto lentiũ: ⁊ ſanguis eius eſt malus cum ergo coquitur cũ carne pingui ⁊ gallinis fit bonus parũ. et infra ſubdit. Eſt malus ſtomacho: et eſt tarde digeſtionis. ⁊ precipue canabith eſt groſſi nutrimenti ingroſſans ſanguinẽ cũ nõ diſſoluitur: ⁊ inflat vſqʒ ad partes furcule ⁊ lateris: et facit doloroſuʒ corpus. Que quoqʒ fuit ſentẽtia Almanſoris in libro iij. c. xviij. Caulis qui imperialis dicitur: calidus eſt ⁊ ſiccus choleram generans nigram: ⁊ ſomnia mala videre facit. Verũtamẽ guttur et pectus lenit ventrẽ quoqʒ fluere facit atqʒ ebrietatem aufert ⁊c. Et idẽ Raſis in libro. xxiij. cõtinentis. c. ccccclxxxiij. auctoritate Diaſcoridis ſic inquit. Caulis elixus non bene: ⁊ comeſtus laxat vẽtrẽ: tñ bene et ꝑprie elixus bis cũ duabus aquis retinet ventres. Sed caulis naſcens in eſtate malus eſt ſtomacho. et poſt aliqua ſubiunxit. Medulla eius melior eſt ſtomacho et magis prouocans vrinã q̃ alia pertinẽtia eius. Et poſt multa dixit auctoritate Gal. in libro nutrimẽti. Corpus acquirit de caule nutrimentũ modicũ humidũ ad modũ nutrimẽti lenticularũ: q: nõ habet in ſe ſoliditatẽ corporis et tarditatẽ more: q: olus eſt: et ſanguis eiꝰ non eſt bonus admodũ ſanguinis lactuce: ſed eſt malus et horribilis odoris. Et poſtea auctoritate Bimmaſui ſic inquit. Caulis calidꝰ eſt et ſiccus in primo ⁊ naſcens in eſtate malus eſt ſtomacho cum eo quod eſt in eo de acuitate. Et demum de canabith ſic ſcripſit. Caulis canabith groſſior eſt et tardior in ſtomacho digeſtione: generat ſanguinem turbidum: ⁊ ſi comeditur cum carne pingui: aut cum gallinis melior erit: aut cum oleo amigdalino. et idem etiam ipſe replicauit in. xxv. eiuſdẽ. cap. j. Preparentur itaqʒ caules vt dictũ eſt: et non niſi raro ab in exercitatis hominibus aſſumant̃: et in eſtate nequaq̃: ſed in hyeme. Obſeruetur etiã quod Gal. precepit in ſcd̃o de alimẽtis. c. xlij. dicẽs. Sic caulẽ prepara memorãs illius ante oĩa ꝙ nõ opʒ tangere: neqʒ aerẽ: neqʒ aquã frigidã ꝙ bis elixatur non adhuc enim bene fit tenerũ: neqʒ ſi ad plurimum decoxeris: ſed oportet in inſtanti habentes aquam calidam preparatã extrahẽtes ex priori trãſmutare mox in illã ⁊c. De cicorea vero dicemꝰ in. c. de endiuia ſequenti: quoniam eſt vna ſpẽs eius.

De capparibus vero in capitulis de fructibus oleꝛum. De reliquis autem incipientibus a.C.quia in medicinalia ad cibum minime veniẽtia:ideo de ipſis nihil eſt ad preſens ſcribendum.

¶ Capitulum.cxlv.oſtendit naturam endiuie ⁊ etiã cicoꝛee que eſt vna ſpecies eius cum ſuis iuuamẽtis et nocumentis pꝛout veniunt ad cibum.

Endiuia:vt dixit Auerrois in.v.colliget: duas habet ſpecies. Quedam enĩ eſt ſilueſtris:⁊ quedam domeſtica. Silueſtris que cicoꝛea dicitur: eſt frigida et ſicca in pꝛimo gradu. Domeſtica vero eſt frigidioꝛ et humidioꝛ. Cum quo Yſaac in particularibus dietis videtur cõuenire cum inquit. Endiuia duplex eſt:domeſtica et ſilueſtris. Domeſtica diuerſe eſt virtutis:habet enim amaritudinem:põticitatem:et inſipiditatem. Que iterum in duas partes diuiditur. eſt enim hyemalis et eſtiualis. Hyemalis autem inſipida eſt pꝛopter ſue amaritudinis paucitatem:⁊ inſipiditas eius pꝛopter tempoꝛis frigiditatem ⁊ humiditatem:vnde frigida eſt in fine pꝛimi gradus: alij dicunt in pꝛincipio ſecundi gradus: et quidã dicunt eã eſſe humidam quod ſenſui non apparet. Eſt aũt ſiccitas palam pꝛopter amaritudinẽ ſuiꝗ põticitatem. Eſtiue autem amaritudo eſt maioꝛ et minoꝛis frigiditatis:frigida enim eſt in pꝛimo gradu:⁊ ſicca in medio eiuſdem:pꝛoinde peioꝛem generat ſanguinem:vt inquit Gal'. ꝙ̃ lactuca:et deterioꝛẽ:quia maioꝛis eſt amaritudinis.et in fine capituli dixit. Silueſtris endiuia frigida eſt in initio pꝛimi gradus:⁊ ſicca in fine eiuſdẽ: ideocꝫ habet ponticitatẽ ſtomachũ cõfoꝛtantẽ:que ſi comedatur aut ſuccus eius potetur moꝛſui ſcoꝛpionis ſubuenit:et cathaplaſmata idẽ operat̃ ⁊c. Auicẽ.quocꝫ in.ij.canonis.c.ccxxij. plurimũ ipſam in via medicine cõmendauit: ſed modicũ admodũ in via nutrimẽti cũ ſcripſit. Ambe ſpecies vincũt lactucam in operando:et in pꝛeſtãdo iuuamẽtũ oppilationi epatis:quis minoꝛẽtur ab ea in cõfoꝛtãdo ⁊ in extinguendo: ⁊ magis iuuatiua ex eis epati eſt illa que eſt magis amara.ſ. cicoꝛea. Natura enĩ endiuie frigida eſt in pꝛimo:et ſicca in fine eius. Et hoꝛtulana eſt frigidioꝛ ⁊ humidioꝛ:⁊ eius quidẽ amaritudo in eſtate ſit foꝛtis:⁊ declinat ad paruã caliditatẽ que nõ efficit impꝛeſſionẽ: ⁊ operationes eius ſunt quia aperit oppilationes epatis et venarũ: et viſcerũ oĩm:ſedat nauſeã et excitationẽ cholere: ⁊ confoꝛtat ſtomachũ: et eſt de melioꝛibus medicinis ſtomachi calidi:⁊ ſilueſtris quidẽ melioꝛ eſt ſtomacho ꝙ̃ hoꝛtulana:et dicit̃ ꝙ eſt ꝯueniẽs oppilationi epatis quomodocũꝗ ſit. Calide quidẽ eſt vehemẽter cõueniẽs:⁊ nõ eſt nocumẽtũ ipſius frigide: nocumẽtũ reliquarũ ſpecierum olerũ frigidoꝝ. Qđ etiã ſenſit Raſis in tertio Almãſoꝛis.c.xviij.cũ ait. Endiuia frigida exiſtẽs extinctionẽ male gignit caliditatis : ꝙ̃ ſtomachi ac epatis ardoꝛẽ cõfert: oppilationẽ quocꝫ diſſoluit. Et in libro xxiij.ꝯtinẽtiũ.c.ccccccccxiiij.dixit auctoꝛitate Diaſcoridis.ſilueſtris eſt melioꝛ ad opus ſtomachi. Et iñfra auctoꝛitate Gal'.in.viij.ſic inquit. Cõplexio endiuie ſilueſtris frigida eſt ⁊ ſicca in pꝛimo: tñ hoꝛtẽſis infrigidatio maioꝛ eſt infrigidatione ſilueſtris ob cauſam illius qđ mixtũ eſt cũ ea de aquoſitate aliena: ⁊ abundãti deficit ab ea ſiccitas:ſed vtraꝗ ſpecies ſapoꝛem habet ſtipticum. Subdit deinde et dixit auctoꝛitate Ibimmaſui. Endiuia eſtatis ex manifeſta amaritudine que ſit in ea declinat ad caliditatẽ: ⁊ in hyeme ecõuerſo:ſed ſummarie frigida eſt in pꝛimo.⁊ ſicca in medio ipſius:miſcetur cũ ea aliqua caliditas ſi fuerit in eſtate: confoꝛtat ſtomachum: aperit oppilationes in epate:et abſtergit id quod in eo fuerit. Et poſtremo dixit auctoꝛitate Gal'.in Diamir. et ideo eſt de melioꝛibus medicinis ad opus coꝛruptionis epatis calidi. Et ꝓpterea ab habentibus calidas cõplexiones ſepius ⁊ maioꝛi cũ fiducia accipiatur cruda vel cocta pꝛout ſtomachus foꝛtis extiterit.quare ⁊c.

¶ Capitulum.cxlvj.oſtendit naturam eruce cũ pꝛopꝛietatibus eius et nocumentis.

Eruca ſcðm Haliabatem in.v.Theoꝛice.c.xvj eſt calida in tertio: et humida in pꝛimo:ſubtiliat:ſperma generat:coitus excitat appetitum: doloꝛẽ capitis facit ⁊c. Scðm alios tamen aliter eſt graduãda. nam calida in ſecundo:et humida in pꝛimo exiſtit: vt Yſaac inquit in particularibus dietis vbi ſic ipſe ſcripſit. Eruca comeſta capitis doloꝛem generat: ventoſitatem ⁊ inflationem facit:que ſi manducetur cocta ſpermati tribuit augmentum pꝛopter caloꝛem cum humiditate eius. Vẽtris vero inflatio ſit pꝛopter calidam ventoſitatem: ſed tamen quia capiti doloꝛẽ facit:cholerici et ſanguinei illam caueant:diligentibus autẽ eam comedere detur cum endiuia:lactuca: poꝛtulaca et ſimilibus. ſola enim accepta generat caloꝛem:digeſtionem coꝛrumpit:ventrem conſtipat:ſpermatis deſiccat humiditatem in calidis : frigidis autem coitum augmentat:et ideo eis conuenit:quia eorum digeſtionem adiuuat:vẽtrem humectat:coitum et ſperma augmẽtat.hec ipſe. A quo Pꝛinceps Auicen.in ſecundo canonis.c.ccxxj. videtur accepiſſe dicens.ꝙ facit ſoda:et pꝛopꝛie ſi comedatur ſola: lactuca vero remouet nocumentum ab ea: et ſimiliter endiuia et poꝛtulaca facit lac abundare : et in ipſa eſt digeſtio cibi: ſcilicet in complexionibus frigidis : quoniam in calidis oppoſitũ faceret : vt ſupꝛa viſum eſt. et fuit ſententia Almanſoꝛis in tertio.capitulo.xviij. dicentis. Eruca calida eſt:que inflatiua exiſtens capitis creat doloꝛem:tardeꝗ digeritur: ſed virgam erigere facit. Et idem in libꝛo.xxj.continentis.c.cxc. dixit auctoꝛitate Diaſcoꝛidis in ſecundo. Eruca excitat appetitum coitus : pꝛouocat vꝛinam: pꝛocurat



digeſtionem:et laxat ventrẽ:et eſt calida in ſecũdo:et humida in pꝛimo:⁊ quia eſt eius caliditas maioꝛ ſua humiditate: eſt generatiua vẽtoſitatis: addit ad coitum:facit erigere virgam:⁊ cum comeditur ſola inducit ſodam:et qui vtitur ea comedat cũ ipſa lactucas: ſcariolas: et poꝛtulacas. Et de pꝛopꝛietate eruce eſt pꝛouocare vꝛinam:laxare vẽtrem:pꝛocurare digeſtionem:et tenere inſtrumẽtum virge erectum. Que omnia etiã Pauli auctoꝛitate cõfirmauit. Et in li.xxv. eiuſdẽ.c.j.inquit. Debes poſt comeſtionem eruce comedere de lactucis aut de endiuia ſilueſtri:ſinautem comedere debes tantum eam ſi vis vti actu venereo: ad id enim non modicum valet:dicẽte Gal'.in.ij. Alimentoꝝ.c.l. Calefacit potenter hoc olus: vt neꝗ ſolum comedere ipſum facile ſit ſine mixtura folioꝛum lactuce:ſed ſperma generare creditum eſt:⁊ impetus ad coitum excitat: doloꝛatiuum autem capitis eſt et magis ſi quis ſolum ipſum comedat. Quare aut omnino dimittenda eſt:aut cum lactucis aſſumenda: vt ſupꝛa diximus. ¶ De enula vero nihil ad pꝛeſens dicitur:cum eius radix tantummodo ſit in vſu:ideo de ipſa ſermonem faciemus cũ de radicibus loquemur. De eufragia autem eupatoꝛio ⁊ talibus pure medicinalibus ab.E.incipientibus nihil etiam in pꝛeſentia dicendũ opinamur:quare ad ea tãtũmodo olera que ſunt in vſu trãſeamus ſcðm oꝛdinem iam inceptum.

¶ Cap.cxlvij.oſtẽdit naturam feniculi et modũ vtẽdi ipſo ſicut et ceteris aperientibus ⁊c.

Feniculus a vulgaribus noſtris herba bona dicitur.qui ſcðm Auerro.in.v.colliget calidus eſt in tertio gradu: et ſiccus in ſecũdo:et pꝛopter hoc pꝛouocat lac vꝛinam et menſtruã: et cõfert oculis ⁊c. Yſaac vero in particularibus dietis dixit : ꝙ feniculus domeſticus calidus eſt in medio ſecũdi gradus:⁊ ſiccus in medio pꝛimi inobediẽs digeſtioni: ſed tñ ſcðm medicinam valet ad diuturnas febꝛes et pꝛouocationẽ vꝛine ⁊c. Auicen.aũt in.ij.canonis.c.cclxxj.ſic ait de ipſo. Natura ſilueſtris eſt vehementioꝛis caliditatis ⁊ ſiccitatis:et eſt dignius tertio: hoꝛtulani autem caliditas eſt in ſecũdo:aperit oppilationes:acuit viſum. Et Democritus quidẽ exiſtimauit ꝙ venenoſi vermes paſcunt feniculi recentis ſemen: vt coꝝ viſus cõfoꝛtetur: ⁊ vipere et ſerpẽtes fricant oculos ſuos qñ egrediuntur de cauernis ſuis poſt hyemẽ ſuper ipm vt illuminẽtur oculi coꝝ. Et humidus comeſtus facit exuberare lac:veruntamẽ eius digeſtio eſt tarda:et ipſius nutrimẽtũ eſt malũ:ꝓuocat vꝛinã ⁊c. Que fuit ſñia Raſis in.xxij.cõtinẽtis.c.cccxlvj. dicẽtis auctoꝛitate Diaſcoꝛidis. feniculi comeſti augẽt lac. Et iñfra ſubiũxit auctoꝛitate Gal'.in octauo. ꝙ aqua hoꝛtenſium feniculoꝝ calefacit violẽter:ita ꝙ poteſt poni in tertio: ſed deſiccat in pꝛimo: ideo generat lac ⁊c. Et per hoc ſaluat̃ Auerr.qui in tertio gradu caliditatis poſuit ipſũ. Deinde ſubdit auctoꝛitate Ruffi ꝙ ſunt groſſi ⁊ mali nutrimenti:tamen pꝛouocãt vꝛinaꝫ. Et dixit in libꝛo regiminis. Feniculi difficilis digeſtionis ſunt ⁊ modici nutrimẽti:tamẽ faciunt ad pꝛouocandum vꝛinã. Poſtremo dixit auctoꝛitate Gal.in lib. appoſitarũ moꝛbis medicinarum : ꝙ reptilia comedunt de feniculis ⁊ ſeminibus eoꝛum recentibus ad acuendũ viſum ipſoꝛũ. ¶ Nos vero de mente Gal. in lib.de diſſolutione cõtinua dicimus: ꝙ feniculus apium cuminũ ⁊ huiuſmodi aperientia non ſint frequẽtanda pꝛopter nocumenta que faciunt ex longo vſu eoꝛũ. dixit enim ibi Gal.hec verba. Licꝫ eruca: ciminum:feniculus:⁊ huiuſmodi cõferant ei qui indiget apertione oppilationis ſpenis ⁊ epatis ⁊ pectoꝛis ⁊ cerebꝛi:⁊ incidant ſubſtantiã ⁊ ſubtilient: ſed tamen nõ opꝫ ꝙ aliqs multũ vtat̃ eis:nã ſanguinẽ adurunt ⁊ reddũt ipſum ſubtilẽ:⁊ hi cibi minuũt coꝛpus poſtea ipm debilitãt: ⁊ poſtea calefaciũt ſanguinẽ calefactione nimia:⁊ reddunt plurimũ eius in choleraꝫ citrinam:⁊ poſtea ſi continuus ſit vſus eoꝛũ ex ipſorum cõtinua aſſumptione diſſoluitur ſanguis ſubtilis:⁊ deducitur ad deſiccationẽ ⁊ groſſitiem : ⁊ ex co plurimũ ſit cholera nigra:⁊ qñꝗ generat̃ ex iſtis lapis in renibus nociturus ⁊c.hec ipſe. Sed dicet quiſpiam:quomodo faciunt lapidẽ in renibus huiuſcemodi aperitiua:cũ facientia lapidẽ ſint oppilatiua groſſa:⁊ viſcoſa vt oẽs fatentur:illa aũt ſunt aperientia ⁊ ſubtiliantia:igitur nõ videntur poſſe lapidẽ cauſare. Cui reſpondebimus dicẽtes ꝙ verũ eſt ꝙ ipſa aperientia ꝑ ſe hoc minime facere poſſint iaꝫ dicta rõne Veruntamen ꝑ accidẽs lapidẽ poſſunt generare deducendo groſſa cibaria ad vias renũ ⁊ veſice : ⁊ pꝛopꝛie cũ eis admiſcentur:que groſſa cũ ſubtiles vias penetrare nõ valeant:ibidẽ retinentur ⁊ aduruntur a renũ caliditate:⁊ ſic cauſam lapidis per accidens eſſe fatemur. Et ideo hmõi diureticis ⁊ aperientibus cum cibis non eſt frequẽter vtendũ. Ad feniculum itaꝗ redeundo dicemus ꝙ cum potius ſit medicina ꝙ̃ cibus cũ de numero ſit diureticoꝛũ vt viſuꝫ eſt niſi ſuis operationibus indiguerimus:erit ſummopere fugiendꝰ pꝛopter ea ꝙ̃ ſupꝛa diximus:⁊ qꝛ difficilis eſt digeſtionis ⁊ mali nutrimẽti ⁊c. De iſopo:iunipero ⁊ reliqs omnibus vſꝗ ad lactucam:quia raro eis vtimur. Et pꝛo medicinis tantummõ:et nõ ꝑ cibis:nõ ſcribemꝰ.

¶ Cap.cxlviij.oſtendit naturaꝫ lactuce ponẽdo laudes iuuamenta ⁊ ipſius ad ſanitatem nocumenta.

Lactucam inter cetera olera via cibi ⁊ nutrimẽti cõmẽdatã maximeꝗꝫ appꝛobatã inuenio. Quã debemus ponere frigidam in pꝛimo vel in pꝛincipio ſcði gradus vt inquit Auerrois in.v.colliget. Haliabas vero in.v.Theoꝛice.c.xvj.fecit eã frigidioꝛẽ cũ ait. Dico ꝙ lactuce cõplexio eſt frigida ⁊ hũida in ſcðo gradu

vltimo magiſq; reliquis nutrit oleribꝰ: et ſuauioris eſt ſaporis: et ſanguis qui ab ea generatꝰ laudabilior eſt aliorum ſanguine olerum. Quod etiam cum eo ſenſit Princeps in .ij. canonis .c.ccccliij. dicēs. ꝙ ille qui dixit ꝙ lactuca ſit frigida in tertio gradu: iudicauit de ipſa ꝙ ſit mali nutrimenti et pauci: et non eſt ita: immo videtur ꝙ ipſa ſit in ſcđo. Et poſt pauca ſubiūxit. Sanguis vero ex ea generatus eſt melior ſanguine generato ex oleribus: et nutribilior eſt: et illa preſertim que eſt elixata: et illa que nō eſt abluta eſt melior. Ablutio enim addit ei inflationē: et ſimiliter omnibus oleribus frigidis: et eſt velocis digeſtionis: facit ſomnū: et remouet vigilias elixata et cruda: et cōfert alienationi et aduſtioni ſolis in capite ⁊c. Et infra dixit. Et portulaca quidem eſt bona ſtomacho: ⁊ eſt velocis digeſtionis: et acceptio eius cū aceto facit appetitum: et remouet icteritiā et ardorē ſtomachi. Et iſta etiā fuit Yſaac determinatio in libro dietarū vniuerſaliū dicētis. Laudabiles herbe in bono generando ſanguine ſunt lactuce: ſanguinē enim generāt naturali vicinū. Et in particularibus inquit. Lactuca cū ſit mediocriter frigida et humida: melior eſt ceteris herbis ad generandū bonū ſanguinem in qualitate et quātitate: que ſi nō lauetur aqua melior eſt: qm̄ aqua ſue frigiditati etiā humiditati prebet augmentum: cito digeritur: vrinā prouocat: morſionē ſtomachi de cholera rubea ortā extinguit: vnde tuſſim placans ſanguinis ebullitionē refrigerat: ſomnum vigilias habētibus preſtat laudabilē: capitis dolorem de cholera rubea vel ſanguine factum amputat: ⁊ cocta plus ꝙ̄ cruda eſui conueniens: lac augmentat ꝓpter bonitatē ſanguinis quē generat in qualitate quantitate et perfectione: ſed tamen cū induratur et lactis copiā habuerit eius humiditas minuitur: et fit amari ſaporis: vnde fit aperitiua: ⁊ ſanguinē generat peſſimū: idcirco eā aſſueſcētibus fit nociua: qꝛ tenebroſitatē in eorum oculis facit: et ſpermatis naturā corrumpit ⁊c. Hoc etiā voluit Raſis in .iij. Almāſoris .c.xviij. cū ait. Lactuca frigida eſt: que calidi ſtomachi naturam reprimit: atq; ſperma minuit: ſomnūq; facit. Et in .iiij. ſuorum aphoriſmorum libro dixit. ꝙ viſum debilitat et calorem innatum. Gal. quoq; plurimū lactucas commēdat in pleriſq; ſuorum operum. Dixit enim de ea in ſecūdo de alimentis .c. xxxviij. Lactuca mihi in conſuetudine ex multo tēpore fuit: laborioſam vero nūc habens maſticationē induxi decoctionē. Vtebar autem lactucis in iuuētute quidem cholerizante mihi cōtinue ſuperiori ventre infrigidationis gratia: cum autem ad etatem veni prouectam: remediū erat mihi ſolum olus hoc: vigilie econtra ꝙ̄ vt quando iuuenis eram: ſtudenti mihi circa ſomnum: conſuetus enim voluntarie vigilare in iuuentute ſimulq; prouectorum etate vigilata ente: inuoluntarie vigilās grauabat: ⁊ mihi adheſi pharmacum vigiliarum qđ erat de ſero comeſta lactuca. In lib. quoq; de euchimia .c. vltimo dixit. Lactuca eſt innocuum olus: ⁊ infrigidatiuum: quod offerri poteſt per acetum et garum .i. ſalem. Non eſt igitur: vt etiā teſtatur Raſis in .xxj. continētis .c.ccxcviij. auctoritate Galieni. de lactucis dicendum ſicut imperiti quidam medici qui vituperāt eas: narrantes multum ſanguinem generari ex eſu ipſarum inducētem repletionem ſanguineam: et hec eorum verba habeo pro laude et non pro vituperio: et ſi eſſet vt ipſi dicunt: eſſent etiam lactuce meliores alijs oleribus: et cibis alijs generātibus ſanguinem magis ceteris humoribus: et ſi dubitaretur de hoc: prohiberi vel diminui poſſet hec repletio ſubtrahendo lactucas: et iniungendo exercitiū: ſed res non ita ſe habet ⁊c. Et licet ſanguinem laudabilem generent plus alijs oleribus et impinguent: vt dixit Raſis auctoritate Coſte in libro de agricultura. tamē quia comeſte aſſidue debilitant viſum: infrigidant corpus: ⁊ reddunt ipſum pigrum: et nocent inteſtinis: ⁊ remouēt appetitum coitus: vt idem ait auctoritate Ruffi ſepenumero non aſſumantur.

¶ Capitulum .cxlix. oſtendit naturam et proprietates maiorane: meliſſe et mente quo ad cibum.

Maiorana nonnulli in cibis ſuis vtūtur: cū mihi de mente ſapientum antiquorum videatur ꝙ plus viam medicine ꝙ̄ ciborum ingrediatur: cum calida ſit et ſicca in tertio: vt inquit Princeps in ſecundo canonis .c.cccclxxiij. vbi dixit ꝙ ipſa eſt ſubtilis reſolutiua aperitiua cum fortitudine aperiens oppilationes cerebri: et conferens hemigranee: et ſode: et humiditati: et vētoſitatibus groſſis: et dolori auris ⁊c. Quod etiam ſenſit Raſis in tertio Almanſoris .c.xxj. cū ſcripſit. Maiorana calida eſt et ſubtilis: omnibus frigidis paſſionibus que in cerebro ſunt proficiēs. Et in libro .xxiij. continentis .c.cccccccxix. dixit auctoritate Diaſcoridis: ꝙ ipſa calefacit valde. Et apozima ipſius bibitur in principio hydropiſis: et valet difficultati mingendi et torſioni: prouocat menſtrua ⁊c. Et infra auctoritate Bimmaſui inquit: ꝙ confert doloribus frigidis et humidis ⁊ dolori capitis phlegmatico ⁊c. Nullibi ergo via cibi: nec ad ſanitatis conſeruationem reperi ipſam ab auctoribus commendatam: quare dimittenda eſt. ¶ Meliſſa autē que mederenzegum ab Auicen. in ſecundo canonis appellatur in capitulo .xcvij. vt Iohanni placuit arculano .c. de melancholia ſupra deſcriptionem letificantis Almanſoris: calida eſt et ſicca in ſecundo. Et cōfert omnibus egritudinibus phlegmaticis et melancholicis: efficit oris odorem bonum: et remouet fetorem eius: letificatiua eſt et confortatiua cordis: iuuat digeſtionem et confert ſingultui. Quod etiam voluit Almanſor in libro tertio .c.xviij. dicens. Meliſſa calida eſt: que ſubtiliatiua exiſtens cordis patientibus tremorem congruit: atq; inflationem faciens virgam erigit: deſiderium comedendi tribuit: vomitumq;



aufert et ſingultum. Ecce ꝙ ipſe cum principe conuenit: verū itaq; Iohannes. dictis inq̄t: quam ob rē in ſalatutijs ipſa poſſumus vti ſecure. et precipue cū frigidis vt lactuca et hmōi mixta fuerit. ¶ Menta vero ꝙ̄ ſepiſſime in menſam venit propterea ꝙ omnibus fere grata ſuauiſq; cum ſua aromaticitate exiſtat. Que ſcđm Auerroim in .v. colliget calida eſt et ſicca in ſecundo gradu et attingit de tertio. et habet amaritudinem cum ſtipticitate: confortat ſtomachū: et mouet coitum ⁊c. Auicen. autem in ſcđo canonis. capitulo. ccccxcvj. dixit ꝙ eius natura calida eſt ⁊ ſicca in ſecūdo. Et in ipſa eſt humiditas ſuperflua: ⁊ eſt calefactiua ſtiptica ⁊ ſubtilioris ſubſtantie olerū que comedūtur. Et infra dixit. confortat ſtomachum: et calefacit ipſum. et ſedat ſingultū ⁊: digerit: et ꝓhibet vomitum: et adiuuat ad coitum ꝓpter inflationem que eſt in ipſa ⁊c. Que etiam fuerunt verba Haliabatis in .v. theorice. capitulo .xvj. ad litteram. Iſtud ſimiliter ſenſit Yſaac in particularibus dietis cuꝫ ait. Menta calida eſt et ſicca in ſecundo gradu: habens ponticitatem ⁊ aromaticum odorem: vñ ſtomachuꝫ cōfortat: appetitum irritat: abominationem de putridis humoribus amputat: et eſui aſſueta coitum ſuſcitat. et iſta etiā fuit Raſis ſententia in .xxiij. continentis. ca. cccccccclxxiiij. dicentis auctoritate Diaſcoridis. Menta vires habet calefactiuas et deſiccatiuas. Et infra auctoritate Bimmaſui inquit. Menta calida eſt in fine ſecundi. calefacit ſtomachū ⁊ eum confortat: mitigat nauſeam phlegmaticā: bonū reddit ſtomachum: ⁊ confert ſingultui phlegmatico. Et ideo dicebat Serapio. Menta comeditur cum cibis admixta: et eſt bona ſtomacho: et prouocat appetitū proſtratum ꝓpter ſuam odorificationem: et aufert faſtidium: ⁊ incitat libidinē excitatiōe pauca. Hec ita ꝙ ſunt ipſius virtutes et operatiōes: quare non irrationabiliter ad comeſtionē fuit approbata. ¶ De matricaria vero milleſolio: mirto et talibus ab M incipientibus: quorū operationes ad medicinā tātū modo laudabiles exiſtunt: ⁊ minime ad nutrimentū: nihil in preſentiaruꝫ dicemus: ne inutiliter noſtra et extra propoſitum prolongetur oratio.

¶ Cpitulū .cl. oſtēdit naturam naſturcij pro quanto via cibi quādoq; venit in ſalatutijs.

Naſturcium vidi comedere ſepenumero: ſimul cum alijs oleribus: ꝙ̄uis plus ad medicinam: ꝙ̄ ad cibos ſit commendabile: cum ciborum naturam ratione ſue exceſſiue caliditatis fere totaliter egrediatur. Calidū enī eſt ⁊ ſiccum in quarto: vt inquit Auerrois in .v. colliget. ⁊ eius virtus eſt ſimilis ſinapis virtuti. Auicen. vero in .ij. canonis .c.cccccx. dixit de eo: ꝙ calidum eſt ⁊ ſiccum ad teertium perueniēs mundificat pulmonem: et confert aſmati: calefacit ſtomachū ⁊ epar: ⁊ ꝯfert groſſitiei ſplenis: et ē malū ſtomacho ꝓpter vehemētiā mordicatiōis ſue lꝫ ipm̄ faciat cibi appetitum: augmētuꝫ efficit in coitu: ⁊ ad plures valet infirmitates. Que omnia breuitatis gratia pretermittam. Vnū tamē hoc ex dictis volumus inferre: ſcꝫ ꝙ illaudabile ſit ad ſanitatis cōſeruationem: cū calidū ⁊ ſiccū ſit ſuperflue: et ꝙ̄uis appetitū adiuuet: et inflationē reſoluat: capitis tamen efficit dolorem: et digeſtiuam retardat: vt inquit Almanſor in .iij. c.xviij. Idem quoq; Raſis in libro .xxiij. continentis .c.ccxix. ſic etiam ſcripſit Diaſcoridis auctoritate. Omnes ſpēs naſturcij calide ſunt acute et nociue ſtomacho: ventrē laxant: expellunt lumbricos: ⁊ diſſoluūt apoſtema ſplenis ⁊c. Et poſtremo dixit auctoritate Priſciani. ꝙ naſturciū deſiccet putrefactionē corꝑis: excitet coitum: et inducat appetitum cibi. Hoc enim ſunt que in corpus operatur cum in cibis aſſumitur: verum qꝛ exceſſiue calidū eſt ⁊ ſiccū a cholericis et precipue in eſtatis tempore fugiēdū eſt: ne ex eius comeſtione ad inflammationē corporis et humorum incenſionē et ad ipſorum aduſtionem nos ꝑducat. Quare plegmaticis derelinquatur potius mulieribus hyemalibus ⁊ cōgelatis: qbꝰ eiꝰ nocumēta aut minime aut parū. quippe nocere valent: vt ratio ſumpta a complexione manifeſtiſſime declarat. ¶ De napis dicemus cū de radicibus loquemur: de reliqs vero ab N incipientibus. q̄ oīa medicinalia ſunt: nihil hoc in loco ſcribendum eſſe iudicamus: volentes eam que ab initio viam promiſſa fuit. obſeruare.

¶ Capitulum .clj. oſtendit naturam petroſelini pentaphilonis et portulace pro quanto faciunt ad cibū.

Petroſelinum calidum eſt ⁊ ſiccum in fine tertij gradus: ideoq; diureticum eſt ⁊ incidens. vrinā prouocās et mēſtrua: vētoſitateꝫ et inflationē diſſoluit: ⁊ ideo epar et matricē mūdificat: eorum oppilatiōes aperit: ⁊ apoſtemata ipſorum curat ⁊c. inquit Yſaac in particularibꝰ dietis. Et quia de ipſo dictū eſt in .c. de apio: vt Princeps ait in .ij. canonis .c.ccccclix. cum ſit vna ſpecies eius: ideo de ipſo non oportet alium de nouo facere ſermonem: ſꝫ id qđ de apio diximus quantum ad cibū: et quantum ad medicinā: et de ipſo petroſelino intelligendū eſt: cuius comeſtio ob aſſignatas ibidē cāas non eſt frequentāda: cū difficilis ſit digeſtionis et mali chimi. ¶ Pentaphilon aūt quod quinq; folia dicitur: licet a pleriſq; in ſalaturijs aſſumatur: nullam tamen ad nutrimentum eius inuenio vtilitateꝫ: ſed tātū ad medicinam: cum dicat Auicē. in ſecundo canonis. capitulo cccccxlix. ꝙ ipſum ſit fortis exiccationis ſine acuitate et aduſtione et mordicatiōe. Et poſtea ad q̄s valeat infirmitates adduxit que breuitatis grā: ⁊ qꝛ preſentis propoſiti minime exiſtunt: ꝑtermittamꝰ: ſolūmodo de ipſo cōcludētes ꝙ qꝛ fortis eſt exiccationis: ad nutrimentū nequaq̄ conueni

re videatur cū ſicca nō nutriant. vt in. c. xlvij. declarauimus. dimittatur ergo. ¶ Portulaca eſt pluribus noſtrum in eſtate familiaris: ita ꝙ in ſalatucijs q̄ſepiſſime reponitur. ideo dicamus de ipſa et virtutibus eius cū Auerroi in. v. colliget: ꝙ frigida ſit in tertio gradu: et humida in ſcđo. cuius tamen oppoſitū ſonat teſtis noſter Haliabas in quinto theorice capitulo. xvj. Quem corruptum eſſe opinamur: propterea ꝙ ipſe nō ɔdiceret Galieno, cuius fidelis fuit interpres dicenti in. vj. libro de ſimplicibus medicinis. Portulaca alterat materias cholericas: ⁊ illas refrigerat refrigeratione longinqua a complexione equali in tertio gradu: in humiditate vero in ſcđo. Et de ipſa ſermonem ſuum continuando in loco pre allegato ſubiunxit ꝙ ipſa ſit lubrificatiua viſcoſa auferens ſitim: conſtipans ventrem: et auferens dentium ſtuporem. Auicen. quoq̧ in ſecundo canonis capitulo. ccccclxxviij. ſimiliter dixit de eius complexione: ⁊ ꝙ ipſius nutrimētum ſit paruum et illaudabile. ⁊ eſt reſiſtens cholere: valde confert inflammationi ſtomachi et epati inflammato: et prohibet vomitum cholericum: et debilitat appetitum: et abſcindit vt plurimum deſideriū coitus. Eſtimauit tñ filius Meſue ꝙ appetitum facit in coitu: ⁊ videtur ꝙ ſit illud in cōplexione calida et ſicca. Iſaac quoq̧ in particularibus dietis ſcripſit de ea: ꝙ quia rami ipſius habent aliquantulū ponticitatis: vnde propter frigiditatem frondium valet ad intenſionem ſtomachi: matricis: renum ⁊ calorem febrium ⁊ acumen extinguit ⁊c. Que fuit Raſis ſententia in. iij. Almanſoris capitulo. xviij. dicentis. Portulaca frigida eſt q̄ ſitim et adultionem extinguens ventrem ſtringit: ac dentium aufert cōgelationē: ⁊ cholere rubee ſupfluitatem habētibus: ⁊ his qui ex cholera rubea fluxum patiuntur vētris confert: ſperma quoq̧ minuit. Qđ etiā dixit in. xxj. cōtinentis. c. clxij. auctoritate Gal. et ſimiliter auctoritate Ruffi ſic ait de ipſa. Inquit Ruffus de ea: ꝙ infrigidat corpus: debilitat viſum. ⁊ amputat deſideriū coitus: vt idem quoq̧ retulit auctoritate filij meſue et aliorum antiquorum: quare ɔcludamus cum Gal. in. ij. alimentorum. c. xliiij. ſic dicēte. Portulaca vt cibus quidē paucū alimētū h3 ⁊ hoc humidū ⁊ frigidum et viſcoſum: vt medicina aūt ſtuporē dētiū ſanat ⁊c. Rōne itaq̧ ſue intēſe frigiditatis aut cum calidis oleribus permiſceat: aut nullo mō ſola et irrefracta accipiat: cū laborantes etiā non niſi cum cepis ipſam aſſumāt. ¶ De pulegio vero ⁊ praſſio et hmōi inchoantibus a P. que plus vt medicis q̄ vt cibis vtūtur propter eorum fortiſſimā caliditatem intēſamq̧ ſiccitatē: nihil dicemus hoc in loco: ſed remittemus videre de ipſis volētes ad Diaſcoridem Serapionē Auicē. ⁊ ad alios de eis via medicine ſcribentes.

¶ Capitulum. clij. oſtendit naturam et ꝓprietates roriſmarini et rute in via nutrimenti.

QUia roſmarinus ⁊ ruta in hortis oībus fere inueniuntur: et a multis diuerſimode aſſumūtur: nōnulla etiam de ipſis ſcribemus. et ſi medicine ſint potius q̄ cibi: quibus in via nutrimēti nequaq̄ vtendum eſſet: iuxta illud principis in. iij. j. d. ij. capit. vij. dicentis. Oportet vt ſanitatis conſeruator ſtudeat ne cibi ipſius ſubſtantia ſit aliquid nutrimentū medicinalium ſicut olera ⁊c. De quorum numero eſt roſmarinus: cuius cōplexio calida eſt: et ſicca in tertio gradu: vt Serapio inquit auctoritate Bimmaſui. Et propterea ad plures valet infirmitates: vt Raſis ait in. xxiij. cōtinentis capitulo. cccccxciiij. auctoritate Diaſcoridis. ⁊ inter cetera dixit ibidē: ꝙ omnes ſpecies eius cum melle in oculis poſite acuunt viſum. Ad plura quoq̧ alia conferre ipſum aſſeruit. Que quia preſentis non ſunt propoſiti: dimittemus. ¶ De ruta aūt dicemus hortulana que libenter naſcitur apud arborem fici: vt inquit Auicē. in. ij. canonis. capitulo. cccclxxij. et illa eſt eligibilior: cuius cōplexio dum humida exiſtit: calida eſt et ſicca in ſecundo. Sicca vero in tertio. Et ſilueſtris in quarto. Cuius operationes ſunt he ſcilicet inciſiua reſolutiua ⁊ carminatiua et valde mundificatiua. aufert odorem alliorum et ceparum. et ſuccus eius acuit viſum: et proprie cū ſucco feniculi ⁊ melle cocto ⁊c. Similiter comeſtio eius idem facit. Et ipſa quidem digerit: et facit appetitum cibi: ⁊ confortat ſtomachum et ſplenem: exiccat ſperma et abſcindit ipſum: et deijcit deſiderium coitus et concubitus reſiſtit venenis. Et propterea bibat qui ſibi timet ne in potu ſumat venenū et pungi a venenoſis: de ſemine eius pondus drachme vnius cum folijs ſuis cum vino. et proprie ſi bibitur cum nuce et bolo omnibus contritis et comeſtis verum plurimum ipſius ſumere aut de ſilueſtra eſt pernicioſum inquit ipſe. Nos vero opinamur ꝙ ipſa moiori parti hominum ſit nociua. et permaxime cholericis et iuuenibus et in regione aut tēpore anni calidis: tum quia ſuperflue calida ⁊ ſicca: tū etiam q2 horribilis eſt in odore ⁊ ſapore: et propterea iudicamus ꝙ via cibi et nutrimenti nequaq̄ propinā da ſit: ſ3 via tm̄ medicine. Et qđ ita ſit appet ꝑ Iſaac in ꝑticularib⁹ dietis ſic ſcribētē. Domeſtica ruta calida eſt ⁊ ſicca in tertio. ⁊ iđ melior eſt ad digerēdū q2 virtutē incidēdi h3: ⁊ groſſos viſcoſoſq̧ hūores extenuandi: vētoſitatē et inflationem diſſoluēdi: ꝓinde iuuat inferiora inteſtina. Que fuit ſnīa Raſis in. iij. Alman. c. xviij. dicētis. Ruta calida eſt et ſicca: q̄ ſubtiliat atq̧ ventoſitatem ⁊ inflationē diſſoluit. In libro quoq̧. xxij. continētis. c. ccccxxxv. dixit auctoritate Gal. inter alia ꝙ ſi folia eius ſumātur per ſe tm̄: aut cū ficubus ſiccis et nuce irrita: malitiam venenoſorum mortiferorum. et infra ſubdit. Et ſi comedit incidit ſperma. et iterū ait. et q2 eſt tenuis diſſoluit inflationē: ideo ē vtilior alijs ad ventoſitates: ⁊ prohibet appetitum coitus et diſſoluit et deſiccat vehemēter: q2 eſt fortis



deſiccationis. Et auctoritate Bimmaſui dixit: ꝙ impoſita oculis viſum acuit: prouocat menſtrua: dolorē infert capiti: conſtipat ventrem: et cū proprietate ſua corrumpit ſperma et id deſiccat ⁊c. Nos autē credimus ꝙ etiam totum corpus deſiccet: extenuet: ⁊ inflammet: et humores adurat: ⁊ plurimum ſanguinis in choleram conuertat: et ad multa alia perducat nocumēta: et precipue calidas habētes complexiones: ideo tanq̄ inimica fugienda eſt in via nutrimenti: ſed in via medicine eſt commendanda.

¶ Cap. cliij. oſtendit naturam ſaluie: ſinapis: ſpinachie: et ſparagi: prout viā nutrimenti ingrediuntur.

SAluia que eliſſagos grece dicit: vbiq̧ reperitur: et a pleriſq̧ cū pane comeditur: ab alijs vero aliter: ac ſi cibus eſſet: cū tātum ſit medicina: vt apparet per Serapionem dicentem. Decoctio foliorum ⁊ ramorum ipſius quando bibitur prouocat vrinam et mēſtrua. vt inquit Diaſcorides. ſed auctoritate Galie. idem ſcripſit quod Raſis in. xxj. continētis. c. xcj. cum ait. Saluia habet manifeſtam caliditatem cū ſtipticitate puſilla. Ubi autem hoc dixerit Gal. nullus eorum expreſſit. Nos aūt dicimus ꝙ in. vj. de ſimplicibus medicinis. c. cxxiiij. ſed ſi marmacora ſit ſaluia vt Michaeli noſtro placuit: dicendum erit cū Auicē. in. ij. canonis. c. cccclxvj. ꝙ ipſa ſit calidior maiorana: et fortior: et calida in tertio: et ſicca in ſcđo: ⁊ ſit ſubtilis reſolutiua: ſedatiua ventoſitatū: aperitiua oppilationum phlegmaticarum vbi ſunt: cuius odoratus vltime facit ſoda: confortat ſtomachum: et aperit oppilationes viſcerum: et exiccat humiditatem ſtomachi: et confortat inteſtina. Pauli quoq̧ auctoritate dicitur ꝙ confert paralyticis. Ex quibus paret ꝙ ipſa ſit potius dicenda medicina q̄ cibus vt ſupra diximus. ¶ Sinapis etiam videtur eſſe huiuſcemodi: cū natura eius calida ſit et ſicca vſq̧ ad quartum. vt voluit Princeps in. ij. canonis. c. cccccclxxviij. Et propterea incidit phlegma: et confert dolori iuncturarū et ſciatice: ⁊ mūdificat humiditates que ſunt in capite: et ſi bibatur cum aqua mellis: aufert aſperitatem antiquam que eſt in cāna pulmonis: extenuat ſplenē facit ſitim: ⁊ facit deſiderium coitus. Iſaac quoq̧ in particularibus dietis de ipſa ſic inquit. Sinapis calida eſt et ſicca in medio quarti gradus: humiditatē capitis et ſtomachi deſiccat. Que videntur fuiſſe verba filij Meſue: vt inquit Raſis in. xxj. continentis. c. cclxxv. vbi etiam ait auctoritate Coſte in lib. de agricultura. ꝙ ſemen eius tritum et diſtemperatum cum vino facit bonum ſtomachum ſi ieiuno ſtomacho accipiatur: et excitat coitū ⁊c. Ex his ergo apparet ꝙ plus medicine nomē q̄ cibi ſibi vēdicauerit vt de ſaluia dictū eſt. ¶ Spinachie vero: vt in. v. colliget ſcripſit Auerrois: valde ſunt bone et tēperate: valēt gutturi et pulmoni et ſtomacho: ⁊ humectant ventrem: et ſunt in ſecūdo gradu frigide ⁊ humide. Et ſibiipſi videtur cōtradicere aut littera eſt corrupta. Quomodo ſunt tēperate ſi frigide ſunt ⁊ humide in ſcđo. Et ideo ſaluādo eū dicere poſſumus ꝙ delendū eſt ly frigide. Et ꝙ hec ſit bona correctio littere patet ꝑ Haliabatē in. v. Theorice dicentē. Spinachia in calore et frigore tēperata eſt: ſ3 humectat ⁊c. Et ſimiliter per Auicē. in. ij. canonis. c. cccccxcix. ſic ſcribētem. Natura earū tēperate frigida eſt ⁊ humida in fine primi: ⁊ ſunt lenificatiue: ⁊ nutrimentū earū melius eſt nutrimēto chryſolocāne: et in ipſis eſt virtus abſterſiua lauatiua: ⁊ vincūt cholerā: ⁊ fortaſſis refugit ſtomach⁹ a iure earū: ergo auferantur a iure ſuo ⁊ comedant: ⁊ cōferūt pectori ⁊ pulmoni calido. qđ etiā ſenſit Iſaac in. j. d. cū ait. Spinachia frigida eſt et humida in primo gradu: ventrem humectat et gule de ſanguine: et cholera rubea dolēti valet ⁊c. Que fuit ſnīa Raſis in tertio Almāſoris. c. xviij. dicētis. Spinachie ſunt tēperate: que gutturi atq̧ pulmoni necnō ſtomacho ⁊ epati congruētes ſunt: ventrē leniūt: quarū nutrimētum bonū exiſtit et optimū. Et in. xxj. cōtinētis auctoritate filij Meſue dixit ꝙ frigide ſunt et humide in fine primi: ⁊ ideo leniūt ventrē: ⁊ cōferūt dolori pectoris ⁊c. Quare nō debemus eas deſpicere: cū bonū ſit earū nutrimētū: licet paruū ſicut ⁊ aliorum olerū: vt ex dictis Principis in. iiij. j. c. j. colligi pōt dicentis. Nutriēs qñq̧ eſt multe quātitatis ⁊ pauci nutrimēti ſicut olera ⁊ fructus ⁊c. Et hec de ipſis hacten⁹ dicta ſunt. ¶ Sparagus aūt: vt inquit Auer. in. v. colliget. et Gal. in. vj. de ſimplicibus medicinis. c. lxij. tēperatus eſt aut parum declinās ad caliditatē: et hoc ſignificat q2 habet quandā amaritudinē que elixatione remouet. Cuius operationes ſunt ad remouēdū et aperiendū oppilationes que ſunt in renibus: ⁊ ꝓprie radices ⁊ ſemē ⁊c. Iſaac etiā in. j. d. dixit. Sparagus calidus eſt ⁊ humidus in primo gradu: q̄ domeſticus ⁊ ſilueſtris exiſtit. Domeſticus tēperatior eſt: et ceteris nobilior: proinde ſperma augmētat: ſtomacho cōuenit: vrinā ꝓuocat ⁊c. Silueſtris vero calidior et ſiccior: ideoq̧ plus eſt colatiuus. Et infra ſubiunxit. Quidam dicunt ſparagū coitus eſſe augmentatiuū: quod Diaſcorides negat. Ego autē dico ꝙ ſi coitum augmētaret: non eſſet niſi ex copia ſui nutrimēti: cum nimium calorem non habeat: nec ventoſitatē: vnde virgam ſuſtinet. hec ipſe. Raſis quoq̧ in. xxj. cōtinentis. c. lxxxvij. auctoritate Gal. dixit de ipſis: ꝙ valent ad oppilationes renum. et in. iij. Almanſoris. ꝙ calidi ſint et humidi ſpermati augmentum tribuētes: ſtomacho non ſunt cōgrui: immo nauſeam qñq̧ faciunt ⁊c. Nos aūt cum Gal. in. ij. Alimentorum. c. lv. via medicine ſparagos approbamus: via autem nutrimenti nequaq̄: dicente ipſo in eo loco: ꝙ omnia talia per aquam elixata cum oleo et garo offerētur modicum aceti ſuper infundentes: delectabiliora eīn ſic et meliora ſtomacho fiunt: alimentū vero corpori dāt paucum et non boni chimi. quare ⁊c.

¶ Capitulum.cliiij.oſtendit naturam radicum in vniuerſali declarando quale ſit nutrimentum earum: deinde deſcēdit ad allium deſcribendo proprietates eius.

SEruantes quod ſupra ꝓmiſeramus obſeruare: poſt pertractationem olerū via cibi magis vſitatorum: nūc de radicibus ſolummodo que in vſu habentur: ſermonem faciemus: pretactum ordinē alphabeti obſeruando: vt facile quodcunq; voluerimus ſine labore reperiamus. Sed vt melius naturam radicum intelligamus: dicamus de ipſis prius vniuerſaliter cū Gal. in libro de ſubtiliante dieta. c. ix. ſic ſcribente. Radices olerum omnes quidem (vt ita dicaꝛ) ſuperfluice ſunt diſdigeſtibiliores ⁊c. Et poſt pauca ſubiungit. Uno autem ſermone vniuerſas quidē radices vt diſdigeſtibiles ſuſpectas habendum: guſtādum autem ſolas calidas et acres ſicut allij et ceparum et raffanides et has vt pharmacum magis ꝙ̄ cibum. Et in. ij. Alimentorum. c. lviij. vniuerſalius eas videtur reprobare dicēs. Meneſitheus quidem ait. Radices indigeſtibiles ſunt ⁊ turbatiue: dico autem puta raffanidas: allia: cepe: rapas: et omne tale genꝰ. quorūcunq; enim radix: et quod ſecundum terrā natum eſibile eſt: hec autem omnia in indigeſtibilē ſpeciē ſperantur: accidit enī alimenta ex radicibus emitti omnibus partibus naſcentium: colligunt enim in ſeipſis humiditatem multam radices et hāc indigeſtam habentes plurimam: non enim contingit digeſtam ipſam eſſe omnem. Quod enim digeſtum videtur eſſe perfectum: quod autem in radicibus humidum alibi aſſumere finem digeſtionis diſtributuꝫ ad partes naſcentis: oīa enim a radice nutriuntur: propter quod quidem neceſſarium indigeſtas ibi humiditates eſſe: collecte enim hic expectant finē ſuperioris digeſtionis. Quare in radicibus rationabile illaboratas eſſe plurimas humiditates. Veriſimile igitur et noſtris corporibus ab his alimentum humidum derelinqui et turbatiuū. Hec fuit Meneſithei ſententia: que etſi vniuerſaliter a Galieno nō approbetur: in pluribus tamen verificatur: vt ratio per ipſum adducta demonſtrat. Quare nutrimentum radicum illaudabile magis eſt pronunciandum: etſi non ſemper: ſaltem vt frequenter. ¶ Sed ad alliū venientes dicimus ꝙ calidum eſt et ſiccum in tertio: vt dixit Auerrois in quinto colliget. Secūdum vero Haliabatem in quinto Theorice. c. xvij. calidius eſt ꝙ̄ cepa: quam ipſe prius calidam in quarto pronunciauerat vbi inquit: ꝙ in ea fortis erat aduſtio: et magis medicamini ſimile ꝙ̄ cibo. Cui videꝛ cōſentire Princeps Auicenna in ſecundo canonis. c. lxxv. cum dixit. Allium eſt calefactiuum et exiccatiuum in tertio vſq; ad quartum: et ſilueſtre eſt fortius illo: reſoluit inflationem valde: comeſtum facit ſoda: et clarificat vocē et guttur decoctum: et confert tuſſi antique: et doloribus pectoris ex frigore: et extrahit vermes: et in ipſo eſt ſolutio nature. Et eius operatio in coitu eſt: quoniam ipſum propter vehementiam ſue exiccationis et reſolutionis quandoq; nocet: ꝙ ſi decoquatur in aqua donec eius acuitas reſoluatur: non elongatur quin ſit illud quod de eo remanet in elixatura eius pauce caliditatis quod non exiccat: et generatur ex eo materia ſpermatis: ita vt ponat materias phlegmaticas in complexionibus phlegmaticis cinerem: et non poſſit eas carminare. Et quando in venis conuertitur in vētoſitates: nō elongatur quin adiuuet ad deſiderium coitus ⁊c. hec Princeps ipſe. Raſis vero in tertio Almanſoris capitulo. xviij. ſic de eo inquit. Allia calida ſunt et ſicca: et ideo ſitim afferunt: libidinem efficiunt: atq; ventoſitatem expellunt: et corpus calefaciunt. Regionibus vero ac temporibus: necnon corporibus calidis nocumentū preſtant: conuenientia vero eis que illis ſunt contraria. Et in. xxj. continentis. c. clxxx. ſic inquit de ipſo auctoritate Diaſcoridis. Allium habet virtutem calefaciendi et diſſoluendi ventoſitates et inflationem ventris: deſiccat humiditatem ſtomachi: prouocat ſitim: et eius eſus expellit cucurbitinos: et prouocat vrinam: et eius eſus confert morſui canis rabioſi: et eſt bonum mutationi aquarum: et nocumento inducto ex eis. Et comeſtum crudum vel coctum clarificat vocem: et mitigat tuſſim chronicam ⁊c. Et infra auctoritate Ruffi ſic etiam dixit. Allia calefaciunt et incidunt humores groſſos et viſcoſos: et nocent oculorum tunicis et eorum humoribus: et reddunt viſum turbidum: nocent etiam auribus: capiti: ⁊ pulmoni: et renibus: ⁊ ſi in aliquo membro eſt morbus: mouet et excitat in eo dolorem. Deinde dixit auctoritate filij Meſue. Allium eſt calidum in quarto: diſſoluit phlegma ſalſum generatum in ſtomacho: et de ſui proprietate calefacit ſtomachum frigidum et humidum ⁊c. Poſtea ſubiunxit auctoritate Galieni in megatechni: ꝙ allia conferant habitantibus in regionibus frigidis: et ſi non vterentur eis: caderent in magnum nocumentum: et valent contra dolorem inteſtinorum abſq; febre: et inueni ꝙ ipſum eſt bonū vlceribus pulmonis valde. Et auctoritate Sindaraſis indiani inquit. Allium valet cōtra ventoſitatem: obliuionem: aſma: tuſſim: ſplenem: dolorem hypocundriorum: lumbricos: multiplicat ſperma: nocet autem emoroidibus: ⁊ tenaſmoni: fluxui ventris: ſcrophulis: habentibus ethicam: pregnantibus et nutricibus. Et ſubdit. Inquit Hippocrates in libro de ptiſana. Allia generant ventoſitatem in ventre: et groſſiciem in pectore: ponderoſitatem in capite et collo: et mouent quemlibet morbum conſuetum homini euenire. Et iuuamentum quod eſt in eis: eſt quia prouocant vrinam. Et poſtremo dixit auctoritate eiuſdem in libro dietarum. Allia nocent oculis propter fortem eorum exiccationem: ⁊ debilitant viſum. Poſſumus itaq; cōcludere ex his omnibus ꝙ allia via cibi nō cōueniāt: ⁊ precipue calidas habētibus complexiones. Uia autem medicine quādoq; ſumi poſſunt et in hyeme precipue: cum dicat Raſis vbi ſupra auctoritate Gal. in. viij. et in. vj. epidimiarum. Allia in hyeme ſunt multi iuuamenti: q2 calefaciūt humores frigidos: ⁊ incidūt groſſos et viſcoſos vincētes et dominātes corpori tp̄e hyemali. et in libro. xxv. cōtinētis. cap. primo dixit. Comeſtio porrorum et alliorum in eſtate infert cum caliditate torſionem doloroſam: tamē in hyeme magnum iuuamentū prebet: eo ꝙ incidat humores groſſos ⁊ viſcoſos calefaciendo frigidos: quos cōgregauit tempus hyemale in corporibus. et permaxime phlegmaticis vltramontanis et ſimilibus. quare ⁊c.

¶ Capitulum. clv. oſtendit naturam bulbi ſeu ſcalonie et cepe cum nutrimento et proprietatibus eorū.

LIcet bulbus ſit omnis radix tunicata: vt auctor inquit pandectarum: tamē pro ſcalonia ſumitur vt plurimum: vt pꝫ per auctores diuerſa facientes capitula de bulbo et cepe: quod non feciſſent ſi vnuꝫ et idem eſſent: et ꝑmaxime per Auicē. in ſcđo canonis. c. lxxxix. dicentē. Bulbus eſt cepe qđ cōeditur paruuꝫ ſimile cepe narciſci: cuius natura propinqua eſt nature cepe. et fortaſſe eſt ſiccus in primo humiditate ſuperflua. Et infra ſubdit. Qui ex eo dulcis ē et rubeus: bonus eſt ſtomacho et amarus eſt melior digerit cibum et multiplicaꝛ eius nutrimentū in ipſo licet nō ſit nutrimentū ſuum laudabile ⁊ precipue eius quod crudum eſt. Et quādo non digeritur pungit et inflat. et excitat coitum. Serapio etiam auctoritate Gal. ſic inquit. Baſſar alzir. i. bulbus: et dicitur cepe ſine tunicis: in cuius ſapore eſt amaritudo cum ſtipticitate. et virtus eius prima deſiccat: ⁊ ſcđa abſtergit ⁊ incarnat: et qū comeditur generat humores viſcoſos groſſos ⁊ malos: q2 eſt diffilis digeſtionis: et inflatiuus exiſtēs ſtimulat comedērem ipſum ad coituꝫ. Deinde dixit auctoritate Diaſcoridis: ꝙ rubeus ex eo eſt bonus ſtomacho: et amarus eſt melior dulci: quia facit digeri cibum. Et omnes ſpecies bulbi ſunt calide ⁊ acute excitantes libidinē: calefacientes linguam: et nutriūt multum: et in carne faciunt augmentū: verū generāt inflationem. Et infra ſic etiā ait. Opꝫ vt fugiatur nimius vſus eorū: quia ſunt nociui neruis ⁊c. Quare comeſtionē ipſorū frequenter nō approbamꝰ. Et quādo quis eis vti voluerit: preparet eos primo: vt docet Gal. in. ij. alimētoruꝫ. c. lxij. dicēs. Comedere autē ipſos debet biſcoctos: et melius eſt ſi cum aceto ſimul ⁊ oleo et garo: id eſt ſale condiātur. Etenim delectabiliores ſic: ⁊ minus inflatiui: ⁊ magis nutritiui: et faciliores ad digerendum. abūdantes aūt ſcđm eſum ipoꝝ quidaꝫ manifeſte ſenſerunt et ſperma plus habētes: ⁊ promptiores facti ad venerea ⁊c. ¶ Cepe autē vt inquit Haliabas in. v. theorice. cap. xvij. calidum eſt in quarto gradu ſimiliterq; ſiccum: habet tū humiditatē quandam ⁊ vētoſitatē qua coitus appetitum irritat: ſperma auget: capitis dolores prouocat: qui enī vult cōedere cum aceto ſumat ⁊c. A quo in graduādo ipſum videtur accepiſſe Auerrois in. v. colliget cū ait. Cepe calidum eſt in quarto gradu: ⁊ habet groſſam ſubſtātiam. Et ideo qū ponitur in ano aperit orificia venarū: et prouocat ſanguinem emoroidalem. Auicen. vero in. ij. canonis. c. cxxiij. ſic de eo ſcripſit. In cepe eſt acuitas inciſiua: amaritudo et ſtipticitas: et ex eo qđ eſt longius eſt acutius. ⁊ rubeum eſt acutius albo. et ſiccum humido: ⁊ crudum aſſato calidū eſt in tertio: et in ipſo eſt humiditas ſuperflua Eſt ſubtiliatiuum inciſiuum ꝓprie qđ comediꝛ. et in ipſo cū ſtipticitate quam habet eſt abſterſio et inflatio: et attractio ſanguinis ad exteriora: quare rubificatiuum cutis. Et ex non cocto quidē nō generatur nutrimentum: de quo ſit curandum. et nutrimentū eius quod decoq̄tur etiā ſit humor groſſius. ⁊ eſt ex eis que faciūt ſoda. et plurimus eius vſus facit ſubeth: ⁊ eſt ex eis q̄ nocent intellectiui: propterea quia generat humoreꝫ malū. et quod ex eo comeditur propter ſuaꝫ caliditatem confortat ſtomachū debilem et facit appetitum. et qđ bis decoctum eſt: eſt multi nutrimenti: licet faciat ſitim. et demū dixit ꝙ oēs ſpecies cepe excitant coitum. Que quoq; fuit ſnīa Raſis in. iij. Almāſoris. c. xviij. dicētis. Cepe calide ſunt ⁊ ſicce: q̄ ſitim faciūt atq; appetitū adiuuant: libidiniq; augmentum prebēt: dolorem preterea capitis faciūt ſi crude comedātur: in ſtomacho quoq; humores generāt ſuꝑfluos atq; phlegma. Que omnia fere ante ipm̄ dixerūt Serapio Gal. ⁊ Diaſcorides. deinde cōcludit. Et vſus cepe in cibo induxit ſodā. et nimius vſus gn̄at egritudinem q̄ dicitur carbagas: id eſt lethargia. Et quādo coquitur ꝓuocat vrinam magis et facit dormire. Ex quibus ſatis poſſumus elicere quātum cepe et ſcalonie faciant ad ſanitatem. quātumq; comeſtio ipſarum aſſidua ſit periculoſa. Et ideo q2 calide nimis difficulter digeſtibiles et mali exiſtāt nutrimēti dicēte Gal. in ſexto de ſimplicibus medicinis capitulo lxxx. Quando comeduntur cepe generant humorem groſſum et viſcoſum ⁊ durū ad digerēdū ⁊c. Et etiā ꝓpter alia ipſarū nocumēta ſuperius ānotata: quas ob res: aut oīno ꝑtermittātur: aut ꝙ̄ rariſſime. aſſumātur. Et nō niſi qū preparate fuerint vt iuſſit Raſis in xxv. cōtinentis. c. j. dicēs. Eligātur cepe modice acuitatis: ⁊ lauentur in primis cū aqua ⁊ ſale: deinde cum aceto forti: qm̄ inde ceſſabit acuitas ipſarū: ⁊ poſt comeſtionē ipſarū comedere debes de medulla cucumeris: q2 ipſa remouet: ⁊ ꝓhibet inſultuꝫ ipſarum in capite fieri. quare ⁊c.

¶ Cap. clvj. oſtendit naturā radicum cariote ⁊ enule cum proprietatibus ipſarum faciētibus ad ſanitatis conſeruationem.

DE porris dicendū eſſet vt materia acutorum cōpleretur: niſi ordinem alphabeti obſeruaremus: de quibus in ſuo loco ſermonem faciemus. Nunc autē de radice enule loquamur: qua non pauci in ferculis vti cōſueuerūt tāꝙ̄ re multū ad corpis ſalutē facientē: nō intelligētes ꝙ cū ſuis iuuamētis: ꝙ̄pl'a ēt pducat nocumēta: ppterea dicamus de ea cū Auerroi in. v. colliget ſic ſcribēte. Ponimus enulā in ſecundo gradu caliditatis ⁊ ſiccitatis. ⁊ manifeſtatur hoc: q: ponimus ipſam in loco hmōi qđ cōfert phlegmati groſſo ⁊ viſcoſo in pectore ⁊ pulmone: et hoc facit ſua ſiccitate: ⁊ opationes ſue ſcđe ſunt: q: rubificat etiā mēbra in liuiditate a frigore. Auicen. vo in ij. canonis. c. ccxl. de ipſa dixit. Natura enule calida eſt ⁊ ſicca in ſcđo: ⁊ in ipſa eſt humiditas ſupflua ⁊ ppter illud non calefit corpus ſtatim cū ei occurrit: cōfert oībus leſionibus ⁊ doloribus frigidis ⁊ cōmotionibus ventoſitatū ⁊ inflationis. facit ſoda: eſt tamen ex eis que letificāt: ɔfortāt cor: mundificant pectus: ⁊ pulmonē. ⁊ qui aſſuete vtitur enula nō indiget vt mingat omni hora: ⁊ qđ de ipſa eſt magis iuuatiuū eſt radix eius ⁊c. Raſis etiā de ipſa in. iij. Almāſoris. c. xviij. in fine dixit. Enula calida eſt ⁊ ſicca: que ſtomacho multis repleto humoribus bona exiſtens: epatis ac ſplenis aperit oppilationē. Qui autem ex ea multā comedit quātitatē: ſanguinis patietur corruptionez: ac ſpermatis incurret minorationē. Et in. xxij. ɔtinentis. c. cccxxxij. auctoritate Bimmaſui ſic inqt. Enula eſt calida ⁊ ſicca in medio gradus tertij. ⁊ in ea eſt humiditas ſupflua: ⁊ ɔfert doloribus antiquis ⁊ frigidis ⁊c. Sed abūdans aſſumptio eius infert dolorē capitis ex abundātia vaporis ipſius: et q: calida eſt confortat veſicam: et prohibet diſtillationem vrine accidentem ex frigore: et tardat in ſtomacho ex groſſitudine ipſius: ⁊ ſi conditur cum aceto eſt minoris caloris et minoris nocumenti in calidis perſonis. et precipue ſi bene lauetur cum aqua dulci. valet autē ad tuſſim et coarctationez anhelit⁹: et ad hmōi paſſiones pectoris qn̄ cū melle permiſcetur: vt Serapio inquit auctoritate Gal. ⁊ Diaſcoridis. demū ſic dixit. Humain ex verbo Hyppocratis inquit. Enula aufert irā et triſticiam: fortificat os ſtomachi et mūdificat pectus. et pūocat ſuperfluitates que ſunt in venis per mēſtrua et vrinam. et maxime vinum factū cū ea. Ex quibus apparet ꝙ nō quomodocūqꝫ: nec quibuſcunqꝫ aut frequēter radix eius cōueniat. Et ppterea in calidis complexionibus et iuuenibus eſt ſuſpecta ⁊ precipue in eſtatis tēpore ⁊c.

¶ De radice autem cariote ſiue dauci aut paſtinace agreſtis: vt quidā eam appellant ex eo ꝙ eſt velut paſtinaca: ſed nigrior ⁊ plus odorifera et eſui apta: cuius ſemen ſcđm Theodoricum Priſcianū eſt careos: vt refert auctor pandectarū: ego vero nō reperi de ipſa diſtinctam a paſtinaca determinationē ab aliquo veterum ſapientū: ſed ſemper ſimul de eis locuti ſunt volentes nobis innuere ꝙ eiuſdem fere ſint virtutis: vt apparet per Gal. in libro de ſubtiliante dieta. c. ix. dicentem. Ad preſentia radices dauci et cariote nil habent nociuum ſicut neqꝫ idoneum. Et in. vi. ſimplicium. c. de dauco ſic ſcribentem. Radix eius aliquid ventoſitatis habet et libidinoſitatis. Et idem in libro de cibis. c. de paſtinaca inquit. Radices harū domeſticarum comedūtur: alimentū quidē minus rapis habētes: calefaciunt autez manifeſte et in medio ſcđi gradus: et humectant in primo ⁊ aliquid aromaticitatis: indigeſtibilitas quidem igitur ſimiliter ipſis ineſt et alijs radicibus: vrinatiue autem ſunt et ſi abundat aliquis ipſarum vſu mali chimi mediocriter ſunt. Melioris vero chimi que cariote ꝙ̄ que paſtinace. Ex quibus eliciamus ꝙ frequentate minime ſint laudabiles. Si autē quis vlteriorem cuperet habere determinationem de ipſis: capitulum de paſtinaca faciendum legat: cum vt ſupra dictum eſt: in virtutibus et operationibus conueniāt: quare ⁊c.

¶ Capitulum. clvij. oſtendit naturam et proprietates naporum et paſtinacarum in via nutrimenti.

NApi: vt inquit Almanſor in libro tertio. c. xvij. calidi ſunt et humidi: qui inflationez ac crudum generant phlegma: ſperma qꝫ acuunt: atqꝫ gutturis et pectoris lenitatem efficiunt. renes etiam et dorſum calefaciunt. In. iiij. autem libro ſuorum aphoriſmorū de ipſis ſic ſcripſit. Bonum viſum efficiunt. et ſunt cib⁹ conueniēs. Ex quibus in dictis eius contradictio apparet manifeſta. Si enim generant phlegma crudū: quomodo ſunt cibus conueniens? Et propterea mihi videtur ꝙ nulla via ſaluari poſſit: ſi aphoriſmus ille litteram non habet corruptam: quod minime mihi perſuadeo. Si quis tamen vtrūqꝫ textum ſaluare voluerit: ſuo modo reſpōdeat obiectioni. Haliabas quoqꝫ de ipſis determinat in. v. theorice. c. xvij. cum ait. Selgemū: et eſt napum inquit gloſa: calidū eſt et humidū: in quo eſt groſſities et inflatio: ideoqꝫ plurimo nutrit cibo: ſperma auget: et in eo eſt virtus ſubtilians qua vrinam prouocat. Et Gal. in. ij. de alimentis. cap. lix. ſic ait de ipſis. Alimentum naporum melius eſt ꝙ̄ raparum et magis pectori iuuans: verū tamē groſſium eſt vt raparum nutrimentum. Ex q̄bus apparet ꝙ ꝙ̄ ſimillimi ſint rapis: et ideo ceteri auctores quos hactenus videre potui: nihil de ipſis in ſpeciali dicere volentes: vt per ea que de rapis ſcripſerunt et de napis: qui ſpecies ſunt earum intelligerētur. Quare ⁊ nos de eis plura non ſcribemus.

¶ Paſtinaca autē: vt in. v. colliget inquit Auerrois duas habet ſpecies. ſiluestrem et domeſticā. Silueſtris fortior eſt in omnibus domeſtica: et in ambab⁹ eſt virtus calefaciendi et ſubtiliandi. ⁊ in radice ē virtus que mouet coitum. quod breuibus tetigit Haliabas in libro et. c. ſuperius allegatis cuz inquit. Paſtinaca inflatiua eſt: ⁊ digeſtioni inobediens: venerem irritat: ⁊ prouocat vrinam. Et Yſaac in particularibus dietis de ipſa dixit. Baucia calida eſt in medio ſecundi gradus: ⁊ humida in medio primi: que duri groſſiqꝫ nutrimenti eſt ⁊ minus ꝙ̄ rapa nutrit: ⁊ habet quid acuminis: vnde eſt extenuatiua ⁊ diaforeſim faciens: vrinam ⁊ menſtrua prouocat: habet etiā aliquantulum inflationis: vnde coitus eſt iuuatiua. que aſſuefacta illaudabilem generat ſanguinem. Que vt temperetur: oportet eam elixari ⁊ eiecta aqua tertio coquatur cuz lactuca: coriandro: cepa: ⁊ condiatur cū oleo onfancino: aceto: pipere: ⁊ carui. et iſta fuit etiā Raſis ſnīa in. xxj. continentis. c. clxxxv. dicentis auctoritate Diaſcoridis. Paſtinace hortulane competunt eſui: ⁊ ſunt eiuſdem iuuamenti qđ ſilueſtres: ſed ſunt minoris operationis. ⁊ ſubdit. Et dicitur in libro ciborum. Paſtinaca eſt calida et humida in ſecūdo: et eſt ſtiptica in primo. et habet aliquid acuitatis ⁊ prouocat vrinam et menſtrua: et excitat coitum: et eſt inflatiua: ⁊ ſilueſtris non inflat omnino: ⁊ prouocat vtrumqꝫ magis ꝙ̄ hortulana: et eſt difficilis digeſtionis: et minus nutritiua rapis: ⁊ minus eſus ipſi⁹ generat malum chimum: et complexio ſilueſtris eſt laudabilior: ⁊ comedens ipſam debet eam bis abluere. Et paſtinaca condita cum melle non ſic bene decoquitur ſicut illa que decocta eſt cum almuri. ⁊ valet ad coitū et addit ad ſperma. Et mellita eſt maioris caliditatis: ⁊ pauce hūiditatis ⁊ inflationis. ⁊ ſimiliter dixit Paulus inquit ipſe. Hoc igitur eſt qđ de ipſa ſcribunt auctores pro quanto faciat ad ſanitatis conſeruationem.



¶ Capitulum. clviij. oſtendit naturam: proprietates ⁊ operationes porrorum pro quanto faciunt ad nutrimentum.

DE porris dicemus cū Auicen. in ſecūdo canonis. c. cccccxliiij. ſic ſcribente. Porrū calidū eſt in tertio: ⁊ ſiccum in ſecūdo. Silueſtre vero eſt calidius ⁊ ſiccius: ⁊ ppter illud eſt deterius: interficit vermē ⁊ eijcit illum: et ipſius comeſtio facit ſoda: et facit imaginari ⁊ videre ſomnia mala: et eſt ex eis que corrumpunt gingiuam et dentes et ſcindit eos: nocet viſui: et eſt malum ſtomacho et eſt mordificatiuum et inflatiuū: et ideo oportet vt elixetur in duabus aquis quia alleuiatur inflatio ⁊ nocumentū ipſius. Ruffus vero dixit ꝙ abſcindit eructuationē acetoſam et eſt vniuerſaliter tarde digeſtionis: et domeſticuz prouocat vrinā et mēſtrua: et confert emoroidibus qđ ex eo elixū eſt comeſtum: et more emplaſtri ſuperpoſitū: et commouet coitum: et eſt ex ſumma eorū que ſoluunt ſanguinem. hec ipſe. Qđ etiā ſenſit Yſaac in particularibus dietis cū ait. Porrū calidū eſt in medio tertij grad⁹ et ſiccū in fine eiuſdem: quod certum facit ſua ponticitas: vnde ſanguinē manantē a naribus ſtringit: ſed ſcđm cibū inutilis eſt nocet eīm ſtomacho faciēs inflationē ac ventoſitatē: et cū ſui acumine neruos eius mordet: hꝫ etiā proprietatē faciēdi fumū nigrū melācholie ptinentē: qui ad caput ſaliēs viſui tenebroſitatem facit: atqꝫ ſomnia terribilia ac timoroſa inducit vnde cauendū eſt diuerſas naturas hn̄tibus: ⁊ maxime cholericis maniacis ⁊ oppilationē in capite habētibus. qđ comedere diligentes accipiant poſt ipſum portulacam: lactucā: endiuiam ⁊ ſimilia: vt eius calor ab iſtis tēperetur: deinde elixetur: deinde bis aut ter lauetur ⁊ eſui priori modo detur: qđ tn̄ ſcđm medicinam valet. Crudū eīm comeſtum ⁊ arterias a groſſis humoribus mundificat. ⁊ epatis oppilationē aperit ⁊ habētibus oximeriā tribuit medelaz. ſuccus ei⁹ cū aceto ⁊ oleo roſato ⁊ thure naribus immiſſus: ſanguinē ab eis manantē ſtringit in aurē inſtillatus dolorē placat de frigiditate ⁊ humiditate crudum cataplaſmatū ſuper morſum ſerpentis bene prodeſt. Elixum quoqꝫ ⁊ cū oleo ſiſamino: aut cū amigdalino cōditum venerem ſuſcitat: et ventrē humectat: ⁊ valet contra colicam paſſionem que fit a groſſis viſcoſiſqꝫ humoribus ⁊c. Et hec ſentētia fuit etiā Raſis in tertio Almāſoris. c. xviij. dicentis. Porrū calidū eſt ⁊ ſiccū: qđ licet appetitui auxiliū tribuat: caput tn̄ dolere facit ſomniaqꝫ mala demonſtrat: atqꝫ his qui cephaleam pati ſoliti ſunt: ⁊ qui a calore leduntur malum exiſtit. Et in. xxij. continentis. c. ccccclxxxiiij. dixit auctoritate Diaſcoridis. Porrū hortēſe inflat: ⁊ eſt mali chimi: et ex eo accidunt ſomnia mala: prouocat vrinam lenit ventrē: attenuat: infert caliginem in oculis: prouocat menſtrua: ⁊ nocet veſice vlcerate. incitat coitum. ⁊ coctum et cum melle aſſumptum mūdificat canalem pulmonis: et frequens comeſtio eius obſcurat viſum: et eſt mala ſtomacho ⁊c. Et infra ſubiunxit auctoritate Bimmaſui. Porrum eſt modici nutrimenti inferens dolorem capitis: et generat vaporem offendentez ⁊ ſomnia mala cū proprietate ſua et poſtea auctoritate iudei ſic etiā ait. Porrū cū proprietate corrumpit dentes ⁊ gingiuas. Et plurima alia de ipſo dicunt. Que quia tacta ſunt: ⁊ quia prolixitatem tedioſam ſicut et ceteri fugimus: pretermittemus cōcludētes ꝙ porrorū comeſtio nequaꝙ̄ commendanda eſt in via nutrimēti: nec etiā via medicine frequentanda: quare ⁊c.

¶ Cap. clix. oſtendit naturam ⁊ proprietates raparum pro quanto faciunt ad cibum.

RApe: vt inquit Auerrois in. v. colliget calide ſunt hūide: generāt ventoſitatē: mouēt coitum eo ꝙ renes calefaciunt ⁊ habēt mirabilē proprietatē ad illuminandū oculos. Yſaac aūt in particularib⁹ dietis dixit. Calida ē rapa in ſcđo gradu: ⁊ hūida in primo multū plus ceteris nutrit. dure tn̄ digerit: mollē et inflatiuam facit carnem: proinde ſui ventoſitate

⁊ inflatione coitum ſuſcitat:que ſi in aqua coquatur
⁊ illa eiecta in alia recoquatur:duritia ſue ſubſtantie
tēperaẗ:⁊ mediocriter inter bonum ⁊ malum nutrit
que aūt nō bene cocta fuerit:digeritur difficile:vento
ſitatem generat:et in venis ⁊ poꝛis oppilationem fa
cit. Idcirco vtilis eſt bis cocta:⁊ vtraqꝫ aqua pꝛoie-
cta:ſi coquatur cū pinguiſſima carne ⁊c. Raſis etiaꝫ
in.xxij.cōtinentis.c.ccccxlv.dixit auctoꝛitate Diaſco
ridis. Rapa cocta ⁊ comeſta eſt magni nutrimēti:ſed
inflat ⁊ generat carnē molleꝫ:⁊ excitat appetitum ⁊
actum venereum ⁊c. Et in fine capituli allegati au-
ctoꝛitate. Gal. ſic inquit. Rapa inflat:⁊ eſt difficilis
digeſtionis:tamen auget ſperma ⁊c. et in.xxv.eiuſdē
c.j.ſic ait. Si rape elixe fuerint et comeſte cum condi
mentis ⁊ aromatibus bone erunt ⁊ ſimilis conditio
eſt de paſtinaca. Gal. aūt in ſecundo de cibis.c.ꝓpꝛio
dixit de ea. Multifoꝛmiter aūt ⁊ hanc homines pꝛe-
parant vſqꝫ ad hoc ꝙ cōponunt eam cū garo ⁊ aceto
vt habeant pꝛo vſu per totum annū:chimū aūtē red
dit in coꝛpoꝛe groſſioꝛē temperato:pꝛopter qđ ſi ha
bundauerit qs in vſu ipſius.et maxime ſi qs deficiē
ter in vētre digerens ipſaꝫ cōgregabit vocatū crudū
chimum:ad ſeceſſum aūt ventris neqꝫ contrariari vti
qꝫ:neqꝫ conferre dicat quis ipſam ⁊ maxime quādo
decoquitur:bene enim indiget ipſa ⁊ amplioꝛi deco-
ctione:fit autē optima et bis elixata ſicut dictum eſt
pꝛius de caulis pꝛeparatione. Si aūt crudioꝛ ſumaẗ:
indigeſtibilis eſt ⁊ inflatiua:et mala ſtomacho:quan
doqꝫ autem et moꝛdicationes operatur ſcđm ventrē
per aquā autē elixatam admiraboꝛ vtiqꝫ ſi minus ali
qua homogenearū plantarū nutriat. Et idem in ſex
to de ſimplicibus medicinis in.c.gengilidis. inquit.
Rapa ⁊ ſemen eius ſimiliter ad libidinē incitat:infla
tiui ſpiritus generatiua exiſtens. Ecce itaqꝫ quantū
in via cibi pꝛiſci patres rapas cōmendarunt. A quib⁹
ſumpſit Platina cū ait. Nō erit etiā inſalubꝛe pꝛima
abiecta decoctione.ſi ſecundo elixaueris additis aro
matibus que eius inflationem tollunt ⁊c. Et quia in
igne ſuper cineres ⁊ pꝛunas vt plurimum decoquun
tur:mihi videtur hoc omnibus eſſe memoꝛanduꝫ:vt
rape cocte ſuper ligna virtute flamme ignis vt fieri
ſepius vidi:nullo pacto aſſumatur rōne malitie ade-
pte a fumo ⁊ flamma non mediocris:vnde ſuffocatio
nem facile poſſent inducere ⁊ anhelitus conſtrictio-
nem:queādmodū ⁊ caſtanee in perfoꝛato frixoꝛio ſu-
per flammā ignis decocte mihi ſepius adoleſcentu-
lo:hoc neſcienti facere conſueuerunt:quod alie ſuper
pꝛunas et cineres decocte non faciebant. Quod poſt
ꝙ̄ conſideraui:nullam cauſam adinueni que mihi ra
tionabilis videretur:niſi ꝙ ex flamma ⁊ fumo quan
dam malam nociuam et indicibilem qualitatem grā
dēqꝫ malitiam aſſumebant:qua difficultas anhelitus
⁊ ſuffocatio quedam periculoſa:⁊(vt verius dicam)
pernicioſa pꝛoueniebat:que ex vini boni aſſumptio-
ne paulatina alleuiabatur. Quare et hoc idē in rapis
ſuper ligna ⁊ flammam decoctis attendendum fugiē
dumqꝫ iudicamus. Et non niſi manducande ſunt eli-
xe:aut ſuper carbones et pꝛunas ſine fumo decocte
elixe autem pꝛeſtantioꝛes.et ad ſanitatem laudabi-
lioꝛes:vt ex ſententia illuſtrium antiquoꝛum patuit
ſupꝛa.

¶ Cap.clx.oſtendit naturā pꝛopꝛietates et nocumē
ta ex comeſtione raphani pꝛouenientia.

Raphanus vt ſcripſit Gal.ad paternianū
c.ccxxx.omnib⁹ nota eſt que radix appel
latur radicem habēs ſimilem rape ſꝫ lon
gioꝛem que comeſta a ieiuno pꝛout anti
dotum magnum adiutoꝛium ſanitatis ⁊
tutamentum coꝛpoꝛis ſed inflationem operatur ru-
ctus fetidos facit:⁊ vꝛinam mouet ⁊ ventrem relaxat
⁊c. hec ipſe. Quem textum ſi quis recte conſideret nō
ſimpliciter Raphanus appꝛobatur:ſed via tantum
medicine:et in ieiuno et in parua ſcilicet quantitate
non autem conuenit via cibi:nec ante cibum imme-
diate vt quidam ſunt opinati:pꝛopterea quia calid⁹
eſt in tertio gradu:et ſiccus in ſecundo vt dixit Auer
rois in.v.colliget.et Haliabas in quinto theoꝛice.c.
xvij.vbi ſic ait. Raphanus paſſiones facit et turbatio
nes eo ꝙ eructuationeꝫ generat fetidam:ideoqꝫ qui
vomiturus eſt eo vtitur.cibus enim malus eſt ⁊ groſ
ſus:digeſtionis tarde difficile a ſtomacho deſcendit.
et ſubdit. Quidam aiunt illum digeſtionem adiuua-
re ſed econtra rem eſt inuenire:neqꝫ enim digeritur
quanto minus ipſe digerit. Auicen. vero in ſecundo
canonis.c.ccccclxxvj.ſic ſcripſit de eo. Raphanus eſt
inflatiuus:et elixatus eſt nutribilioꝛ pꝛopter ſepara
tionē illius ab eo quod eſt medicinale:⁊ nutrimentū
quidē eius eſt phegmaticum ⁊ paucum cum hoc quā
to igitur magis crudum et nō elixatum. Et ꝓpterea
ſubdit:et in ipſo eſt ſubſtātia que velox eſt ad putre-
factionē:et illud ꝓpter id qđ in ipſo eſt de nocumen-
tis:et multiplicat pediculos in coꝛpoꝛibus nocet ca
piti:dētibus et palato:nociuus eſt oculo:licet abſter
gat ipſum qñ diſtillaẗ in eo aqua eius:et poſt pauca
ſubiūxit:eſt malus ſtomacho faciēs eructuare.⁊ poſt
cibum lenit ventrē:et facit cibū penetrare:ſed ante ci
bum facit natare ipſum cibū et nō quieſcit et ꝓpter
hoc facilē efficit vomitū. Dixit poſtremo auctoꝛitate
filij Meſangue ꝙ ſi comedatur poſt cibum digerit ⁊
ꝓpꝛie folia ei⁹:⁊ facit appetitū ⁊c. Hoc quoqꝫ ſenſit
Iſaac in particularibus dietis cum inquit. Raphan⁹
calidus eſt in tertio gradu:et ſiccus in ſecundo mi-
nus ꝙ̄ rapa nutrit pꝛopter ſuum acumen quod eſt
foꝛtius acumine rape:nutrimentum eius eſt groſſuꝫ
dure digeſtionis ſtomacho nociuum:⁊ inconueniens
oculis:dentibus.gule ⁊ omnibus vuule doloꝛibus
Et infra dixit. Radix eius ſecundum cibum mandu
cata toꝛſionem et inflationem generat:⁊ ſtomacho
fit illaudabilis:quod ructus eius putridus teſta-
tur:qui maxime fit ante cibum ieiunijs;eſui data:



cibum eleuat:et deſcēdere pꝛohibet ad locū decoctio
nis:vnde fit cauſa indurande egeſtionis:et naturalē
virtutē inhibet cibum in interioꝛē partē expellere:
quare fit vomitus maxime eis qui ventoſitatem ha-
bent in ſtomacho:ꝙ tamē poſt cibum accepta mino-
rem agit vētoſitatē ſuperius aſcendentē:et cum ſua
grauitate deſcēdit inferius:et deponit cibum in locū
decoctionis:et digeriẗ vt opoꝛtet:vnde fit cauſa ſecū
dam digeſtionē cōfoꝛtādi:hoc enim gratia ſue actio
nis:que nō habentibus ventoſitatē impedit poſt ci-
bum accepta:pꝛoinde volentes eam pꝛopter vomitū
accipere ante cibum ſumāt:ſed pꝛopter ſupplemētū
ſecunde tertieqꝫ digeſtionis:poſt cibū māducent. hic
ipſe. Raſis etiam in tertio Almanſoꝛis c.xviij. ſic in-
quit de ipſo. Raphanus calidus eſt et groſſus:qui in
ſtomacho longā faciēs moꝛam phlegma incidit:atqꝫ
cibum ad os eleuat ſtomachi:vomitū quoqꝫ mouet:
cuius folia cibū digerunt:et appetitiuā adiuuāt quā
do ex eis parū ſumitur. Raſis etiā in libꝛo.iiij.ſuoꝛū
aphoꝛiſmoꝝ. Raphani ⁊ coꝝ ſtipites in ſtomacho du
rant ꝙ̄plurimū:caput replēt:gutturi vero conferūt:
q: clarificant vocē:vt inquit Auerrois loco ſuperius
aſſignato. Idē quoqꝫ Raſis in libꝛo.xxij.continētis.
c.cccccxxxix.dixit auctoꝛitate Diaſcoꝛidis. Radix ra
phani generat vētoſitates:⁊ eſt mala ſtomacho:mul
tiplicat eructuationem:⁊ pꝛouocat vꝛinā:⁊ calefacit:
et ſi comeditur poſt cibū lenit ventrē:et ſubuenit ſu
per penetrationem nutrimenti:et ſi comeditur ante
cibum:ſupernatat cū cibario:et ſubleuat illud ad ſu-
perioꝛa ſtomachi:et nō dimittit quieſcere:ideo de le-
ui pꝛouocat vomitū et attenuat ſenſus. Et infra au-
ctoꝛitate Ruffi ſubdit. Radix cōfert in phlegmate:ex
citat vomitū:nocet capiti:oculis:dentibus:⁊ palato.
Et dixit in alio libꝛo:ꝙ ſit tarde digeſtiōis:inflat vē
trem:multiplicat phlegma ⁊ calefacit. Et dixit in li-
bꝛo regiminis. Radix bona eſt ad phlegma:⁊ volētē
euacuare id qđ in ſuperioꝛibus partibus ventris fue
rit:tū mala eſt oculis:dentibus:et gutturi. Et Ioā-
nitius inquit:ꝙ hoc eſt ex cauſa malicie ſubſtātie pu
trefactiue que eſt in ea:qua de re cōcludēdū eſt ꝙ via
cibi nequaꝙ̄ raphano ſit vtēdum:vt ex iam dictis pa
tuit manifeſte:nec etiā ante cibū:ſed tātūmodo poſt
cibū qñqꝫ ratione medicine. Et ꝙ ita ſit apparet per
Gal. in libꝛo de ſubtiliāte dieta.c.ix.ſic dicentē. Gu
ſtādū eſt radices ſolas calidas ⁊ acres ſicut allei ⁊ ce
parū et raphanidas:⁊ has vt pharmacum magis ꝙ̄
cibum:nec etiam ſic ſimpliciter:ſed poſt comeſtionē:
vt diximus.quare ⁊c.

¶ Cap.clxj. ponit conditiones attendēdas circa ſe
mina ſeu legumina que pꝛo ferculis accipiuntur.

Quemadmodū ſuperius pꝛomiſeramus:
velle dicere de ſeminibus ⁊ leguminibus
que ſunt in vſu.poſtꝙ̄ de radicibus fuiſſe
mus locuti:ſic in pꝛeſentia de ipſis age-
mus:oſtendentes:pꝛiuſqꝫ ad ſpecialia deſcendamus
quas debeant habere conditiones ſemina et legumi
na que comedi debēt:vt bona ⁊ laudabilia ab eis op
poſitis ſcire diſtinguere valeamus. Dicamus ergo
ꝙ grana ſeu ſemina ad ſanitatē laudabilia:non debēt
eſſe noua nec etiā inueterata:ſed medium tenentia vt
ſunt illa que poſt ſex menſes ſunt collecta vſqꝫ ad an-
num vel circa durantia ſcđm Iſaac determinationē
in vniuerſalibus dietis.c.xxiiij.dicentis. Granoꝛum
nouoꝛum ante ſeptem mēſes nutrimēta groſſa ſunt
⁊ viſcoſa ad diſſoluendū dura:ſed tamen cū bene di-
geſta ſunt multū dant nutrimentū ⁊ tarde diſſolubi
le a membꝛis. Et poſtea ſubiunxit. Grana vero inue
terata ſed nō coꝛrupta:in nutrimēto ſunt melioꝛa:et
a membꝛis diſſoluendū facilia:ideoqꝫ in ſanitate cu-
ſtodienda melioꝛa ſunt ꝙ̄ ad membꝛa cōfoꝛtanda. In
ueterara vero magis ꝙ̄ opoꝛtet ſunt illaudabilia:quā
do autem inueterata dici debeant:intelligatur quan
do ſua naturalis humiditas exiccata et finita fuerit:
⁊ tunc minime mollificantur in aqua cum velut lapi
des exiſtant:⁊ vt plurimū ſupernatant eo ꝙ nihil re-
cipiūt humiditatis aque:quo facta grauioꝛa poſſint
deſcendere. Similiter ſi dura foꝛēt naturaliter ſemi-
na:ita ꝙ nō molleſcant repꝛobāda ſunt etſi antiqua
ta non fuerint:quoniam iam dictis ſunt ſimilia ⁊ per
conſequens minime accipienda:dicente Iſaac vbi ſu
pꝛa. Si grana vel ſemina vel quelibet ſicca pꝛobare
volueris:infunde infundenda in aquis:que ſi veloci
ter inflantur ⁊ duritiem amittunt ſuā:laudabilioꝛa
ſunt nō obedientibus. Velocitas enim mutationis
ſignū eſt perfecte actionis naturalis caloꝛis in coctio
ne ſui dum in oꝛigine ſua fiunt. Que autem grana in
ſua duritie ⁊ ſiccitate cocta ⁊ elixa vel infuſa perman
ſerint:ſuperfluitates humoꝛū groſſoꝛum ⁊ viſcoſoꝛū
ſe habere innuunt:in quibus ſubtiliandis ⁊ digeren-
dis natura defecit. Que fuit Galieni ſententia in
libꝛo de euchimia et cachochimia dicentis. Legumi
na ⁊ fructus ſicci ſiue ſemina que comeduntur:ſi in
aqua infuſa non eleuabuntur:⁊ mollia facta non fue
rint:ſed retinentia pꝛiſtinam duritieꝫ peioꝛa ſunt om
nibus ⁊ ad ſignificationem et ad digeſtionem:con-
traria vero omnibus melioꝛa. Debent pꝛeterea gra
na ſeu ſemina que manducantur:hanc etiam habere
conditionem:ſcilicet vt nullum odoꝛem aut ſapo-
rem malum habeant.nec aliqua mala ſint affecta
qualitate:vt ſenſit Iſaac vbi ſupꝛa cum ait. Quecun
qꝫ grana in odoꝛe peſſima vel in ſapoꝛe ſunt abomi-
nabilia:nutrimenta eoꝛum ſunt abhoꝛrenda:quod
etiam ex verbis Auicenne colligi poteſt in tertia pꝛi
mi doctrina ſecunda capitulo ſeptimo Et ex verbo
illo opoꝛtet:quod cibus ſit talis quale triticum ab
extraneis rebus purgatum:quod ex meſſe ſana fue-
rit collectum:cui nullum accidit nocumentum ⁊c. Et
ſicut de tritico expꝛeſſit.ſic implicite ⁊ de alijs gra-
nis que comeduntur dedit intelligere ſcꝫ de farre:
ſpelta:panico:milio:fabis ⁊ ceteris talib⁹ de quibus

infra dicemus. Reliquas autē conditiones circa vnū
quodq̄ obſeruandas: ſuis in locis domino concedē-
te ſcribemus: eundem ſeruantes alphabeti ordinem
ne diu in querendo laboret qui naturam ⁊ proprieta-
tes alicuius rei inuenire deſiderabit. quare ⁊c.

## Capitulum. clxij. oſtendit naturam et proprieta-tes ciceris albi et rubei in via nutrimenti.

CUm grana et ſemina in duplici differen-
tia reperiantur: quedam enim pro cibis:
aliqua vero pro condimentis ciborū vtan-
tur: quēadmodū ſunt aniſum: feniculum:
piper: et huiuſmodi: de quibus impreſen-
tiarum non intendimus. Sed de his tātū que pro ci-
bis manducantur: de illis autem poſterius dicemus
cum de condimētis ſermonē faciemus. A cicere itaq̄
incipiamus: cum ante ipſa nullum leguminum a pre-
cedētibus litteris inchoare inueniamus: dicētes cū
Auerro. in. v. colliget. Cicera ſunt temperate calida
et humida: et habēt inflationem: et propterea tertia
earum operatione habent generare ſperma: et ꝓuo-
care vrinam et menſtrua: et frangunt lapidē: ſed hoc
faciunt plus nigra ꝙ alba: et ſi comeduntur recentia
generant in ſtomacho et in inteſtinis multas ſuper-
fluitates: et ſunt duriora ad digerendum niſi primo
eſſent infuſa: ⁊ habent proprietatem faciendi bonum
calorem: et hoc faciunt quia acuūt calorem: ita vt ge-
neretur ſpiritus ventoſus: et per hanc viā valēt coi-
tui. Sed Haliabas in. v. Theorice. c. xv. ſic de eis in-
quit. Cicer calidum eſt et ſiccum: et in eo eſt humidi-
tas quedam: et vētoſitas: et inflatio: vnde et ſperma
generat: ⁊ coitus appetitum: lac auget ⁊c. Qđ etiam
videtur voluiſſe Princeps in. ij. canonis. c. cxxxij. ſic
dicens. Cicer album eſt calidum et ſiccum in primo:
et nigrum eſt fortius. Ambo ſunt inflatiua et leniti-
ua: et in ipſo eſt inciſio. Et nutrimentum qđ prebet:
eſt fortius nutrimēto fabarum et magis ſolidū: neq̄
eſt aliquid in ſuis figuris qđ magis ipſo nutriat pul-
monē. Et quod ex ipſo eſt humidum: plus eſt gene-
ratiuum ſuperfluitatum ꝙ ex eo qđ ſiccum eſt. Et in-
fra ſubdit. Clarificat vocem: ⁊ nutrit pulmonem me-
lius ꝙ res aliqua. Et in calce capituli ſic ait auctori-
tate Hippocratis. In cicere ſunt due ſubſtātie: que
ſeparantur cum decoctione. Quarum vna eſt ſalſa et
lenit naturam: et altera eſt dulcis et prouocat vrinā:
et dulcedo in ipſo eſt inflatiua ⁊ excitat coitum. Idē
quoq̄ ſenſit Iſaac in particularibus dietis cum ait.
Cicer eſt multi nutrimenti: vētrem humectat: vrinā
mouet: menſtrua prouocat: ventoſitatem creat et in-
flationem: idcirco ſperma auget coitumq̄ confortat.
Cicer autem album calidum eſt in primo: et humi-
dum in medio: propterea nutrimentum eius maius
eſt ꝙ fabarum: non tamen bonum: ſed ad digerendū
durum ventoſitatem et inflationem faciens intātum
vt carnem inflet et dilatet: et idem faciet quod acetū
in ſicco luto: aut fermentum in paſta. Unde qui eo
vtuntur pulchre cutis fiunt. Dilatata enim ⁊ extenſa
caro luceſcit et clarificatur. Item coitum adiuuat: q̄
tres habet cauſas ad coitum pertinentes: ſcilicet ca-
lorem: nutrimentum et inflationem. Et infra dixit.
Cicer nigrum albo eſt calidius et minus humidum ⁊
propterea amaritudo eius dulcedine manifeſtior eſt:
ideo plus albo aperit oppilationes ⁊c. Raſis etiam
in tertio Almanſoris. c. ij. ſic de ciceribus inquit. Ci-
cer calidum eſt: inflat et vrinam ac menſtrua prouocat:
et auget ſperma: viride preterea cicer in ſtomacho et
in inteſtinis multas generat ſuperfluitates: fabe ta-
men et cicer ſi aſſentur minoris ſunt vētoſitatis. In
quarto quoq̄ libro ſuorum aphoriſmorum dixit de
ipſis. Cicera bonam faciunt vrinam: et bonum calo-
rem: maxime ſi cum carnibus comedantur et cum ci-
namomo ꝙ plurimum. Ei in libro. xxj. continentis. c.
cclij. dixit auctoritate Gal. in libro primo ciborum
in. c. xvij. licet ipſe capitulum non annotauerit. Nu-
trimentum cicerum eſt melius nutrimento fabarum:
et eius inflatio non eſt minor inflatione fabarum:
et addunt ad ſperma: et excitant coitum et propter
hoc dantur ſtallonibus: et mundificant plus ꝙ fabe.
et poſtea ſubiunxit. Et cum torrefiunt cicera: tollitur
ipſorum inflatio. et eorum digeſtio erit difficilis: et nu-
triunt plurimo nutrimento. Et recentia generāt plu-
rimam ſuperfluitatem ſicut narrauimus de fabis: et
dixit in libro chimorum. Licet cicera ſint multi nutri-
menti: non tamen laudabilem generant chimum: et
non ſunt minoris inflationis faba. Noſter autem tex-
tus in libro de euchimia. c. iiij. ſic ſe habet. Cicera nu-
tritiua ſunt: non tamen euchima: inflatiua vero non
minus faba: excitant ad coitum: et ſimul ex eis ſper-
ma generatur. et in libro de ſubtiliante dieta. c. vij. ſic
ait de eis. Cicer inflatiuum eſt: et diſdigeſtibile: et ſu-
perfluicum cibarium: ad vrinationem autem aptum
⁊c. Raſis etiam loco ſuperius allegato ſic quoq̄ ſcri-
pſit auctoritate Ruffi. Cicera laxant ventrem: prouo-
cant vrinam et nutriumt multum. Poſtremo aucto-
ritate filij Meſue ſic etiam inquit. Cicera ſunt calida
in ſecundo et humida circa medietatem primi faciūt
multum erigere addunt ad ſperma prouocant vrinā
et menſtrua ⁊c. et infra: nutriunt pulmonē pre omni-
bus alijs rebus: et cū pulmo eſt vlceratus: exhibeat
farina cicerum cum lacte decocta ⁊c.

## Cap. clxiij. oſtendit naturam fabarum et dore pro quanto faciunt ad ſanitatem in via cibi.

DE dora que ſecundum quoſdā dicit Me-
lica ſcđm vero alios eſt ſpecies milij vt au-
ctor inquit pandectarum: vſq̄ nunc capi-
tulum nec aliquid de ea ſcriptum reperi-
mus: niſi a Raſi in libro tertio Almanſo-
ris. c. ij. in fine ſic dicente. Dora ſicca eſt que et parū



nutrit et ventrē ſtringit. Si quis autē diceret: et quo-
modo ventrē ſtringit cū ſolutiuā omnes ipſam eſſe
fateantur: pro quibus facit etiam experiētia. Cui di-
cemus ꝙ ꝑ ſe ⁊ rōne ſuarū qualitatū ventrē ſtringit:
per accidens vero ſoluit: nec iſtud eſt inconueniens
cū meſpila: myrabolani: citonia ⁊ hmōi naturaliter
ſtiptica ventrē ſtringant per ſe: per accidens aūt ⁊ cō-
primendo ſoluant: vt patet medicinā intelligentibus
Dora igitur cibus erit medicinalis: ⁊ potius medi-
cina cibalis dicetur eſſe ꝙ cibus: quare ipſa nō eſt vtē-
dum. tum quia ſicca: tum quia parum nutrit: tū etiā
q̄ ſolutiua non parū exiſtat. Faba vero ſeu fabuſ
vt inquit Auerrois in. v. colliget. c. de cibis medicina-
libus. eſt temperatū inter caliditatē ⁊ frigiditatē: aut
parum declinat ad calorē: ⁊ propterea habet diſſolue-
re apoſtemata propter ſuam abſterſionem ⁊ matu-
rat ⁊ eſt multe humiditatis: propterea accidit ei mul-
ta inflatio et ventoſitas: et ipſam nō perdit propter
aliquā decoctionē. Et dicitur ꝙ qui habet malam
proprietatem cum virtute cogitatiua: ⁊ qui ea vtunẽ
multa habent ſuſpiria horribilia et phegma. Melius
tamen videtur eſſe dicendū cū Haliabate. in. v. theo-
rice. c. xv. ſic ſcribente. Faba que recēs eſt et viridis
frigidā habet cōplexionem ⁊ humidam phegma ge-
nerans. Que vero ſicca eſt cōplexio illi frigida inueni-
tur ⁊ ſicca: ventoſitatem generat ⁊ inflationem plu-
rimam ⁊ ſi minorem ꝙ recens ⁊c. Et poſt aliqua ſub-
dit. Laudabilior fabe comeſtio ſi corticibus. mūdata
coquatur donec diſſoluatur: abit ab ea vētoſitas ei9
teraturq̄ mola diligentiſſime. tunc enim minuitur
ventoſitas et inflatio maximeq̄ ſi cimini aliquid ad-
dideris et darſeni. i. cinamomi piperis ⁊c. Auicen. ve-
ro in. ij. canonis. c. ccxlv. dixit de ea ſic. Uirides ſunt
plurime ſuperfluitatis: ⁊ ſi non eſſet tarditas ſue di-
geſtionis: et multitudo inflationis earum non eſſent
minores in nutriendo bene ꝙ pultes ordei: ſed ſan-
guis earum eſt groſſior et fortior. Et meliores ex eis
ſunt groſſe albe: que a gurgulionibus non perforan-
tur: et deteriores earum ſunt recentes: et earum qui-
dem rectificatio eſt prolongatio infuſionis earum: et
bonitas decoctionis et comedere eas cum pipere ſa-
le et haſce origano et ſimilibus: cū oleis: et proxime
in natura ſua ſunt equalitati: ſed ſunt decliues ad fri-
giditatem et ſiccitatem plus et in ipſis eſt humidi-
tas ſuperflua et proprie in viridibus. De veritate ve-
ro viridium eſt: vt iudicentur frigide et hūide. Qui au-
tem ponunt frigiditatem fabarum in gradu ſecundo
modū excedunt quarū operationes he ſunt. Abſter-
gunt parūper et inflant valde: verū decoctio vehemē-
ter iterata cum aqua remouet earum inflationem: ve-
rum cum fabe excorticanẽ et molliuntur et decoquun-
tur in vaſe ſine motu: minoraẽ earum inflatio. ⁊ que
ex eis frixe ſunt: pauce ſunt inflationis: ſed ſunt tar-
dioris digeſtionis. Et cocte cum ſuis corticibus ſunt
plus inflatiue. Et infra ſic etiam ſcripſit: et generaẽ
ex eis caro mollis: et generāt humores groſſos. Hip-
pocrates quoq̄ teſtificatus eſt bonitatem nutrimē-
ti earum: et conſeruationem ſanitatis ab eis: ⁊ de ꝓ-
prietate quidem earum eſt ꝙ abſcindunt oua gallina-
rum cum nutriuntur ex eis. ⁊ faciunt videre ſomnia
cum alienatione perturbata. Et poſtea ſubiunxit. Fa-
ciunt ſoda: et nocent omnibus quibus accidit ſoda:
⁊ ſunt difficilis digeſtionis ⁊ tarde deſcenſionis: et
ſunt generatiue oppilationū: ⁊ decocte cū corticibus
ſuis in aceto prohibent vomitum ⁊ fluxum diſſinteri-
cum antiquum. Iſaac autem in particularibus die-
tis: ſic de eis inq̄t. Fabe in natura ſua frigide et ſicci-
tate ſunt diuerſe: quarum virides frigide ſunt ⁊ hu-
mide in primo gradu: nutrimentum tamen eſt min9
quia humores generant groſſos ⁊ crudos. Et q̄ in-
flatiue ventoſitatem faciunt in ſuperioribus ventris
propterea valde nociue ſunt. Sicce vero ſuiſq̄ tēpo-
ribus perfecte ſunt frigide ⁊ ſicce in primo gradu nō
laudabilem ſanguinē creant: vnde carnes inflant ⁊ di-
latant: ⁊ operantur in ea quod fermentum in farina
vel paſta: propterea in ſuperioribus ventris ventoſi-
tatem plurimam generant et inflationem: ex qua fu-
mus incipit aſcendere cerebro nocens et multa ⁊ cor-
rupta ſomnia inducit. Cum hec ergo naturaliter ha-
beant fabe: non eis aliquo coctionis modo poſſunt
auferri. vnde Gal. Fabe ſi nimium coquantur vento-
ſitatem et inflationem ſuam ſicut ordeo auferre ne-
quimus: minuere tamen poſſumus. Experimento
autem probatur in eis qui fabis vtentes aſſidue indi-
geſtionem patiuntur: ⁊ inflationem ⁊ ſi ſaniſſimi fue-
rint. hec ipſe. Quod etiam ſenſit Almanſor in tertio
cap. ij. dicens Fabe temperamento proxime exiſtunt
licet frigiditati parumper attineant: que multum in-
flantes ſcothomias generant caput preterea grauāt
corpuſq̄ totū diſſolutum efficiunt: ⁊ ideo ſolitis pa-
ti ventoſitatem ex colica vel ex ruptura male ſunt: vi-
rides autem humores generant crudos. et in ſtoma-
cho ⁊ in inteſtinis augmentant phegma: et in ipſis
ventoſitatem excitant. Idē quoq̄ dixit in. xxj. conti-
nentis. c. clxvj. auctoritate Diaſcoridis. Et fuit ſentē-
tia Auenzoar in ſuo Theiſir. c. j. cū ait. Habentia groſ-
ſam ſiccam ⁊ terreſtrem ſubſtantiam: ſi bene decoquā-
tur minus nocent ſtomacho exceptis fabis in quib9
decoctio non remouet nocumentū. Sn̄ia quoq̄ Ha-
liabatis in. v. Theorice. c. xv. Qui omnes a Gal. mihi
videntur accepiſſe dicente in libro de ſubtiliante die-
ta. c. vij. Fabe nō digeruntur faciliter ⁊ inflatiue ſunt
ſatis ⁊ in primo alimentorum. c. xiiij. Fabe virides co-
meſte anteꝙ maturentur et exiccentur: habent com-
mune omnium fructuum quoſcunq̄ in maturitatem
offerrimus: alimentum humidius dantes corpori: ⁊
propter hoc magis ſuperfluicum: non ſcđm inteſtina
ſolum: ſed etiam ſecundum totum habitum. et in pri-
mo regiminis acutorum commento. xviij. dixit. Sor-
bitionem ex fabis factam ſi tribus coxeris diebus
non eſt tibi poſſibile vt eius inflationem ab ea remo-
ueas: qđ eſt quia inflatio ineſt ei ex ſubſtantia ipſius

proꝛia:⁊ nõ ex diminutione decoctionis eius:⁊ propterea dicebat ipſe in libꝛo de euchimia ⁊ cachochimia capitulo.iiij. Si faba inflatiua non eſſet:cachochimam nõ diceremus. Ex quibus apparet ꝙ oĩs faba ſit illaudabilis:viridis aũt et cocta cuꝫ coꝛtice peioꝛ alia quacũqꝫ:quare ⁊c.

¶ Capitulum.clxiiij.oſtendit naturam farri frumẽti et ſpelte:declarando quale ſit et quantum eoꝛum nutrimentum.

LIcet far quãdo ſimpliciter ponit̃ de farre ſpelte intelligatur:vt inquit auctoꝛ pã dectarum:tamen mihi videtur ꝙ ſepius etiam pꝛo frumento vel tritico accipiat̃ et non equidem irrationabiliter pꝛopterea ꝙ vt Raſis inquit in.xxj.cõtinentis.c.cxciij. auctoꝛitate Pauli in.vij. Spelta eſt pꝛopinqua virtuti frumenti:⁊ eſt media inter calidũ ⁊ frigidũ.⁊ etiaꝫ auctoꝛitate Diaſcoꝛidis dixit de ea. Aliquod eſt genus habens in caſula vnũ granũ:et aliud habens duo et vocatur latine farri. Dicamus ergo ſimul de ipſis ⁊ de frumento piſtato farre ⁊ appellato cum Auicen.in ſcõo canonis.c.ccl.ſic ſcribẽte. Melius eſt illud qđ eſt mediũ inter duritiẽ ⁊ raritatẽ magnam pingue recẽs planũ qđ ẽ inter albedinẽ ⁊ rubedinẽ calidũ et tẽperatuꝫ in hũiditate:⁊ ſiccitate ⁊ eſt plurimi nutrimẽti ⁊ frumentũ elixatũ eſt tarde digeſtionis inflatiuum:veruꝫ eius nutrimentũ quando digeritur eſt plurimuꝫ Et infra dixit. Frumentũ eſt magis nutritiuum coꝛpoꝛis omnibus granis.⁊ poſtremo cõcludit. Triticũ crudum et etiã decoctũ elixatum non mollitum neqꝫ fractũ neqꝫ coctum ita vt ſit puls. Et fractum etiã ſimiliter qñ comeditur generat vermes. Auerrois quoqꝫ in quinto colliget ſic de eo ſcripſit. Frumentũ coctum in aqua eſt groſſum viſcoſum oppilatiuũ et durum digeri plus alia re et eſt valde malum. Raſis aũt in tertio Almanſoꝛis.c.ij.in pꝛincipio ſic ait. Triticum tẽperamẽto eſt viciniũ:licet caliditati parũ attineat. Quod aũt ponderoſius inuenitur et ſolidius maioꝛis eſt nutrimẽti hoĩbus : oĩbus quoqꝫ alijs granis magis cõueniens et magis ꝓpꝛiuꝫ inuenit̃: ſanguis etiam ex eo generatus omni ſanguine qui ex alijs generatur granis temperatioꝛ exiſtit. Et in.xxj. cõtinẽtis.c.clxxxix.dixit. Frumentũ fractum.i.far : vt dixit Gal.in.vij.ſimpliciũ : eſt idem modus frangendi in frumento ſpelta ⁊ oꝛdeo et omni genere leguminis ⁊ ipſoꝛum virtus et operatio eſt eadem cum eoꝛuꝫ ſubſtantia integra. Et dixit deinde auctoꝛitate Diaſcoridis. Far nutrit magis amido:et inflat et impinguat:et generat chimum groſſum viſcoſum et lucidũ et debet decoqui ſupꝛa carbones:et conderi cũ oleo onfancio aut amigdalino dulci ⁊ pauco ſalis:⁊ debet apponi oleum in pꝛincipio vt melius miſceatur et cũ eſt coctum cõdiatur cum melle ſcilicet ꝫuccaro vt amoueatur eius viſcoſitas et cito deſcendat a ſtomacho. In capitulo vero.cclxxx.eiuſdem libꝛo dixit auctoꝛitate Gal.in lib.dietarum ꝙ granum frumenti eſt magis iuuatiuum hominibus omni alio grano:⁊ illud quod eſt ex eo clarum durum firmum et non de facili frangitur:eſt valde nutritiuum et melius et nutribilius alio:et illud quod eſt diaphanuꝫ leue et pingue eſt econtrario. Et ſubſtantia huius frumenti eſt velocis deſcenſus pꝛopter multuꝫ furfur quod eſt in eo et ſubdit. Frumentum elixum eſt tarde digeſtionis inflatiuum et ſi bene digeritur eſt multi nutrimẽti:et manifeſte addit ad virtutem et calefacit. Et ſi pꝛegnans comedit ipſum:non euadit ab eius nocumento. Series autem Galieni in libꝛo de ſubtiliante dieta hic eſt:pꝛout nos habemus. Triticum cibus nutribiliſſimus et viſcoſi et groſſitatis humoꝛis generatiuum. Quocirca niſi quis pꝛeparet ipſum ſicut nunc pꝛeparatur.et offerat groſſum et viſcoſum ſatis ſubnutrit humoꝛem:pꝛopter quod neqꝫ ſimpliciter coctum opoꝛtet comedere triticum ſicut vidi comedentes in aſia ꝙ̃ multos ruſticoꝛum.dulcoꝛant enim pauco ſale id:neqꝫ farinam faciendo coquentes ſicut pultes et in aqua infundentes vel lacte. Omnes enĩ huiuſmodi pꝛeparationes diſdigeſtibiles ſunt et pachichime. Sola autem eſt bona pꝛeparatio eius quã per fermentũ ſal et cribꝛum ⁊ furnum ⁊c Dixit etiaꝫ Raſis loco ſuperius allegato auctoꝛitate filij Meſue. Frumeutum calidum eſt in pꝛimo : equale inter humiditatem et ſiccitatem:ſed magis declinat ad humiditatem:et hanc acquiſiuit ab aqua et ſignum ad hoc eſt multitudo nutrimenti eius. et poſtremo auctoꝛitate Gal.ſic ait. Spelta non deſiccat:ſed digeritur ſicut frumentum:et generat humoꝛem groſſum: et eſt tardi deſcenſus ⁊ multi nutrimenti et foꝛtis ex quibus apparet ex quo frumento fer fieri debeat: et quantum nutrimenti pꝛebeat quõcunqꝫ far extiterit ſiue ex frumento ſiue ex ſpelta tamen pꝛo delicatis ⁊ exercitatis hominibus minime videt̃ conuenire:cum groſſus ſit cibus et dure digeſtionis:vt patet ex iam dictis:quare ⁊c.

¶ Capitulum.clxv.oſtendit naturam ⁊ pꝛopꝛietates faſeoloꝛum alboꝛum et rubeoꝛum in via cibi.

FAſeoli teſte Gal.in lib.de ſubtiliante dieta.c.vij.multo fabis ſunt pꝛauioꝛes. Et vt inquit Auerrois in.v.colliget.c. de ciceribus:ipſi declinant ad caloꝛem et humiditatem:et impinguãt coꝛpus : et pꝛouocãt vꝛinã et ſanguinẽ menſtruũ:et laxant ventrẽ et ꝓpꝛie rubei:et inducunt ſomnia:et faciũt vertiginẽ ſed Haliabas in.v.theo.c.xv.aliter eos graduauit cũ ait Faſeolus alius albus cuius cõplexio frigida eſt et ſicca:et alius rubeus et in eo caloꝛ eſt et inflatio : niſiꝙ eius inflatio minoꝛ eſt ꝙ̃ fabarũ ⁊c. Qđ etiam ſenſit Pꝛinceps in.ij.canonis.c.cclij.dicẽs. Faſeoli rubei calidioꝛes ſunt eoꝛum. Filius tñ Meſangue ⁊ arſaianis dixerunt:ꝙ ſunt frigidi ⁊ ſicci: et apud me ſubſtãtia eoꝛum eſt ſicca in qua eſt humiditas ſuperflua: et ipſi ad caliditatem declinant: ſed rubei ſunt calidioꝛes:et humoꝛ faſeoloꝛũ eſt humidus phlegmaticus: et faciũt videre ſomnia mala:ſunt boni pectoꝛi et pulmoni generant humoꝛem groſſum. Sed ſinapis pꝛohibet nocumentum eoꝛum:et ſimiliter acetum cũ ſale:et pipere:et oꝛigano: et vt bibatur ſuper eos vinũ paſſum purũ:et qui cũ aceto ſunt nutriti pauce ſunt humiditatis pꝛouocant menſtrua ⁊c. Iſaac quoqꝫ in particularibus dietis. Faſeoli calidi ſunt in medio ſecundi gradus: et humidi in fine: hoc autem teſtatur ꝙ vt plurimum non perfecte vt grana poſſunt deſiccari: et ſi deſiccentur non multum tempoꝛis ſeruare valent:ideoqꝫ humoꝛes gignunt groſſos:inflãt nãqꝫ ventoſitatem fumumqꝫ plurimum generant:atqꝫ caput implent:ſomnia peſſima et terribilia faciũt ⁊ coꝛrupta. Et ipſoꝛum albi minus calidi ⁊ humidi:vnde eoꝛum nutrimentum groſſius eſt: et ad digerendum durum:humoꝛes phlegmaticos faciũt et groſſos:attenuare autem volentes groſſitudinem eoꝝ: eos elixent:et elixatos a coꝛticibus mundent: mũdatos cũ obſomogaro.ſ.ſale:et oleo:et cimino: ⁊ pipere comedẽt. Virides albi ablatis coꝛticibus cũ ſale ſunt aſſumendi:⁊ ſinapi oꝛigano: et pipere merũ vinum et foꝛte cum eis accipiens. Ruffi vero caloꝛis et humiditatis ab albo min⁹ habẽt ideo et in ſuis foꝛtioꝛes ſunt operibus ad pꝛouocãdum ⁊c. Que fuit etiam ſententie Raſis in tertio Almanſoꝛis.c.ij.dicentis. Faſeoli inflant et impinguant coꝛpus:vꝛinamqꝫ ac menſtrua pꝛouocant:ventrem etiam reddunt mollem: quod illi pꝛopꝛie efficiunt qui rubei ſunt: coꝛpus calefaciunt et capitis efficiunt ſcothomiam:ac mala ſomnia videre faciunt. Et in libꝛo.xxiij.continentis.c.ccccccccv.dixit auctoꝛitate Bimmaſui. Faſeol⁹ calidus eſt in pꝛimo:in medio ipſius ⁊ humidus ſimiliter. Sꝫ ruffus calidioꝛ pꝛouocat menſtrua: ⁊ ſi miſcetur cũ oleo nardino: et ſi comeditur cum ſinapi pꝛohibet eius nocumentum. Et ruffus faſeolus eſt laudabilioꝛis humoris: ſed albus eſt abundantis humiditatis et difficilis digeſtionis: ſubuenit ſuper digeſtionem ipſius ſi comeditur calidus cum almuri: id eſt ſale:oleo: et cimino eiecta coꝛtice ipſius exterioꝛi vt non comedatur. Sed recens faſeolus comedi debet cum ſale:pipere:⁊ oꝛigano ad ſubueniendum ſuper digeſtionem ipſius: et vtatur ſuper eum potu vini ſimplicis et ſolidi:et ſi comeditur cum aceto erit modice humiditatis et tarde digeſtionis ex cauſa ſiccitatis aceti. Dixit deinde auctoꝛitate Damaſceni:Ioãnitij:⁊ Diaſcoꝛidis. Faſeoli inflant:pꝛouocãt vꝛinã et menſtrua: generant ſomnia mala: licet abundanter nutriãt pꝛo ruſticis:ergo et foꝛtiter laboꝛantibus cum ſui humoris groſſicie videntur conuenire:quieſcentibus autẽ delicatis et ſtudentibus minime.quare ⁊c.



¶ Cap.clxvj.oſtendit naturam ⁊ nocumenta lentis pꝛouenientia ex comeſtione ipſius.

LEntes ſunt tẽperate in caloꝛe:⁊ ſunt ſicce:⁊ generãt ſanguinem melancholicum ⁊ extinguunt inflãmationẽ ſanguinis:⁊ magis quando coquuntur in aceto inqͭt Auerrois in.v.colliget. Et ſubdit. Et earũ virtutes tres ſunt quia pꝛiuãt coitũ:⁊ offuſcant viſum:⁊ qñ coquuntur in aqua pluries ſtringunt ventrem:ſcđm aũt Haliabatis ſñiam in.v.theoꝛice.c.xv. aliter in cõplexiõe graduãda eſt:cũ dicat ipſe eo in loco. Lẽticula frigida eſt in ſcđo gradu:⁊ in tertio ſicca vnde melancholicum generat ſanguinẽ:⁊ qui eius aſſiduus eſt comeſtioni:ſi quidem nigra illi dñatur cholera que melancholicos pariet moꝛbos:vt elefantiã: maniã:cancrũ:⁊ ſimilia. Pꝛinceps vero Auicen.in.ij. canonis.c.ccccxlix.dixit ꝙ melioꝛ lens eſt illa que eſt velocius matura ⁊ ẽ alba lata:⁊ qñ cadit in aquã nõ denigrat eã : ⁊ opꝫ vt bene maturetur in decoctione: cuius natura vt viſum eſt Gal.eſt equalis caliditate ⁊ ſiccitate:verũtamẽ eſt decliuis parum ad caliditatẽ et pꝛopter illud nõ infrigidat apud comeſtionẽ ſui neqꝫ deſcendẽs eſt inflatiua:et cõpoſita ex virtute conſtrictiua ⁊ abſterſiua et facit videre ſomnia mala:⁊ ſtipticitas coꝛticis eius eſt plurima:et in ipſa tota eſt inflatio plurima:⁊ inſpiſſat ſanguinẽ intantũ ꝙ nõ currit in venis:⁊ ipſa minoꝛat vꝛinã ⁊ mẽſtrua:et ꝓpter illud generat̃ ex ea humoꝛ melancholicus ⁊ egritudines melancholice. Et infra dixit. Et opoꝛtet vt pꝛoijciantur ſuꝑ vnã eminã lentis nouem emine aque ⁊ decoquantur valde:⁊ ipſius quidẽ multitudo comeſta generat cancrũ et apoſtemata dura:nocet neruis:et illius qui plurimũ eius comeſtione vtit̃:viſus obtenebꝛatur pꝛopter vehementiã exiccationis eius eſt difficilis digeſtionis mala ſtomacho:⁊ generat inflationẽ et grauat:et non opoꝛtet quidem vt lenti admiſceatur dulcedo:ipſa enim tunc faciet poſſidere oppilationes plurimas in epate. Quando decoquitur abſqꝫ coꝛtice ſuo ſtringit ventrem : et ſimiliter cum coꝛtice:et quando decoquitur cum aqua et expellitur aqua pꝛima:tunc illa aqua pꝛima ſi bibatur ſoluit vẽtrem:et poſtremo dixit . Et non appꝛoximet ei habens leſionem in vꝛina ex parte diſtillationis ⁊c. Et Iſaac in particularibus dietis ſic de ipſa ſcripſit. Lẽticula frigida eſt in pꝛimo gradu:ſicca in tertio:inueſtigata.tñ eius natura ex duobus cõtrarijs cõpoſita inuenit̃:vno in medulla:altero in coꝛtice:coꝛtex enĩ ei⁹ acuitatẽ habet:vnde ventreꝫ ad ſolutionem mouet. Medulla vero ſtiptice eſt virtutis ⁊ cõfoꝛtatiue ſtomachi ⁊ inteſtinoꝛũ:vnde ad colericã diariã valet : et infra ſubdit.et ſi cũ coꝛtice ablato coquatur et pꝛima aqua abiecta ſecunda addatur melioꝛ fit ad digerendum:vniuerſaliter tamen dico ꝙ nutrimentuꝫ lentis groſſum eſt:et ad digerendum durum:melancholicũ

ſanguinem generat: ⁊ maxime ſi cum cortice comedatur: cerebrum fumo groſſo implet et melãcholico: vnde cauſa eſt doloris et fallaciũ formidoloſorũq; ſomniorum: ſtomachũ et inteſtina implet ventoſitate: et inflationem et conſtipationem facit: propterea ceteris granis plus nocet: ⁊ pulmoni ac diaphragmati: ⁊ pelliculis ceteriſq; neruis pellicularum precipue oculorum: qm̃ humiditatẽ eorum deſiccat et diſtemperat: ſanis obeſt oculis quantomagis infirmis ſue deſiccationis cauſa ventrẽ et mẽſtrua conſtipat ⁊ ingroſſat: et exire nõ poſſunt ex venis matricis. Lens itaq; cũ cortice cocta ſicce eſt noxia complexioni: et paſſionẽ et melãcholiam in ea creat ſicut nigram: ⁊ morpheã: impetiginem: ſerpiginem: cancrum: elefantiam: ⁊ leoninã. His tamen qui humide ſunt complexionis aliquando proſunt: ideo ſi ſine cortice edantur hydropicis valent: cum cortice vero nocẽt propter ventoſitatem et inflationem quam creant. Deinde proſequit̃. Lenticula laudabilis eſt grandis et noua et coquibilis accipitur ſcd̃m cibũ et medicinã. Si ſcd̃m cibum ⁊ hoc diuerſimode: aliquando ſolum cum oleo ⁊ aceto: aliquando cum carne recenti: aliquando cum ſicca et ſalſa. Cum aceto et oleo minoris eſt nutrimenti cum carne recenti maioris: que aũt cum ſicca et ſalſa peſſimus eſt cibus. Natura nãq; carnis ſicce groſſa eſt: ⁊ ad digerendum dura: mixta cum lente maliciã duplicat: vnde cauſa eſt calefactionis incenſioniſq; ſanguinis: tum etiam quia in melancholicos cõuertitur humores: ideo peſſima eſt: maxime ſi cum cortice fuerit cocta. Itẽ vt non noceat ſic aptabilis eſt: munda ipſam a cortice et in aqua elixa prioremq; eijcies aquã: et decoctam in ſecunda miſce: et cum aceto eam condi: et origano: mẽta: pipere: ⁊ cimino: ⁊ oleo amygdaleo: aut ſiſamino. Raſis etiam in .iij. Almanſoris .c.ij. ſic ait. Lenticule frigide ſunt et ſicce: et ſanguinẽ generant melancholicum: et corpus deſiccant: ſperma quoq; deſtruunt: atq; ſanguinis extingunt caliditatem: infrigidãt enim: atq; oculorum tenebroſitatem: et melancholicas efficiunt egritudines cũ aliquis in comeſtione eis frequenter vtitur ⁊c. Idem quoq; dixit in .xxij. continẽtis .c.cccccix. auctoritate Diaſcoridis Gal. ⁊ Maſarguith. fuit enĩ hec Gal. ſentẽtia in .j. de alimẽtis .c.xiij. dicẽs. Merito igit̃ abundantes in hoc edulio vocato elefantes habent et cancros: ideo quia groſſum et ſiccum ſimul et melancholicum facit chimum. Ideoq; concludamus cum eodem in libro de euchimia .c.iiij. ſic dicente. Lens cachochima eſt ⁊ melancholia ſicut nullus fere ignorat: et ꝓpterea nõ eſt comedenda niſi quando meliorem ciborum nullũ preſentem haberemus: vt idem inquit de ſubtiliante dieta. capitulo ſeptimo. Aut quandoq; via medicine ſicut in ſanguineis paſſionibus ⁊c. aliter autem minime.

Cap. clxvij. oſtendit naturam et proprietates lupinorum et modum preparationis ipſorum ⁊c.

Lupini apud nos nõ mãducantur: ſed potius via medicine eis quandoq; vtimur. Quia tamen nõnulli ipſos comedunt: de eis aliqua ſcribamus dicẽtes. Primo cũ Auerr. in .v. colliget .c. de ciceribus. qui ſic ait. Lupini ſunt ſicci terreſtres et amari: et quãdo coquuntur in aqua donec auferatur eorum amaritudo ſunt cibus tamen durus: et quando comedunt̃ amari occidunt pediculos: et etiã vermes qui ſunt in ſtomacho et in inteſtinis: et prouocant vrinam: et aperiunt orificia emoroidarum. Infra vero in .c. de variatione virtutum medicinarum ſimplicium .ſ. tormos dixit. Propter hoc .ſ. propter operationes ponim᷒ ipſos in caliditate et ſiccitate in principio tertij gradus vel in fine ſecũdi. Sed Haliabas in .v. Theorice. c.xv. ſic inquit. Lupinum calidũ eſt in primo gradu ⁊ ſiccum in ſecundo. Cui magis videtur aſſentire Auicen. in .ij. canonis .c.ccccl.j. dicens. Lupinus eſt granũ compreſſe figure amari ſaporis percuſſum in medio: et eſt faba egyptiaca: eſt calidus in primo: ⁊ ſiccus in ſecundo: eſt ſtipticus abſterſiuus et reſolutiuus. Et vt inquit Gal. Lupinus a quo extracta eſt amaritudo: eſt groſſus: et non eſt longum quin ſit glutinatiuus: et non remanet in eo abſterſio eius. Et totus quidẽ eſt mal᷒ difficilis digeſtionis generãs humorẽ crudũ in eas quando nõ digerunt ipſum bene: ille vero qui cum bonis conditus eſt plurimi nutrimenti. Et quando eius decoctio fit bona et digerit̃: eſt non mali humoris: licet in ipſo ſit ſiccitas et viſcoſitas: ⁊ ipſe quidem infunditur vt eius amaritudo remoueatur: deinde decoquitur et penitus eſt medicine propinquior ꝙ̃ cibo. hec ipſe. Deinde vero oſtendit quibus paſſionibus conferat vt cibus. Hoc quoq; ſenſit Iſaac in particularibus dietis cum inquit. Lupini in ſecundo gradu calidi ſunt et ſicci: et dulcoratorum ipſorum aqua nutrimentum groſſum ad digerẽdum durum humores groſſos generant: ꝓpterea nec vim habent digeſtiuam ſicut excolatiue: nec ſtipticam ſicut cõfortatiue ſtipticeq; nature cibaria. Et iſta fuit ſententia Raſis in tertio Almanſoris .ca.ij. dicentis. Lupini groſſi ſunt et ad digerendum duri. Cum autem dulcorantur et comeduntur non calefaciunt corpus: dum vero amari ſunt non ad nutriendum: ſed ad medicinam ſunt apti. diſſoluunt enim ſcrophulas ⁊c. Et in .xxj. continentis .c.clxxvij. dixit auctoritate Gal. in ſexto. Nutrimentum lupinorum curatorum et indulcoratorum eſt groſſum: ⁊ ideo plus conferũt in via medicine. et in libro dietarum ſciz in primo de Alimentis. ca.xvij. licet ipſe non annotauerit locum inquit. Subſtantia lupinorum eſt dura terrea: et ob hoc eſt difficilis digeſtionis: et generat humorem groſſum mucilaginoſum niſi ſunt bene digeſti in venis. Et lupini qui ſunt indulcorati non laxant: nec mundificant: et nonnullam in ſe habent ſtipticitatem: et ideo ſunt tardi deſcenſus et difficilis digeſtionis. Auctoritate etiam filij Meſue ſic ait. Lupini calidi in primo: et ſicci in ſecundo. et in hoc conuenit cum Auicen. vbi ſupra. Stringunt ventrem: et ſunt tarde digeſtionis: ⁊ generant humorẽ groſſum: niſi cum ſunt preparati cum ſpeciebus. et hoc etiam teſtatur Muſerie. et fuit ſententia Gal. in libro chimorum dicentis. Lupini preparati cum ſpeciebus non generant malos humores. Ex q̃bus apparet ꝙ vſus eorum non ſit acceptabilis in ſanitate conſeruanda: quemadmodum ad medicinam et ad plurimas paſſiones approbantur.



Cap. clxviij. oſtendit naturam ⁊ proprietates milij in via nutrimenti: et panis eius.

Milium excorticatũ a pleriſq; pro ferculo manducatur: ideo ⁊ de eo nõnulla ſcribẽda ſunt nõ inutilia. Dicamus ergo cum Auer. in .v. colliget .c. de ciceribus. qui ſic ait. Miliũ frigidũ eſt ⁊ ſiccũ: ventrẽ cõſtipat: et eſt pauci nutrimẽti. et hoc idẽ facit panicũ ⁊c. Qd̕ etiã ſenſit Iſaac in particularibus dietis dicẽs. Milium frigidũ eſt in primo gradu: et ſiccũ in ſecundo: qd̕ teſtatur lenitas eius ⁊ cõcauitas: viſcoſitatis vnctuoſitatiſq; abſentia: et ideo nutrit minus ꝙ̃ cetera grana: ex quibus panis fit: ſanguinẽ minimum nec laudabilẽ generat: tamen ſiccitatis ſue gratia cõfortatiuum ſtomachi eſt aliorũq; mẽbrorũ corporis: proinde et ventrẽ cõſtipat. Et vt Diaſcorides inq̃t. Milium diureticum eſt et aſſatum ad torſionẽ doloremq; ventris calidũ ſuperpoſitũ valet: cauſa autem nutrimẽti minimi eſt ſiccitas eius. Nõ ab eis igitur accipiendum eſt qui carnes ſuas augmentari et pingueſcere volũt. Nec ab eis qui laudabilem ſanguinẽ ſuo corpori cupiũt generari: ſed eis ſolummodo quibus ſtomachi refrigeratio ac confortatio humorũq; eius ſuperfluorum exiccatio appetitur. hec ipe. Hoc quoq; voluit Almanſor in libro .iij. c.ij. circa finem dicens. Panicũ atq; milium frigida ſunt: que licet parum nutriãt ventrem et carnem ſtringunt. et in .xxij. continẽtis .c.cccviij. dixit auctoritate Gal. in .vj. ſimplicium. Milium eſt de genere leguminum habẽs figuram ſimilẽ figure panici: et virtutem admodũ virtutis eius: tamen nutrimentũ ipſius eſt modicũ deſiccatiuum. Et ideo cõſtipat ventrem ad modũ panici: et ſi cũ eo emplaſtrum fit extrinſecus infrigidat ⁊ deſiccat. Et auctoritate Diaſcoridis inquit: ꝙ minoris ſit digeſtionis ꝙ̃ panicum. Et deinde ſubiunxit. dixit Paulus in tracta .vij. Alumus id eſt miliũ: aſſimilatur panico habẽs virtutẽ deſiccatiuã ⁊ infrigidatiuã: quod ſi ponit̃ in emplaſtro extrinſecus deſiccat humectationẽ vẽtris. Et dixit in libro ciborum. Miliũ aſſimilat̃ in cõplexione panico: ⁊ eſt frigidũ ⁊ ſiccũ in primo: rotundũ ⁊ durũ difficilius in digeſtione panico. Dixit etiã Gal. de ipſo licet Raſis nõ dicat in libro de ſubtiliãte dieta .c.vij. Meluia miliũ ⁊ elicus: ⁊ quicquid tale non ſunt euchimia: et ſunt inflatiua et digeſtibilia ſiccant autem ſatis ⁊ hec ventris fluxiones. et in lib. vj. de ſimpli. medicinis .c.xxviij. dixit. ꝙ eius nutrimentum eſt paucuz deſiccatiuum: quapropter ſtringit ventrem ſicut panicũ ⁊c. Verũtamen melius eſt panicum milio ad omnia: ⁊ delectabilius ad eſum: ⁊ indigeſtibile minus: ⁊ minus ſtringit ventrẽ: ⁊ magis nutrit: teſte eodẽ in primo alimẽtorũ .c. x. Ex quibus patere poteſt qualis ſit panis factus ex farina milij: quantũq; ſit eius nutrimentum: quo quandoq; nobiles etiam delectari cõſueuerunt poſtponentes ſimilagineum panem coaſuetum laudabiliſſimum rariſſime itaq; aut potius nunꝙ̃ noſtro conſilio talem facient permutationem: ne ſicce complexionis fuerint ⁊ ſtiptici precipue ſicciores ⁊ ſtipticiores fiant ⁊ permaxime ſi colicã pati conſueuerint: et hmõi ferculum ſimiliter ex eis factũ ſuſpectũ habeãt ⁊ ipſo aut ꝙ̃ rariſſime aut nunꝙ̃: quod melius eſt vt diximus vtantur: quare ⁊c.

Cap. clxix. oſtendit naturã et proprietates ordei pro quanto in via cibi venit ⁊ nutrimenti.

Ordeum ⁊ res ordeacee: licet vt plurimuz ad egritudines et ad earum curationem veniant ad ſanitatẽ quoq; cõſeruandam non parũ facere videntur: vt ex dicendis apparebit. Et propterea hoc in loco non extra propoſitum dicemus de ipſo: et de eius cõplexione Primo cũ Haliabate in .v. theorice .c.xv. ſic dicẽte Ordeũ cõplexione frigidũ eſt in primo gradu ⁊ ſiccum in .ij. Scd̃m tamen alios ad tantã non peruenit ſiccitatez cum dicat Auicen. in ſecundo canonis .c.cccccxxiiij. Ordeum eſt frigidum et ſiccum in primo ⁊ in ipſo eſt abſterſio: et eius nutrimentum minus eſt nutrimẽto tritici: cuius aqua eſt infrigidatiua et humectatiua febrium ⁊c. Iſaac etiam in particularibus dietis ſic inquit. Ordeum frigidum eſt et ſiccum in primo gradu virtutem mundificatiuam habet et excolatiuam: ⁊ fabe ſimiliter. plus tamen ꝙ̃ faba exiccat: ⁊ propter nutrimentum eius ab inflatione eſt liberum: fabarum vero non ſimiliter. plus enim ordeo nutriunt accidentaliter et non naturaliter. Unde Gal. Ordeum ceteris granis nutribilius eſt. Ruffus vero triticũ inquit ⁊ ordeum ſunt nutribiliora ceteris ⁊ laudabiliora: nutribilius tamẽ eſt triticum nec arbitreris horum diſputationes ſibi eſſe contrarias. Gal. enim dixit accidentaliter. Ruffus vero ſubſtantialiter ac naturaliter: verbi gratia: ſi nutrimentum riſi ordeo preponamus: vnde ordeum nutribilius inuenitur: plus enim ſubſtantie et medulle habet. Si vero preponamus riſi vnde accidentaliter inuenimus riſi maioris eſſe nutrimenti propter groſſitudinem ſuam et moram in ſtomacho longiorem: ordeum accidentaliter minus nutribile videtur propter digeſtionem citam ⁊ facilem et a membris diſſolutionem. Et ſubdit poſt aliqua. Elixatur enim ordeum in aqua. deinde aſſa-

tur inde farina facta cum zuccaro cõficitur: ſic in eſtiuo tempore ad ſtomachi refrigerium et epatis valet: et ſitim aufert cum aqua temperatum ſiue coctum: ⁊ cum coclеario edatur: ſiue aliquãtulum liquidum: vt ſi cum mulſa bibatur. Inde fit etiã ptiſanũ hoc modo. Conſligatur ordeũ vt poſſit cortex auferri: ⁊ mẽſura ſumatur ordei vna: et aque decem et tam diu coquatur donec redigatur ad vnam: deinde coletur: et potui detur: hoc valet ad ſanitatem cuſtodiendã corpuſq; humectãdum: ſi etiam refrigerij plus ex eo appetatur aceti parum admiſceatur: et ſi calide nature fuerit parum addatur ſeminis papaueris albi: ptiſanum enim hoc ſanum eſt cerebro: viſum clarificat: et perfectiſſimum in eorum corpore ſanguinẽ generat: nec minus ꝙ̃ panis nutrit. Hoc enim ptiſanũ ſanis eſt dãdum. Infirmis vero diuerſis modis eſt dandũ prout vnicuiq; expedit infirmitati: cũ mãna aut melle violato ſi laxatiuum et refrigeratiuũ. Si vero propter oppilationes cum radicibus feniculi apij ⁊c. hec ipſe. Ex quibus apparet ꝙ ſanis et egris ptiſana cõueniat in eſtate et calidis precipue. Que fuit etiã Almanſoris ſententia in .iij. c. ij. dicẽtis. Ordeum equalitati eſt propinquuz: licet frigiditati attineat: cuius nutrimentum tritici comparatione eſt paruũ: eſt eñ inflatiuum et infrigidatiuum: ſolitos autem ventoſitatem ac egritudines frigidas et colicam pati impedit: calefactis vero et qui carnium volunt adipiſci minorationem cõfert: ſanguinem vero cholere nigre vicinum generat. Quod ſi ita eſt falſum videtur qđ inquit Auerrois in .v. colliget. c. de complexionibus ciborum cum ait. Panis qui fit ex ordeo ſcđm modũ qui fit ex frumento ſequitur bonitatem panis tritici niſi quia parum declinat ad frigus. De ptiſana vero non eſt dubium cum ipſum omnes approbent: vt patet p Gal'. in ſecundo de ſimplici medicina diſtinctione .ij. c. vij. ꝙ ptiſana ordei: et ptiſana candaruſij: ⁊ lac et panis ablutus generat in corporibus humorẽ laudabilem. et in .ij. Terapentice. c. ij. Optimus quidem eſt ptiſane ſuccus diligentiſſime decocte. Et in lib. de euchimia. c. iiij. ſic etiam de ipſa ſcripſit. Inculpabiliſſimum omnium cibariorum ad euchimiam ⁊ ad ſanitatis cuſtodiã eſt ptiſana bene preparata ⁊c. Quãtum vero infirmis cõferat: et permaxime patiẽtibus acutas apparet per Hippocratẽ in .j. regiminis acutorũ. textu commẽti. xviij. dicentẽ. Ptiſana ordeacea merito me iudice ſuper omne de grano factũ cibariũ in paſſionibus acutis excellentiſſimum habetur: eiq; qui eã in primũ ac precipuũ oĩbus alijs pretulit collaudãdo aſſentio. Primũ quippe: q: vtilis viſcoſa eſt et lenis iũctaq; ⁊ mollis: necnõ et lubrica tẽperatãq; habẽs humiditatẽ: ſitimq; extinguit ⁊c. De aqua ordei etiã plurimũ laudata nihil ad preſens dicemꝰ cũ propoſito libri huius minime cõpetere videatur.

¶ Cap. clxx. oſtendit naturam ⁊ proprietates papaueris: vt via cibi vtitur a quibuſdam.

Papauer apud nos ſolummodo pro medicina ſomni fera habetur: apud quoſdã vero pro cibo: qui pro ferculo ſicut nos panicum comedere conſueuerunt in quantitate etiam non modica: ſicut ab excellentiſſimo preceptore noſtro fide omni digniſſimo ſepenumero intelleximus: qui in quibuſdã montibus papauer nigrum tanꝙ̃ far eſſet: a nõnullis mãducari ſe vidiſſe nobis diſcipulis aſſerebat: nec vllam ex illius comeſtione leſionẽ percipiebant: quod ipſe et nos ſimul cum eo ſumus plurimũ admirati: cũ dicat Auicen. in .iiij. j. c. j. Si tibi neceſſe fuerit ſtuporem inducere: non tranſcẽdas tale quale eſt papauer album: qm̃ cum ſuo ſtupore eſt etiam domeſticum. Et in .ij. canonis. c. ccccclxv. ꝙ melius et ſanius eſt albũ. Et infra: Hortulanum eſt frigidum et ſiccum in ſecundo: et nigrum in tertio: et dicitur ꝙ vſq; ad quartũ. Et illud quod eſt nigrum eſt ingroſſatiuum: infrigidatiuũ: et exiccatiuum. Et poſtea ſubdit. Facit ſomnum: ⁊ proprie illud quod nigrum eſt: et eſt ſtupefactiuũ etiã in licinio poſitum: ⁊ quomodocũq; ſit papauer ſiccũ. ſ. vt Princeps inquit vbi ſupra: ſiue frigidum ⁊ humidum in tertio gradu. vt dixit Haliabas in .v. Theorice. c. xv. circa finem. omnino ſoporat: et nigrum precipue: ⁊ affert obſtupefactionem: vt idem dixit in eo loco. Quare non ſine cauſa (vt prediximus) non modicum ſumus admirati quomodo illi nõ infirmabant. Credimus tamen dicendum eſſe ratione conſuetudinis que altera eſt natura: vt dixit Auerr. in .j. Phyſicoꝝ. et Ariſto. ſimul cum medicis in pleriſq; locis ac etiã ratione paulatine aſſuefactionis id ſine nocumẽtum cõtingere potuit. Queãdmodũ eñ puella: vt in vj. quarti dixit Princeps auctoritate Ruffi: nutrita fuit veneno vt interficerẽtur per eam reges qui cum ea cõuenirent ⁊c. Quo etiam in loco refert auctoritate Gal'. ꝙ fuit quedam anus ſuſcipiens in principio rei de napello rem paruam: deinde nõ ceſſauit vti donec aſſuefacta eſt eo natura: et audacter vſa eſt: et nihil nocuit ei. Sic etiam et longe facilius hoĩes illius regionis papauere nigro vti: ⁊ ei ſeipſos aſſuefacere potuerũt ſine aliqua ſtupefactionis aut infrigidationis leſione. Si quis tamẽ dicere voluerit aliter dicat vt velit. Sed redeamus ad propoſitum: et videamus nutrimentum ipſius quod ſit: dicẽtes cum Iſaac in particularibus dietis: ſic ſcribente. Diaſcorides de papaueribus ait. Quidam papauere veſcuntur: parum vero nutrit et durius eſt digeri: ſed aſſuetis dormitionem obliuionemq; generat. Et poſtea concludit. Cauendum eſt ne papauere homines ſepe vtantur: quoniam etſi ſit aſſuefactuz: maxime cerebro nocet: ſtuporem infert: et naturalis calor in eis extinguitur. Et iſta fuit etiam Raſis ſententia in .xxij. continentis. capitulo. cclxxxiij. dicentis auctoritate Diaſcoridis. Si ſumitur de papauere in magna quantitate prouocat multum et profundum ſomnum: ſicut in lethargia ⁊ in vltimo interficit. Et infra auctoritate



te Gal'. in .vij. dixit. Papauer hortulanum album puocat moderatũ ſomnũ: ſi eſt valde albũ ⁊ homines comedũt ipm̃ cũ melle ⁊ ponũt ipm̃ i pane: ſʒ ſemẽ illius cuius flores cadunt velociter infrigidat: plurimum et prouocat multum et profundum ſomnum: Et ob hoc non vtãtur eo homines in cibis vel medicinis: quia non poſſunt eius euadere nocumentum. Eſt etiam alia ſpecies papaueris: cuius ſemina ſunt nigra: ⁊ hoc infrigidat multum: et inducit ſtuporem et mortificationẽ in membris. et ſapiẽs et medicus vtens eo debet ponere cum ipſo medicinas mitigantes ſuã frigidtatẽ que eſt in quarto gradu. Cõſiliuz igitur antiquorum: vt ex dictis apparet eſt vt papauere albo conſolato tm̃modo vtamur: et magis pro medicina ꝙ̃ pro cibo: ne forte in ſua cadamus nocumenta. quare ⁊c.

¶ Capitulum. clxxj. oſtendit naturam et nutrimentum panici: et quibus modis debeat preparari.

Panicum: vt ſenſit Auerrois in .v. colliget. cap. de ciceribus. ſicut et miliũ videt̃ eſſe cum dicat ibi. miliũ eſt frigidũ et ſiccum: ventrẽ cõſtipat: et eſt pauci nutrimẽti: et hoc idem facit panicum. Dixit ſimiliter Haliabas in .v. theorice. c. xv. Panicuz et miliũ vtrũq; frigidum eſt et ſiccũ in ſecũdo gradu: quorum nutrimentũ paucum eſt et ventrẽ incarcerant. Qđ etiaz Raſis voluiſſe videtur in .iij. Almanſoris. c. ij. cum in eius fine ſic inquit. Panicum atq; miliũ frigida ſunt et ſicca: que licet parũ nutriant: ventrem tñ carnem ſtringũt. Et in .xxv. continentis. c. j. ſic ait. De panico dicimus ꝙ debes illud comedere cum lacte recenti ⁊ cũ butyro et zuccaro: vt leuius fiat exitus ipſiꝰ. Iſaac q; in particularibꝰ ſic de ipõ ſcripſit. Panicum in forma et natura eſt ſiĺe milio: minus tñ nutrit eo et vẽtrẽ magis cõſtipat. Et accipitur diuerſis modis ⁊ pro eorum diuerſitate immutat actionẽ ſuã quocũq; tamẽ modo preparato omni panico milium melius eſt. Coquitur autem ſepe aut cum pingui carne: aut cum oleo: ſepe etiam in lacte. aliqñ vero cum apozimate tritici corticis: ⁊ amygdaleo. Cũ pĩguedine coctum: aut cum oleo laudabile eſt: quoniam ſiccitatez ſuam amittit: et ſaporoſitatẽ ab eis. ⁊ bonum nutrimentum acquirit: et conſtipatione ſua priuatur propter lubricitatem ⁊ mollitiem pinguedinis aut olei. Id vero qđ cuz lacte aut cum apozimate ſupradicto coctũ laudabilius eſt eo qđ cũ aqua coquit̃ ſola. Coctionis autez cum aqua duo ſunt modi: coquitur autem: aut ſanum: aut mola cõfractum. Sanum autez aut ablato cortice: ⁊ ad vnã milij vel panici menſurã. xv. aq̃ apponãtur. Ex aq̃ ita coctũ groſſiuz ẽ ac durũ ad digerẽdũ: nec ẽ etiã vẽtris cõſtipatiuum: ⁊ grauat etiam ſtomachũ: et ex eo integrũ eijcit̃ ad inteſtina hic etiã grauat: iõ cito egreditur ab eis: hac ergo ratione ſtipticum non eſt. Mola autem tritum coquatur ita: farine mundate decies tantum aque adiungatur: ⁊ poſtꝙ̃ bis vel ter ebullierit: fricatum digitis excolatur: et colamentũ ſuſceptum donec dureſcat excoquatur: ſicq; comedere vtile eſt et ceteris ſubtilius eſt digeritq; facilius: minus vero ſtipticũ ⁊ durum eſt propter ſubſtantie abſentiam. hec ipſe. Sic itaq; preparatum mãducetur: et non aliter: qm̃ vt Raſis inquit in .xxj. continẽtis. cap. cxcvj. auctoritate Gal. Panicum frigidum eſt in primo gradu: ⁊ ſiccum in ſecundo: et eſt ſtipticum et parum ſubtile: ⁊ nutrit minꝰ alijs granis ⁊ leguminibus et deſiccat ventrẽ. Et infra auctoritate Diaſcoridis dixit. Panicum eſt minus nutribile omni alio grano ex quo fit panis. et poſt aliqua ſubdit. Et nutrit corpꝰ pauco nutrimento propter ſuam leuitatem: debilitatez: et ſiccitatem: et ob hoc ſtringit vẽtrem: et prouocat vrinam: et hoc eſt de proprietate ſua: ⁊ calidi poſſunt eo vti loco riſi: quia conſtringit calorem: et cum coquitur cum lacte nutrit laudabili nutrimento: ⁊ non ſtringit ventrem: et qui non diligit lac: decoquat ipſum cum aqua furfuris ſimile: et cum oleo amygdalarum dulcium. Et cũ eſt preparatum tali modo: preſtat bonum nutrimentũ: et non ſtringit ventrem: et panis qui fit ex eo nutrit parum: et ſtringit ventrẽ: ⁊ contrahit moram in ſtomacho et debilitat digeſtionẽ. et de proprietate eius eſt cõſtringere fluxum ventris: et prouocare vrinam. hec ipſe. Ex quibus intelligatur quod et quale ſit nutrimentum panici: ⁊ quomodo ſit ad eſum preparandum ⁊c.

¶ Capitulum. clxxij. oſtendit naturam et nutrimentum piſorum et robeliorum cũ proprietatibus eoꝝ.

Piſa que vulgares noſtri biſos appellãt vt ſentire videtur auctor pandectarum: ſpecies ſunt orobi. de quibus Gal'. in libro de cibis. capi. xvj. ſic ait. Piſa conſimile aliquid fabis ſcđm totam ſubſtãtiã habentia comeſtaq; ſcđm eoſdẽ modos cum ipſis in duobus his variãtur: quia inflatiua conſimiliter fabis non ſunt: et quia abſterſiuam virtutem non habent: propter hoc tardioris ſunt digeſtionis ſcđm virtutẽ fabis. Robelie vero vel robile ab eis differre nõ videtur niſi in quãtitate: quoniam minores ſunt piſis. de quibus Raſis in libro .iij. Almanſoris inquit. Robelie frigide ſunt et ſicce: q̃ parũ nutrientes malũ generãt ſanguinẽ: neruiſq; impedimentũ p̃ſtant. ⁊ in libro .xxv. continentis. cap. j. ſic etiam de eis ſcripſit. De piſis vel farculis appellatis Mes: debes eas comedere poſtꝙ̃ elixe fuerint vehemẽter vt nõ inflent: neq; inferant rugitus. Iſaac autez in dietis particularibꝰ ſic ait de ipſis. Robelie frigide ſunt ⁊ humide in primo gradu: ⁊ medie inter ſiccum et humidum: quarum cortex ſtipticus eſt: a corticibus autem mũdate laudabiles generãt cibos: nec inflationẽ aut ven

toſitatem faciunt ſicut fabe. Ad vſum edendi bone ſunt in eſtate ⁊ in calida regione. Itē ius ex illis velut ⁊ ex faba factū valet ad corizam ⁊ ad tuſſim dolorēq͂ in pectore. cocteq͂ cū ordeo ⁊ criſolacanna aut bletis febres patiētibus ꝓdeſt que ex ſanguine naſcunt ⁊ cholera rubea. Qui autē ꝓpter diarie refrenationē illas volunt accipere cocta vna aqua effecta ⁊ alia addita admixtis portulace ramis ⁊ ſucco malorum punicoꝝ acidoſorum ⁊ oleo roſarū ſumāt: ſed hec miſſa faciamus: cū ad noſtrū preſens ꝓpoſitum minime facere videātur: haud tamē tenere nos poſſumus quin aliquādo in medicinalia curantia morbos prorūpamus: cū difficile ſurgat quē moles conſuetudinis premit: vt ſuper Iohānem inquit Auguſtinus. Magnū enī quoddā eſt ꝯſuetudo. in ſingulis natura vtiq͂ fit: vt ſcripſit etiā Ariſt. in. xxviij. ꝓblematum problemate. j.

¶ Capitulū. clxxiij. oſtēdit naturā ⁊ ꝓprietates riſi: ⁊ quibus modis debeat preparari.

R Iſi aut rizi: vt malis eos appellare: teſte Auerroi in. v. colliget. c. de ciceribus. ſunt groſſe ſubſtātie in caliditate ⁊ frigiditate prope tēperantiā: ventrem ſtringunt: ⁊ ſunt boni nutrimenti qn̄ coquūtur cū lacte. Auicē. ꝟo in. ij. cañ. c. ccccclxix. ſic de eis inquit. Riſum eſt calidum ⁊ ſiccū: ⁊ ſiccitas ipſius eſt manifeſtior caliditate ſua. Verūtamen quidā dicunt ꝙ eſt calidius frumento: nutrimentum prebet multum ad quādam ſiccitatem declinans. Et cum decoquitur cum lacte ⁊ oleo amygdalino: maius dat nutrimentum ⁊ melius: ⁊ remouetur ab eo exiccatio ⁊ conſtrictio quam facit: ⁊ proprie cum infunditur nocte vna in aqua furfuris. Et ipſum eſt ex eis que tarde infrigidantur. et in ipſo eſt conſtrictio: decoctum ꝟo in aqua ſtringit vſq͂ ad terminum ⁊ in ſpermate efficit augmentum et proprie ſi cum lacte decoquatur. Iſaac autem in particularibus dietis de ipſis hec ſcripſit. Natura riſi calida eſt in primo gradu: ⁊ ſicca in ſecundo. diuerſis tamen modis homines accipiunt ipſum et ſcd̄m vnūquēq͂ modum actio eius in plus minuſve mutatur. Aliquādo nāq͂ illud mola teritur et farinam eius velut tritici coquunt: valet autem eis qui morſionē patiuntur in ſtomacho ⁊ in inteſtinis. Sunt ⁊ q̄ integrū coquunt in aqua: et hoc valet ad cholericam diariam. Item alij cum lacte coquunt amygdaleo: ⁊ hoc modo amittit conſtipationem ſuā: et bene nutrit: et bonum ſanguinem generat: ſperma auget. Habet etiā riſum ꝓprietatē: ꝙ ſi cum ipſo vel aqua ipſius lentiginē laues: aufert ipſam et cutim mūdificat. Hec quoq͂ fuit Raſis ſententia in. iij. Almanſoris. capit. ij. dicētis. Riſum temperiei que eſt inter caliditatem ⁊ frigiditatē vicinuz exiſtit: et ventrem ſtringit. ſolitis autem colicaz pati nocet. quod licet multum nutriat: de ventre tn̄ non facile deſcendit: niſi coquatur cum aliquo multum vnctuoſitatis habente: quod qn̄ cum lacte coquitur et cum zuccaro comeditur: plurimū nutrit atq͂ ſanguinem augmentat. et in. xxj. continētis. c. cxxiij. ſic ait auctoritate Diaſcoridis. Riſum eſt pauci nutrimenti et conſtringit egeſtionē. Et auctoritate Gal'. viij. ſubdit. Eſt difficilioris digeſtionis q̄ far ſpelte et minoris nutrimenti: ſed melioris ſaporis. Et auctoritate filij Meſue dixit: ꝙ calidum ſit in primo: ⁊ ſiccum in ſecundo: ⁊ cognoſcitur eius caliditas a dulcedine ſui ſaporis: et nutrit nutrimento bono: et inflāmat corpus calide complexionis: et eſt maioris nutrimēti mellica panico et ordeo: et trahit moram in ſtomacho: et quādo decoquitur in lacte et zuccaro et oleo amygdalarū dulcium deſuper aſperſis minorem trahit morā: ⁊ erit bonū eius nutrimentū. Et ſi poneretur in aqua ſulfurea vel ſimile: aut in lacte recēti per vnā noctem: ⁊ demū poneretur in aqua: et coqueret cū oleo amygdalino eſſet minoris ſtipticitatis: ⁊ ſiccitatis. Et ſi volens de eo comedere non delectatur in lacte faciat ipſum bene decoqui cuz lacte cartami. Et poſtea ſubiunxit. Dico ꝙ pluries fui expertus exhibere riſum macilentis calide complexionis: ⁊ vidi q̄ fecit eis magnam inflationem. Qua de re cōcludendum eſt cum eo ꝙ riſum frigidiorem habentibus cōplexionē ſit magis cōueniens. Et ideo eis tutius q̄ ceteris propinādum et coctū cum lacte: niſi diſplicuerit iubente eodē in. xxv. continētis. c. j. De grano riſo dicimus ꝙ debes illud lauare ⁊ infundere in aq̄: deinde ipſum coquere cum lacte recenti: et poſtea comedere ſicut et prefati ſapientes voluere: qui in hoc ⁊ in eius cōplexione cōuenerūt oēs ꝓter Haliabatē qui in. v. theorice. cap. xv. graduauit ipm̄ in primo frigidum: et in ſecundo ſiccum contra quem eſt Raſis vt pauloante dictum eſt experientia. quare ⁊c.

¶ Cap. clxxiiij. incipit de fructibus pertractare declarando ꝙ ipſi nequaq̄ ſint manducandi ratione parui eorum nutrimenti.

D E fructibus modo dicendū eſt vt ſupra promiſimus. In quibus omnes homines fere ſummopere delectari conſueuerunt: neſcientes q̄ paruū et q̄ prauum ſit ipſorum nutrimentū: aut quibus conueniant quibuſq͂ noceāt: vel qn̄o ⁊ qn̄ ſint aſſumendi. Sed q̄plures ꝓprias ſequētes appetit⁹ ⁊ ſenſualitatis delectationē magis q̄ ꝓprie cōſulentes ſanitati: ex fructibus eis gratioribus omni ſpreto medicorum cōſilio: et qn̄ et quātum libuerit aſſumūt: ⁊ inde poſt paucos etiaz dies ad malas ⁊ ꝑnecātes deueniunt egritudines. Et ꝓpterea qui boni ⁊ laudabiles: et qui fugiendi ſint: declarandū eſt bonarū rerū celeberrima ſemper deſideretur agnitio: vt in. xj. Caſſiodorus inq̄t. Sed anteq̄ ad ſpecialē de fructibus ſermonē accedamus: declarem⁹ in ꝑmis ꝙ fructus minime ſint accipiendi ratione ſui pauci nutrimēti: qm̄ vt ſupra declarauimus. Nō viuimus vt comedamus: ſed comedimus vt viuamus. Viuere aūt nō poſſumus: niſi qd̄ deperditū eſt ⁊ a noſtro corpore reſolutū: bonis ⁊ nutritiuis cibarijs ipſum reficiēdo reſtauremus: aliter aūt calor innatus humidū radicare q̄ breuiter cōſumeret. Qd̄ igitur minime accidat: bonis ac laudabilib⁹ reſumptiuiſq͂ cibis neceſſarium eſt vti: bonū forte atq͂ ſolidū prebentibus nutrimentū: quā rem fructus preſertim humidi: nec facere: nec id efficere poſſe cōſueuerunt: cū dicat Iſaac in libro dietarum vniuerſaliū. c. xxvj. Oēs fructus parum nutriūt: ⁊ illaudabiles ſunt in nutrimento. Parum quidē nutriūt propter teneritatē ⁊ mollitiem a mēbris citam. Nō laudabilis vero nutrimēti ꝓpter velocem conuerſionē in corruptionē putredinis. Et ſubdit. Oīs fructus paruiſſimū et malum dat nutrimentū. Que quidem fuit etiā Gal'. ſentētia in. ij. Alimentoꝝ. c. vj. dicētis. Vniuerſaliter itaq͂ oportet de eſibilibus hoīem fructibus ſcire rationē cōmunē: humidis quidem humidū et ſubtile efficere id quod ex ipſis datur corpori alimētum: cū ſemper ſequit ⁊ fluxibile et pertrāſiēs totum corpus citoq͂ euacuabile eſſe per vrinā: et ſcd̄m cutim tale. Et infra ſubiunxit. Pauci alimēti oīa talia quales fructus edulia dicūtur cōgruere a medicis. Idem quoq͂ ſenſit Raſis in libro. vj. Almāſoris. c. xj. dicēs. Olera atq͂ fructus vētrem abſq͂ magno replēt nutrimēto: ⁊ in corpore humores crudos generāt et malos. Et in libro. xxv. cōtinētis dixit auctoritate Gal'. in. iiij. c. de queſtionibus libri ſexti epidimie. Breuis erit vita illius ꝓprie qui nutritur cū cibarijs modici nutrimēti ad modū olerum et fructuū ſolidoꝝ corticū. Et poſtea concludit. Et fructus nō ſunt ſumēdi penitus: cuius ratio ex eo Hieronymi ſup Mattheū ſic dicēte verbo colligi poteſt. Neq͂ enī fieri pōt: vt ex malo bonū: aut ex bono oriatur malū. Non poſſumus ergo ex comeſtione fructuum id cōſequi qd̄ volebamus: et qd̄ nobis et noſtri corporis conſeruationi erat maxime neceſſarium: et propterea inutilis eoꝝ eſus pronūciandus eſt: ⁊ vltra hoc periculoſus: cū ex ipſis nō ſolum paruū: ſed etiā prauū generetur nutrimentū: vt pro parte viſum eſt: ⁊ melius ex ſequēti. c. apparebit. Et ideo cōcludamus ꝙ ſapiētes ſunt qui raro eis vtuntur: ſapientiores aūt qui raro et modice: ſapiētiſſimi vero qui nūq̄: ⁊ humidos precipue manducant.

¶ Cap. clxxv. oſtēdit fructus nō eſſe manducandos ratione ſui praui nutrimēti q̄plura inducentis nocumenta cum quibuſdam regulis attendendis.

D Iximus in. c. ſuperiori ꝙ fruct⁹ nō erant manducandi ſui pauci nutrimenti ratione: nunc autem oſtendamus ꝙ etſi plurimum nutriant: adhuc fugiēdi ſint ratione prauitatis et malicie ſuoꝝ nutrimentorum ad febres ⁊ ad alias multas infirmitates perducentium. Et propterea dixit Raſis in libro. xxv. cōtinentis. c. j. Dico ꝙ maior pars fructuum eſt medicinalis: ideo frequens ſumptio ipſorum corrūpit ſanguinem. Et ſimiliter Auicen. in tertia primi doc. ij. c. vij. de eis inquit. Si homines alijs regantur rebus: ⁊ nō iſtis. ſ. fructibus erit eis melius: qm̄ omnis res que ſanguinē implet aquoſitate que in corpore ebullit ſicut ſuccus fructuum: licet ea hora iuuamētū preſtet: tamen ipſum ad putrefactionem parat: et ſimiliter illud quod ſanguinem humore implet crudo: licz quandoq͂ conferat ſicut cucumer et alcheret ⁊c. Et infra ſic etiam ait. Qui his nutriētibus. ſ. fructibus multum vtūtur: febribus ſunt apti. Et in prima. iiij. tractatu. ij. c. xliiij. dixit. Multa aquoſitas ſanguinis ex comeſtione fructuum aquoſorum facit in corpore putredinē: et ſimiliter multitudo humoris crudi preparat ad putredinē: ſicut qui generatur ex cucumere: et citrullo: et piris: et ſimilibus. Hoc etiam ſenſit Iſaac in. v. doc. c. xxvj. cum ſcripſit. Omnes fructus mala nutrimenta largiuntur. et ibidem auctoritate Gal'. Omnes fructus paruiſſimum ⁊ malū dāt nutrimentum. Cum enim digeruntur ſanguis generatur qui facilis eſt corruptioni putredinis adiungi vnde fructus inflant: et groſſum humorem generāt: et ſi non digeruntur in malas qualitates mutantur: et precipue ſi poſt cibū accipiātur queādmodū ſunt horarij. de quibus Gal'. in. ij. de alimentis. c. j. dixit. Horarij fructus ſunt qui naſcūtur in tempore quarto dierum canicule: et qui eo tp̄e maturātur ⁊ habentur: et preſertim horarij dicūtur qui de facili corrumpuntur et velociter: ſicut cucurbita: et melones: mora: pepones: perſica: et ſimilia. Et propterea poſtmodum inquit. Ab omnibus cōſulo abſtinere cachochimis edulijs: etſi facile digeſtibilia aliquib⁹ ſint: quoniam latet tempore multo prauus in venis chimus ex ipſis congregatus qui cū coctione modica ad putrefactionem deuenit febres mali moris operat. Et in libro de euchimia et cachochimia. c. v. Horarij quidem vocati fructus cachochimi oēs ſunt. Si ꝟo corrumpātur in ventre peſſimi a quibus permaxime eſt cauendum: qm̄ vt ſcribit Auerrois in. vj. colliget. homines vitare debēt omnes fructus humidos et piſces: qm̄ ſanguis ex iſtis rebus generat⁹ eſt cite corruptionis. Hec itaq͂ tria ꝓ corporis et ſanitatis ei⁹ conſeruatione debent obſeruari. Quoꝝ primum eſt vt de fructibus et maxime de horarijs iam dictis nō comedamus: quantūq͂ nobis poſſibile fuerit ab eis abſtineamus. Scd̄m ꝙ pueri precipue ab horarijs et ab omnibus alijs fructibus debeant cuſtodiri et abſtineri: dicente Auerroi in. vj. colliget. c. de regimine corporis temperati. Et ab herbis omnibus ⁊ fructibus humidis pueri debēt abſtinere. Tertium ab omnibus obſeruandum eſt: ꝙ ſi vllo vnq̄ tempore anni paucos fructus debemus manducare illud eſt autūnus. teſte Raſi in quarto Almāſoris. c. xxvj. ſic ſcri-

bente. In autumno fructuum comeſtio minuēda eſt quanto plus poſſibile. Quod etiā voluit Princeps in tertia primi doc.v.c.j.dicens. A fructibus quoqꝫ q̇ ſunt in illo tempore.ſ.autumno ſibi caueat:neqꝫ ex illis multum comedat aliquis ⁊c. Eſt quoqꝫ a ſtudere volentibus:⁊ ab his qui in capite patiuntur fructuū comeſtio fugiēda. Quoniam ſui vaporoſitate ſenſus perturbant:et cerebri intellectiuas operationes impediunt ratione multitudinis vaporum et fumorum aſcendentium:cum non ſit aliquid ita vaporoſum ſicut fructus.vt Princeps inquit Auicē.in.xiij.tertij. tractatu.j.c.xvj. Et vt vnico cōcludamus verbo. Nihil ferme ſic ad ſanitatem facere videtur: quantū fructus humidos et putreſcibiles dimittere:et laudabilioribus cibis adherere.

Cap.clxxvj.oſtendit quibus hominibus fructus minus noceant:et in qua hora aſſumendi ſint.

ET in oībus ſimus proficui: ⁊ nihil in nobis eſſe debeat ocioſum. vt Theophilus inquit.debemus conſequenter declarare cū nocumēta ex comeſtione fructuū prouenientia non ſint omnia equalia:qui ſecurius: et qui magis cū timore poſſint humidos fructus mādučare:vt ex hoc vnuſquiſqꝫ ꝗ̄ graue ſit eius peccatum: cū fructus comedit intelligat: ſumma em̄ miſeria:vt Iſidorus ait:neſcire quo tendas. Et propterea dicamus ꝙ quieſcentes delicati:et hoīes pauci laboris:et exercitij ſenes: et hmōi longe magis ex fructuum comeſtione ledūtur:ꝗ̄ hi qui calide ſunt cōplexionis et iuuenes: ⁊ qui plurimū laborare conſueuerūt:licet vtriſqꝫ noceat:inequaliter tamē:vnde exercitatis et laborioſis hoībus fructus humidi ſunt tanꝗ̄ medicine refrigerātes et eorum corpora humectantes:cum aliquo tamen nō perceptibili nocumento. Quietis vero et delicatis non ſunt medicine: ſed tanꝗ̄ venena mortifera congelantia: et diuerſimode eorum corpora pernecātia. queādmodū ſenſit Princeps Auicen.in tertia primi doc.ij.c.vij.cum ait. Fructus preterea recentes nō ſunt boni niſi laborioſis ⁊ exercitatis cholera rubea abundantibus:et in eſtate et eos ante comeſtionem comedant. Et ipſi quidem ſunt chryſomila:et mora:et melones:⁊ perſica: ⁊ pruna. Qđ ſi alijs regātur rebus et nō iſtis erit melius: qm̄ omnis res que ſanguinē aquoſitate implet: que in corpore ebullit: ſicut ſuccus fructuū extra:licet ea hora iuuamentum preſtet: tamen ipſum ad putrefactionem parat:et ſimiliter illud quod ſanguinem humore implet crudo: licet quandoqꝫ conferat ſicut cucumeres et huiuſmodi. Et propter hoc qui his nutrientibus multum vtuntur:febribus ſunt apti:licet prius infrigident. Et ſubdit. Et tu quidem ſcire debes ꝙ humori aquoſo plerūqꝫ accidit vt fiat plus:et hoc erit cum non reſoluetur: et in venis remanſerit. Et cum iſti exercitijs vti ceperint anteꝗ̄ huiuſmodi aggregentur ſuperfluitates aquoſe:et ilico cum fructus comederint etiam exercitentur:reſoluent̄ aquoſitates iſte:et minuetur impedimentū quod per eas habent. Quietis autem et inexercitatis hoc non euenit:quare ab eis plurimum nocumentum recipiunt. Et hoc eſt quod etiam voluit Iſaac in dietis vniuerſalibus.c.xxvij.cū ait. Oportet vt in comedendis fructibus vt mala cibaria intermixta caueant omnibus temporibus: niſi cū magnus labor comitatur:vel itinere nimio:vel eſtu fatigatur:tūc enim neceſſe eſt tēperari ſiccitatē ſui corporis et calorē refrigerari:q̄ cū affuerint bonū eſt fructus humidos dari ſicut mora: pruna:vuas:ficus:perſica:cucumeres ⁊c. Non tm̄ cū exterius refrigeratiuis preparentur:neqꝫ aqua frigida multotiēs lauētur:qm̄ cui nō fuerit nix cōſuetudinaria multū eſt fugiēda: et ſi in corporibus iuuenum nō appareat:tm̄ nocumentum niuis ſe paulatim adunat:licet ipſi nō ſentiant. Et exeūtes a iuuentute:et ſubeūtes ſenectutē:multos et diuerſos morbos incidūt:qui incurabiles ſunt:⁊ diu in viſceribus permanēt ⁊ articulis ⁊ neruis ⁊c. Qđ etiā ſenſit Raſis in libro.iiij.Almāſoris.c.iiij.cum inquit. Eſt etiam obſeruandum diligenter:ne quis recētibus vtatur fructibus: niſi in die quo multo vſus fuerit exercitio: atqꝫ in ſtomacho ardor ſentitur. Eſt enim conueniens vt in hac diſpoſitione fructus comedat recentes : ſicut ſunt ficus:et vue:et pira:et mora: et chryſomila infrigidata. Et ſubdit. Poſtꝗ̄ autē predictos comederit fructus aliquo interpoſito ſpacio: cibū quem debet ſumere edat. Et fuit hec Gal'. ſententia in.ij. de alimētis.c.j.dicentis. Fructus vt plurimū ſunt mali chimi:⁊ ſolūmodo vtiqꝫ quis ipſis in profectu vtitur fatigatus ex prolixioribus itineribus ⁊ ſuffocatione vehementi:tunc ei poſſunt mitigantia quidē ariditatem corporis:infrigidātia autem mediocriter. Et in libro de euchimia ⁊ cachochimia.c.vlti.dixit. Abſtinēdum eſt a cachochimis niſi aliquando laborātes hora eſtatis egeant ſanare ſiccitatem et caliditatem totius corporis . Idonea enim illo tēpore ſunt poma: et pruna:⁊ ceraſa preaſſumpta. Sed de citrullo ⁊ melone non multum offerendum eſt:ſicut neqꝫ de melopopone:et perſicis:et huiuſmodi. Ex quibus apparet ꝙ non multam quantitatem fructuum comedere oporteat etiam laborantes: et ꝙ ante alios cibos ſumi debeant: dicēte Almanſore in loco preallegato. Fructus etiam ſi in prandio ſumendi ſunt: ante omnem edendi ſunt cibum:niſi ſint de his qui in ſtomacho multam faciunt moram: atqꝫ tardantur: in quibus eſt ponticitas et acetoſitas:vt citonia:poma:et huiuſmodi. Et in.xxv:continentis.cap̄.j.auctoritate Bimmaſui ſic inquit. Summarie fructus debes ſumere ante cibum: et proprie tenues et lubricatiuos. Quod fuit acceptum ex fonte medicine artis Gal'. in ſecundo Alimentorum.c.xviij.dicente. Meminiſſe oportet huius quod eſt commune in omnibus quecunqꝫ cachochima humida et lubrica et facile ſubire potentia comedere ipſa priora alijs.ſic enim celeriter ſubeunt et illis viam faciunt:vltimo autē ſumpta ſimul corrūpunt et alia:⁊ poſtꝗ̄ deſcenderint alterum cibum edant ne forte bono cibo permixti illū ſecum corrumpant : aut indigeſtum deſcendere faciant,quare ⁊c.



Capitulum.clxxvij.oſtendit qui fructus permaxime ſint fugiendi:⁊ quid etiam facere oporteat poſt laudabilium fructuum aſſumptionem.

ET ſi laborioſis iuuenibus calidis ⁊ exercitatis precipue in eſtate ⁊ ante cibū diximus fructus cōuenire:non eſt tamē hoc abſolute de oībus fructibus intelligendum:ſed tm̄ de laudabilibus domeſticis mollibus ⁊ perfecte maturis:et nō de alijs exiſtimādū:qm̄ vt Gal'.inquit in libro de ſubtiliāte dieta.capit.x. De fructibus minus triſtabūt qui leniūt ventrem:ſicut mora:pruna:ceraſa:⁊ ficus. Que vero tardi ſunt trāſitus:peiora ſunt oīa. ⁊ maxime ſi dura corpibus ſint:de eis em̄ nō eſt guſtādū ſꝫ guſtādū de his que ad repoſitionē ſunt idonea:qualia ſunt pira citonia:et vuarū nō pauca genera. Molliora ꝟo magis ſunt comedenda durioribus ⁊c. Quod accepiſſe videtur Iſaac in.v.doc.c.xxvj.cum ait. Cōſtat ꝙ fructus laudabiliores ſunt domeſtici quorum cortices ſunt ſubtiles et molles:humiditatem em̄ ſubſtantialem monſtrāt ſubtiliorē ⁊ leuiorem et cito penetrantem venas et actioni nature obedientem. et ſubdit. Et ideo ficus laudabiliores ſunt : ceteris fructibus cortices habētibus:et vue ſunt ficubus ſecūde ⁊ precipue ſi bene matureſcunt. Fructus vero ſilueſtres aut domeſtici non maturi nequaꝗ̄ ab eis ſumendi ſunt : cum dicat idem.vbi ſupra. Fructuum peiores ad nutriendū ⁊ illaudabilores fiunt qui in arbore nō matureſcunt. Et poſt aliqua ſubiūxit. Fructus crudi et immaturi ſunt peſſimi et illaudabiles. et maxime ſilueſtres. Et in particularibus inquit. Aſſuefactio perſicorum cauſa fit febris diurne ⁊ dure diſſolui. Quod de ceteris fructibus eſt etiā intelligendū. et de his permaxime qui nō ſunt in ſuis arboribus ꝑfecte maturati. Hec quoqꝫ fuit Gal'.ſententia in.ij. alimētorum.c.xx.dicentis. Cauere oportet pulcherrima genere poma anteꝗ̄ ſuper arborem ſint matura:indigeſtibilia enim ſunt ⁊ frigida ⁊ tardi ſeceſſus ⁊ mali chimi cum hoc ꝙ frigidū et groſſum infallibiliter chimū habent:quecūqꝫ aūt bene maturata ſeruantur ad hyemē ⁊ ad ver ⁊ poſt ipſum ꝓficuiſſima fiunt. Fructus em̄ oīs nō maturatur:niſi propter caliditatem ſolis:vt inquit Gal'.in.iiij.de ſimplici medicina diſtinctione.iij.c.ij. Solis enim ſubſtantie opꝰ eſt calefacere:modicūqꝫ deſiccare ⁊c. Teſte Ptolomeo in ſui quadriptiti primo.c.iiij. Per eum mouetur oīs res ſe mouens:per eum naſcitur oīs res naſcens:creſcit omnis res creſcēs:creſcit omne folium et maturatur oīs fructus:vt etiaꝫ ait Hali abēragel in.iiij.c.prime partis. Non igitur vere maturi dicendi ſunt fructus hi qui in paleis:vel alio modo artificialiter ⁊ equiuoce maturātur:ſic itaqꝫ immaturi et ſilueſtres exercitātibus etiā non cōmendantur : qm̄ mali ⁊ peſſimi ſunt nutrimenti. Et ꝙ ita ſit apparet per Gal'.in libro de euchimia.c.v.ſic dicēte. Fructus omnes preter vuas ⁊ ficus bene maturas cachocimi ſunt ⁊ maxime quicūqꝫ ſunt ſilueſtrium arborū. Illi quoqꝫ fructus oīno ſunt reprobandi.de quibus Raſis fecit mentionē in libro primo ſuorū aphoriſmorū dicens. Qn̄ arbores maturantur ⁊ venenātur:⁊ vermes in eis naſcuntur:non debent fructus earū comedi:quia ſunt venena mortalia. ⁊ minus qđ ex eo accidit ē ꝙ putrefit ſanguis et febris mortalis fit. Tales igitur fructus fugiendi ſunt. Hec autem poſt fructuum comeſtionem ſunt obſeruāda.ſ.vt poſt ipſos ilico nec cum ipſis alia cibaria permiſceantur:immo vt Raſis inqt in libro.xxv.continentis.c.j.auctoritate Cotte. Qui comedit fructus debet poſt eos velocem motum ſequi nullo cibo vtendo poſt ipſos doꝫ non nō deſcenderint et labātur:ne inducatur de eis ad venas maximum nocumentum. Hoc etiam princeps ait in.iij.primi doc.ij.c.vij. Oportet vt qui fructus comedit poſt ipſos incedat:deinde poſt eos comedat aliquid ad hoc vt labantur. Et ſi ſitis ſuper fructuum aſſumptionē accideret : vinū nequaꝗ̄ eſt bibēdū:dicente eodem loco allegato:ſed.capitu.viij. Super cibū mali chimi bibere vinū dum commedit: aut ante aut poſtꝗ̄ digeritur eſt malū:qm̄ facit malū chimum in extrema corporis penetrare : ſimiliter ſuper fructus ⁊ proprie melones. Et circa hoc Conciliator noſter mouet dubitationē in differētia.cxxij. An ſuper fructus bibendum ſit:an nō. ⁊ ſi bibendū: an aqua vel vinum. Ad quā reſpondens ait ꝙ ſi ſitis valida fuerit ⁊ fortis:erit exhibēdus q̄litercūqꝫ potus:iuxta ſniam Gal'. ⁊ Almāſoris. Si vero ſitis nō fuerit tanta. ⁊ fructus aſſumpti frigidi fuerint ⁊ humidi:tunc gratia medicine vinum eſt exhibenduꝫ vetus odoriferum potens quod eſt calidum ⁊ ſiccū: et hec fuit intentio Iſaac in particu.doctri. dicentis. Perſica ieiuno ſtomacho ſunt edenda : et poſtea vinum vetus odoriferum eſt bibendum. Et fuit etiā Gal'.ſententia in.ij.regiminis acutorum dicentis. Bibant parum vini nec aqua mixti cum qui preter cōſuetudinē fuerint pranſi:nā vinū tale ⁊ in tanta mēſura ſumptū alterat ⁊ digerit prandiū preacceptum abſqꝫ deductiōe ipſius in venas ante id qđ et vinum opaꝫ ſuꝑ fructus maxime. Si ꝟo fructus calidi ſint ⁊ ſicci:aut cōplexio ſtomachi maxīe calida:tūc aq̄ bibēda ē ſuꝑ eos. Qđ ante oēs ſenſit Ariſt.in.xxij.problematuꝫ ꝓblemate.viij. Si ꝟo ſtomachus frigidus eſſet:nequaꝗ̄ bibendum eſt:aqua em̄ ſuper fructꝰ recētes bibita preparat inteſtina colicā ⁊ ꝓprie ventoſam:vt dixit Auicen.in:xvj.tertij tractatu.iij.cap.vj.

Ratione igitur alimēti vinū ſuper fructus in multa quantitate non eſt aſſumendū: vt non faciat eos in venas in penetrare ⁊c. Et licet conſuetudo ſit in contrarium: tamen dicendū eſt cū Gal. in ſecundo de alimentis. capitulo de cucumeribus. ꝙ latet tempore multo prauus in venis chimus ex ipſis congregatꝰ qui cum in coctione modica ad putrefactionem deueniet et febres mali moris operabit. Nullus ergo decipiatur ex hoc ꝙ in preſentia nocumentum non percipiat ex potu vini ſuper fructuū comeſtionem: queādmodum aliqui dolores intēſiſſimos paſſi ſunt ex potu vini ſuper fructus: aliqui vero mortui idem ſuper ficus bibētes: vt teſtatus ē Conciliator vbi ſupra. Quare parum vini gratia medicine accipiatur.

¶ Capitulum. clxxviij. ponit naturam ⁊ nutrimētū proprietateſqʒ angurie dicte batecha.

DEclaratis vſqʒ modo vniuerſalibus circa fructuum comeſtionem obſeruandis: tempus eſt vt ad particularia deſcendamus: obſeruantes quod ſupra promiſimus ſcilicet velle prius de fructibus olerum pertractare ſcd̄m ordinem alphabeti. Deinde vero de vnoquoqʒ fructu arborum ſigillatim dicemꝰ vt manifeſtiſſime apparet quantum vnuſquiſqʒ eorū minime faciat ad ſanitatis conſeruationem. Incipiamus ergo ab anguria que ab arabicis batecha: aut melon: indus vel ſaracenicus nūcupatur: dicentes cū Haliabate in. v. theorice. c. xviij. Et cum Auicē. in. ij. canonis. c. xciij. ꝙ ipſa frigida eſt in principio ſecundi gradus: et humida in fine eius: et exiſtit in natura cucumeris que cū nō digeritur bene: generat coliricam paſſionem: ꝓuocat vrinā: ⁊ confert lapidi in renibus: cū autem corrūpitur in ſtomacho cōuertitur ad naturam venenoſam: oportet ergo vt cum grauat extrahatur velociter hec ipſe. Iſaac vero in particularibus dietis ſic de ea ſcripſit. Eſt et aliud melonum genus q̇ paleſtini vocantur: et vulgariter dicuntur ſaraceni: humiditas iſtis minor eſt ceteris: frigidiores tamen illis ſunt: proinde tardiores duriqʒ ad digeſtionem et cōuerſionem: dicimus etiā eos corruptioni eſſe inobediētes: vnde calorē habentibus in ſtomacho atqʒ febricitātibus conueniūt: quia groſſities eorum que frigidis repugnādo febribus eorū ardorem extinguūt. Raſis quoqʒ in. iij. Almanſoris. capitulo. xx. dixit de ipſis ſic. Melones non dulces qui ſunt bateche: ſitim ſedāt et humectāt atqʒ vrinā ꝓuocant. Quibus ſi quis in comeſtione multū vſus fuerit: coliricam patiet̄ paſſionem. Serapio etiā in c. de melone magna viridi dixit auctoritate Raſis: ꝙ eſt fortis humectationis et extinctionis: et confert febribus adurentibus: et illi in cuius corpore oportet vt generet̄ phlegma humidum ad reſiſtendū humoribus acutis exiſtentibus in ſtomacho epate ⁊ venis ſcilicet quādo ipſi ſunt male qualitatis et pauce quantitatis: quoniā hmōi melo non laxat in principio laxatione forti: et illi quidē qui ſunt cū hoc debilis corporis et diminute carnis et ſanguinis quoniā oportet vt in iſtis ꝑmutemus cōplexionē cholere eorum oīno. et ꝗuis poſſemus immutare cōplexionē eius cū rebus acetoſis: res tamen inſipide in hoc caſu ſunt conuenientiores: quoniā impoſſibile eſt quin res acetoſe incidāt et ſubtilient: et hmōi corpus non poteſt ſuſtinere: qꝛ ſi tu aſſuefacis eis ſquimbim. i. ſirupū acetoſum: facis augere in corpore ſuo maciem ⁊ debilitatem ſue virtutis: ⁊ diſrumpis ſtomachum eius ⁊ fortaſſis inducis excoriationem ⁊ tenaſmonē in ſuis inteſtinis. Et ſi tu facis eum aſſueſcere acetoſis habentibus ſtipticitatem: non eſt poſſibile quin augeas oppilationes ſi adſint in ſuo epate: et in poris et non humectāt etiam cum hoc: qꝛ res acetoſe ſtiptice deſiccant et nō humectāt: ſed res inſipide et maxime habētes groſſitiē ſubſtātie cū aliqua dulcedine ſicut melon dictus: ipſe enī humectat et infrigidat cōplexionē: et generat in epate ſanguinem aquoſum. qui rectificat malitiam ſanguinis cholerici qui ē in venis quādo miſcetur cū eo. Et ſubdit poſt ꝙ iſte melon frigidior ſit alijs ſpeciebus melonū et tardioris immutationis in ſtomacho ⁊c. Ex quibꝰ apparet clariſſime ꝙ plus pro medicina ꝗ pro cibo batecha ſit vtēda ⁊ a cholericis precipue: et ante oēm cibū: dicēte Gal. in libro de diſſolutione cōtinua. de hisꝗ velociter corrumpūtur in ſtomacho: eſt batecha. que ſi cito non deſcenderit de ſtomacho: et obuiet humoribus malis cito corrūpitur. et debet comedi ante cibū ammouēda de ſtomacho ꝓpter velocitatem deſcenſionis eius et lubricitatis viarum in eo qui comedit ipſam: nā quādo comeditur poſt cibum: corrūpitur propter remanentiam eius in ſtomacho: et relinquit corruptum cibū corruptiōe eius. Et quando totaliter corrūpitur quod frequēter euenit eſt ſicut venenum pernicioſum. hec ipſe. Quare ⁊c.

¶ Capit. clxxix. oſtendit naturā proprietates et iuuamenta capparorum in via nutrimenti.

CApparis ſcd̄ʒ diuerſas ſui partes ad medicinam venit: quoniā folijs quādoqꝫ et radicibus fructibus ⁊ corticibꝰ ipſiꝰ aliquādo vtimur. De fructibus autē hoc in loco ſolummodo dicemus q̇ ſaliti ad nos deferuntur: ⁊ eos cum aceto preparatos ante cibum accipimus. Dicamus ergo de ipſis cū Auicen. in ſcd̄o canonis. c. cxlij. ꝙ natura eius ſit calida ⁊ ſicca in ſcd̄o et ē reſolutiua apitiua et abſterſiua et nutrimentum fructus eius eſt paruum precipue cum ſalitur. Et qd̄ ex ea eſt humidū: eſt magis nutritiuū ꝗ qd̄ ſiccū eſt. Quod tamen ex ea ſalitum eſt confert patientibus aſma ⁊ eſt magis cōferens ſpleni et duritiei eius bibita: et more emplaſtri ſuperpoſita. et multotiens euacuat ex ſplene materiam groſſaʒ melancholicam: et ſuccedit ei ſanitas: qm̄ ſolutione educit humorem crudū groſſum: et prouocat mēſtrua: et interficit ſerpentes ⁊ vermes in inteſtinis: ⁊ confert emoroidibus et augmentat coitum: et quod ex ea ſalitum eſt ante cibum ſumptum ſoluit. Hec ipſe inter alia. Que etiam ſenſit Auerrois in. v. colliget dicens. Capparis calidus eſt in ſecundo et ſiccus in tertio quia compoſitus eſt ex ſubſtātia terreſtri ⁊ frigida et terreſtri aduſta ignea ⁊ ſubtili: ⁊ ſignificat hoc amaritudo dominans et poſt hoc habet proprietatē cōtra vitia ſplenis. Et propterea quia illud qd̄ facit exire cum ſtercore eſt ſanguineum et tunc remouet dolorē ſplenis: et hoc idem facit in alijs humoribus groſſis: quia educit eos per vrinam et prouocat menſtrua ⁊c. Hoc idem voluit Iſaac in particularibus dietis. c. proprio dicēs. Cappares calidi ſunt ⁊ ſicci in ſecūdo quod eorum teſtatur amaritudo ponticitas et acumē Idcirco incidunt diſſoluunt et mundificant ſtomachum a ſuperfluis et menſtrua prouocant qui vtiliores ſunt ad medicinam ꝗ ſecundū cibum: quia illaudabilis ſunt nutrimenti vtpote cholerici nigriqꝫ ſanguinis generatiui: neruos ſtomachi percutiunt: vnde elixos oportet eos manducare ablata ab eis aqua cōditos cū aceto ⁊ oleo ⁊c. Raſis quoqꝫ in tertio Almanſoris. c. xix. ſic de eis inquit. Oīa que aceto condiuntur multā ex ipſo acquirūt ſubtilitatē epar quoqꝫ infrigidant. Capparis ideo que cū aceto conditur minus calida eſt ea que in ſalmuria ponitur oppilationi quoqꝫ epatis ac ſplenis cōgruit. Et in lib. xxiij. continentis. c. cccccclxiiij. dixit. Capparis cum ꝓprietate ſua extrahit vermes cucurbitinos ⁊ auctoritate Diaſcoridis ait. eſt malus ſtomacho: et lenit ventrē et ſitim infert cuius fructus ſi per. xxx. dies bibitur quolibet die in quantitate tertia tertij cū vino diſſoluit apoſtema ſplenis et prouocat vrinam ⁊c. Et poſt multa dixit auctoritate Gal. in libro nutrimenti. ꝙ vires capparis ſunt fortes valde et tenues: ideo nutrimentū ipſius eſt modicū admodū rerum ſubtiliū et anteꝗ ſaliantur ſunt abundantis nutrimēti: ⁊ quādo ſaliuntur ſi comeduntur poſt ipſorum lotionem nutrimēti ſunt modici valde: ſed cōueniunt ad excitandū appetitū remiſſum cibi: et ad acuendū ipſum in ſtomacho: et ad abſtergendū ventrē de phegmate et ad emittendū ipſum per egeſtum: et ad aperiendū id qd̄ fuerit in epate et ſplene de oppilationibus et ad illud mundificandū: ſed debēt cōfici in tali cura cū aceto et melle aut cū aceto et modico oleo et ante cibum. Deinde dixit circa finē preallegati capituli auctoritate Bimmaſui. capparis corroborat ſtomachū et appetitū cibi ſi cōditus fuerit cū aceto: tamē nō cōditū cū aceto nocet ſtomacho: deſiccat ipſum: ſitim infert: ſed abſtergit id qd̄ in eo fuerit de phegmate: aperit oppilationes in epate et ſplene: prouocat mēſtrua et cōfert doloribus ancharū. Qui oēs a Gal. vident̄ accepiſſe in libro de diſſolutione cōtinua ſic dicēte. Cappares cū aceto et melle quando comeduntur ante cibum abſtergunt et mūdificāt ſtomachū ⁊ inteſtina et aperiunt oppilationes ⁊c. Et in ſcd̄o alimentorū. c. xxxij. Virtus capparis eſt ſubtiliū partiū ſufficienter. Et ꝓpter hoc nutriuentū minimū tribuit in corpus aſſumentium ipſum ſicut et alia oīa quecūqꝫ ſubtiliū ꝑtium. Vtimur autē pro medicina magis ꝗ pro alimēto fructu plante huius: qua de re ipſis non ſepius eſt vtendum.



¶ Cap. clxxx. oſtendit naturam proprietates ⁊ malitiam nutrimenti citrullorum et cucumerum.

CItrulli ſunt ſpecies cucumerū ideo de ipſis ſimul cū cucumere dicemus: et primo cū Serapione auctoritate Gal. ſic ſcribēte. Citrullus frigidior eſt cucumere: ⁊ generat chimum viſcoſum et humores crudos in venis et accidunt ex eſu eius febres antique male: neqꝫ prouocat vrinā ſicut melon: et nocet ſtomacho. Quare oportet qui vult vti eis vt vtatur ameos niſi ſtomachus eius ſit valde calidus. Et ſubiunxit de mente Habix ꝙ aque citrulli ⁊ cucumeris cōferāt inflammationi febrium: et ſedat ſitim et laxat ventrē laxatione bona ſine nocumento aliquo. et debet bulliri cū zuccaro albo ⁊c. Rabi moyſes vero dixit de citrullo: ꝙ cū eiꝰ digeſtio tardatur: generat hūores venenoſos. Iſaac etiā in particularibus dietis de eis inquit ꝙ frigidiores ſunt ⁊ grauiores cucumeribus: frigiditas enim eorū eſt in fine tertij gradus: proinde groſſum generant phegma: et neruoſitati ſtomachi magis nocent cucumeribus. Rurſus propter ſuā duritiem et frigiditatē ſunt groſſorum humorū et ſuperfluorum generatiui. Quod certificatur: qꝛ citrulli morā in ſtomacho faciētes corruptionē et venenoſos humores faciunt. Citrulli ergo magis ſtomacho nocent cucumeribus: cucumeres autē: vt inquit Auerrois in. v. colliget. c. de oleribus ſunt frigidiores ⁊ minus humidi: et minus prouocant vrinā melonibus: ſed nō corumpunt̄ ita cito ſicut melones. Sed Auicen. in ſcd̄o canonis. c. clxxx. ſcribens de eis ait. Cucumer eſt frigidus ⁊ humidus ad ſcd̄m cuius he ſunt operationes: qꝛ ſedat caliditatē et cholerā: ſed eius chimus eſt malus preparatus ad putrefactionē ⁊ ad febres prauas. Citrullus vero longioris eſt digeſtionis et diſcurrit in venis crudus: et generat febres chronicas cuius quidē nocumentū expellit ameos a vehementia inflationis ſtomachi. Et infra ſubdit: ꝙ raro digeratur bene. Iſaac quoqꝫ in particularibus dietis inquit. Cucumeres frigidi ſunt et humidi in ſecundo gradu groſſi ſunt et duri ad digerendum ⁊ tarde a ſtomacho deſcendūt: ſtomacho ſunt nociui: ⁊ neruoſitatem eius percutiunt: qꝛ ſi cibū in ſtomacho aliquē inuenerint: cū ſui frigiditate eū ſeruant crudum: nec ſinunt a ſtomacho diſſolui: ſed tn̄ minus ſtomacho nocent ꝗ melones: qꝛ cucumeres digeſtiue inobediētes virtuti. faciunt in ſtomacho laborē. Melones

Vero ſtomachi ſubſtantiã molliunt:et cõuertuntur in venenoſos humores quibus ſtomachus ꝑcutit̃. Sed tamẽ ſi melones bñ digerant̃:meliorẽ ꝙ̃ cucumeres generãt chimũ:q2 cucumeris groſſius eſt chimus phegmati vitreo vicinus. Un̄ Hippocrates. Cucumeres ſunt groſſi ⁊ difficiles ad digerẽdũ et magis ꝙ̃ melones vrinã prouocãt:⁊ ventrẽ hũectant. Et hoc eſt id qð ſenſit Gal. in.ij.alimentorũ.c.v.di. Cucumeres vrinatiuã habẽt virtutẽ ſicut pepones:ſed minꝰ illis eo ꝙ ſubſtãtia ipſorũ minus hũida ſit. Et ꝓpterhoc etiã neqꝫ corrũpũtur facile in ventre ſicut pepones. Et in libro de euchimia ⁊ cachochimia.c.v.di. Citrulli melones ⁊ melopopones ſunt fructus quorũ nullꝰ eſt euchimus. Si aũt hec nõ cito ſubeunt corrũpunt̃ ſcðm ventrẽ in eũ qui fit ex eorũ corruptione humorẽ:et propinquũ mortiferis pharmacis operant̃. Raſis vero in tertio Almãſoris.c.xx.de ipſis hec tantũ modo ſcripſit. Cucumeres ⁊ citrulli frigidi ſunt qui ⁊ ſitim auferũt:⁊ ſtomachũ infrigidant atqꝫ vrinã ꝓuocant. Et in.xxiij.cõtinẽtis.c.cccccxj.dixit auctoritate Ruffi in li.regiminis de cucumere hortẽſi.ꝙ ſubſtantia melonũ eſt tenuior:ſed ſubſtantia immatura melonis eſt groſſior ⁊ habet in ſe vires abſterſiuas ⁊ inciſiuas:et ideo prouocat vrinã ⁊c. Et infra auctoritate Bimmaſui ſic ait. Cucumeres et citrulli ſunt frigidi ⁊ humidi in fine ſcði gradus:ſed peior ipſorũ eſt citrullus:q2 generat in ſtomacho phegma viſcoſuʒ:et procedit de eo ad venas humor crudus:ex quo quotiẽs abundat fiunt febres chronice:et nõ prouocant vrinã ad modũ melonis:et velociter corrũpunt̃ in ſtomacho:⁊ comedẽs ipſos affluẽter dʒ vti ameos ita tñ ꝙ ipſius ſtomachus nõ ſit inflammatus ⁊ qui patit̃ ſincopim ex caliditate:olfatio citrullorũ eſt cõueniens cũ ꝓprietate ipſoruʒ. Quare cõcludamus cũ eodẽ Raſi in quarto ſuorũ aphoriſmorũ ſic ſcribente. Cucumer frigidus bonus ſtomacho.ſ.calido:⁊ meliores ſunt ſaracenici ꝙ̃ gallici proprietatem habent remouendi choleram. Et ideo pro medicinis eis vtamur.

¶ Cap.clxxxj. oſtendit naturas proprietates ⁊ iuuamenta cucurbite in via ſolummodo nutrimenti.

Auerrois in.v.colliget.c.de herbis ⁊ oleribus ſic ſcripſit. Cucurbite:q̄ in arabico dicunt̃ hula:ſunt frigide ⁊ hũide aquoſe:⁊ talẽ humorẽ generãt.et dicit̃ ꝙ ſunt apte recipe corruptionẽ in ſtomacho ⁊ habẽt malã alterationẽ:ſicut fit in rebus humidis non habẽtibꝰ ſtipticitatẽ terreſtreitatẽ nec põticitatẽ:q2 ſũt ſolũ aq̄ et aſſimilamꝰ ea moris:nec cucurbite iſtiꝰ regiõis ſunt tales:ſʒ dure digeſtiõis ⁊ groſſioris nature:ita ꝙ nõ pñt rectificari niſi cũ multa decoctiõe ⁊ cũ hoc ſunt multũ mali chimi:⁊ adhuc infrigidant ⁊ humectãt eo ꝙ nõ habẽt virtutẽ cito expẽdi cũ nullã habeant abſterſionẽ. Qð nõ minus ſenſit Haliabas in v.Theorice.c.xviij. Et princeps Auicẽ.in ſcðo canonis.c.clxxix.dixit. Cucurbita eſt frigida ⁊ humida in ſcðo.et illa q̄ eſt elixata nutrit aliquantulũ:et eſt velocis deſcenſionis ſi nõ corrumpit̃ ante digeſtionẽ propter cauſam aliquã:et nõ generatur ex ea humor malus. Sed ſi corrũpitur in ſtomacho et miſcetur ei humor malus:eſt tarde cõſiſtentie ſicut reliqui fructus ⁊ humor qui ex ea generat̃ eſt inſipidus:niſi dominetur ei aliqd qð ſibi ſit cõmixtuʒ.nã ſi cũ citonijs commiſcet̃ hũor eius eſt illaudabilis et ſubdit. Uerũ nocumentũ qð ipſa affert colon duplicatur:de proprietate quidẽ eius eſt ꝙ generat̃ ex ea nutrimentũ homogeneum et qð ipſi aſſociatur.nã ſi comedatur cũ ſinapi.generatur ex ea humor malus ſtipticus acris et ſi cũ ſale generatur ex ea humor ſalſus.et ſi cũ ſtipticis generatur ex ea humor ſtipticus et eſt oĩno nociua quibus dominatur melancholica ⁊ phegma et bona cholericis. Uerũtñ nocumentũ qð affert colon maximũ eſt: et in fine eiuſdem capituli iterũ dixit Ipſa vehementer nocet inteſtinis et colon ꝓprie.et propter hanc cauſam colirici:et quicũqꝫ alij qui colicam pati conſueuerunt:ei nõ approximẽt. Iſaac quoqʒ in particularibus dictis ſic inquit de ea. Cucurbita frigida eſt et hũida in ſcðo gradu:phegmaticũ generat chimũ:proinde cholerice nature cõuenit ecõtra vero frigidis nocet:et cholericis melior eſt ꝙ̃ ſanguineis: q2 eius humiditas ſtomacho humectat:et ſitim cholericorum humorũ extinguit:ſimiliter debemus eam intelligere eſſe nociuã phegmaticis pluſꝙ̃ melancholicis. Que quidẽ melior eſt cholerico ſi hoc modo detur:coquatur in coctaneis et ſucco maligranati aut vue agreſtis:aut cũ ſucco malorũ citrinorũ: aut cum oleo amigdaleo : aut oleo : onfancino condiatur. Phegmaticis vero ſic dat̃ elixa in aq̄ et ab aqua expreſſa cũ ſinapi pipere et apio ⁊ mẽta:vtilius dat̃ cũ coꝝ caliditate tẽperetur:et tunc chimũ generat calidum ⁊c. Raſis vero in.iij'. Almanſoris.c.xviij.inquit de ipſa. Cucurbita frigida eſt ⁊ humida : que ſtomacho mala exiſtens appetitũ deſtruit:ſitim quoqꝫ ſedat:et epatis a ſtomachi ardorẽ extinguit ſi in eis qñ abundat calor.⁊ in.iiij.lib.ſuoꝝ aphoriſmoꝝ inq̇t. Et ſi ex cucurbitis nimis comedatur tenaſmũ generat: ſed ſi aceto et alijs preparetur melioratur.⁊ in.xxiiij. continentis.c.ccccccx.dixit auctoritate Galie.in.vij. Si comeditur cucurbita generat humectationem in ſtomacho:et incidit ſitim.et dixit in libro nutrimẽti Cucurbita cruda horribilis eſt:et eius nocumentum in ſtomacho eſt magnum et vidi quendam comedentem ipſam et ſentientem in ſuo ſtomacho ponderoſitateʒ et frigiditatem et paſſus nauſeam inde ⁊ vomitum:et nullum medicamẽ confert huic vitio ſicut vomitus. Sed elixa cum humiditate nutrit.ideo nutrimentum eius eſt modicum ad modum omnium ciborũ q̇ generãt humorẽ aqueũ et tenuẽ:et deſcenſio eius de ſtomacho cito fit ex hũiditate de qua diximꝰ et ex lubricatione plana que eſt in ea. Sed qñ digerit̃



humor eius: nõ eſt malus niſi precedat eũ corruptio ante digeſtionẽ ipſius:⁊ corruptio accidit ei aut artificialiter:aut ex humore malo in ſtomacho: ſʒ ex tarditate eius in ſtomacho fit corruptio ſicut de oĩbus alijs fructibus humidis ſi tardãt in ſtomacho et nõ deſcẽdũt cito ſola:ex ea generatur humor crudus:et ſi cum alio generat̃ exinde humor iuxta ſaporẽ illius rei cum quo cõponitur: q2 alterat̃ ⁊ aſſimilatur ei: et ſi comedatur cũ ſinapi generatur exinde humor acutus cum caliditate manifeſta:⁊ ſi comeditur cum ſalito generatur humor ſalſus: ⁊ ſi cũ rebus ſtipticis generatur inde humor ſtipticus. Et dixit etiam vbi de moris locutus eſt:ꝙ cucurbita licet minoris nocumẽti ſit ꝙ̃ alij fructus eſtiui: quotiens non deſcendit de ſtomacho velociter corrũpit̃ ita male ꝙ exprimi non poteſt. Uerba autẽ Gal'.vt in noſtra trãſlatione habemus in libro de euchimia.c.v.hec ſunt. Cucurbita inculpabilis eſt ſola horarioꝝ fructuũ: ſed ſi ipſa corrumpatur in ventre cachochima ſatis fit ſicut ⁊ mora: quare ꝓ oĩbus minime videtur commendãda ⁊c.

¶ Cap.clxxxij. oſtẽdit naturã nocumẽta ⁊ pernicioſa pericula ex fungorum comeſtione prouenientia: et qui eligendi ſint:et quomodo preparandi ⁊c.

Licet fungi in numero radicũ a Gal'. reponãtur in lib. de ſubtiliante dieta.c. ix. vbi dixit:ꝙ oĩm radicum eſibiliũ peſſimi ſint fungi:quãobrẽ cũ fructibus olerum minime forẽt reponẽdi. Quia tñ potius terre fructus ꝙ̃ radices nobis eſſe videntur: ideo de ipſis hoc in loco exiſtimauimus ſcribẽdum: cũ plus etiã his ꝙ̃ alijs fructibus aſſimilẽtur:et eius nature appropinquent. Dicamus ergo de eis ꝙ q2 peſſimi ſunt.vt Gal'.ait vbi ſupra: ⁊ ad comedẽdũ valde periculoſi.teſte eodem in lib.de euchimia.c.j.ſic dicẽte. Uidi deniqꝫ quoſdam quidẽ propter fungoꝝ eſum mori:quoſdã vero propter contij vel ferularum: paucos vero ex eis vix ſaluari: ideo dimittẽdi ſunt potiꝰ ꝙ̃ aſſumẽdi vt eoꝝ nocumẽta nequaꝙ̃ percipiamus. Quoꝝ cauſa euidẽs eſt ex his que ſcripſit ipſe etiam loco allegato:licet poſt multa:cũ inquit. Omniũ aũt edulioꝝ fungi habẽt frigidiſſimũ ⁊ viſcoſum ſimul ⁊ groſſum chimũ: inter quos a boletis ſolũ nullus notatur mori: colicã tñ et hi quibuſdã attulerunt nõ digeſti. Ab alioꝝ vero fungoꝝ eſu: quidã quidẽ mortui ſunt:quidã vero venerũt prope mortẽ diarijs aut coliricis obligati:aut ſuffocati periclitãtes. A quo ſumpſit Auicẽ.in.ij.canonis.c.cclxxv.dicẽs. Fungi frigidi ſunt in fine tertij gradus:⁊ humidi in ꝓncipio eiꝰ: et ideo generant humorẽ groſſum malum: et eorum rectificatio eſt vt elixentur:et ponãtur cũ eis pira humida ⁊ ſicca ⁊ ozimũ montanum:et bibatur ſuper ipſos vinum purum.ſ. gratia rectificationis et non alimenti:qm̃ vt in.iij.j. dixerat. Super cibũ mali chimi vinum nõ eſt bibẽdum: quia facit malum chimum in extrema corporis penetrare. Deinde proſequit̃ eos deteſtando dicens. Fungi generant ſtuporem ⁊ apoplexiam. Et accidit ex illis qui nõ interficiunt preſocatio et proprie interficientibus:et accidit etiam ex illis qui non interficiunt colirica paſſio qñ multiplicantur:et ſunt difficilis digeſtionis.et mali nutrimenti:et faciunt poſſidere difficultateʒ vrine.et ſubdit de eis. Sunt qui ſunt mortiferi:et ſunt illi qui naſcuntur in vicinitate ferri eruginoſi et rerum putridarũ aliarum.aut in propinquitate manſionis reptilium venenoſorum:aut apud aliquã arborem quarũ propriũ eſt vt corrumpat fundos qui apud eas naſcuntur ſicut oliue:et de ſignis quidẽ eorum eſt ꝙ ſuper eos humiditas viſcoſa putrefacta percipitur:et cito aduenit eis alteratio et putrefactio et prouenit ex ipſis conſtrictio anhelitus ⁊ ſincopis:cura eorũ eſt cũ inciſiuis ⁊ oximelle cũ calamento ⁊c.⁊ qñqꝫ interficiunt ſtatiʒ ⁊ ꝓptera dixit Raſis in.iij.Almanſoris.c.xviij. fungi tuberibus ſunt valde deteriores:quorum quidam hominem ſtrangulant atqʒ occidunt. Qui autẽ ex illis homini exiſtunt in corpore viſcoſum generant phegma. Et ratio eſt :quia vt ſcripſit Iſaac in.v.d.c. xxviij.auctoritate Gal.fundi in terra ſicca nati ſunt et pluuiali aqua enutrita.in terra itaqʒ molli naſcuntur et aqua quieta putrida nutriunt̃.vnde Gal. Oĩa inquit naſcẽtia in ſapore vel in acumine non apparentia vel aliquo alio ſapore naturaliter ſunt ceteris peiora ſicut fungi qui ſunt peiores propter terre malignitatem et corruptionem humorum quibus nutriuntur. Sunt ergo peſſimi:et maxime ſi iuxta oliuaʒ nati fuerint:quia oliua groſſitiem et viſcoſitateʒ dat eis. et in.p.d.ſimiliter ait. Fungi frigidi ſunt ⁊ humidi in tertio gradu quod mollitie ſuiqʒ humiditate teſtificantur. Mortiferi groſſam habent ventoſitatẽ: ⁊ humiditatem viſcoſam digeſtioni inobedientes:vnde illaudabiles ſunt:vt pote tumoroſi:ideo bonũ eſt vt oĩno fugiãtur. Immortiferos vero comedere volentes eorũqʒ nocumentũ nõ timẽtes:elixẽt atqʒ piris aut calamẽto miſceantur. Quaꝝ iure expreſſo in alia aqua recoquantur:et cũ pipere:carui:ʒinʒibere: calamẽto:origano:et ſimilibus cõdiantur et eſui tribuant̃:et in fine merũ vetus potetur. Et q̇ frigidi ſũt natura accipiãt in fine eoꝝ ʒinʒiber cõditũ:diaciminũ diatriũ pipereõ:tiriacã:mithridatũ:⁊ hmõi. Raſis ꝙ̃ in.xxij.cõtinẽtis.c.cccccclxxxiiij.dixit de eis auctoritate Gal.in libro nutrimẽtoꝝ. Bonus fungus ⁊ innocẽs frigidi nutrimẽti eſt ⁊ qui abundanter de eo ſumit in eo generat humorem groſſum malũ ⁊ plures eius ſpẽs ſunt mortifere:⁊ vidi quẽdã paſſum fuiſſe de eo ſtrictũ anhelitũ ſincopim ⁊ ſudorẽ frigidũ ⁊ ſaluatus eſt cũ ſtudio cum rebus inciſiuis: cum ſirupo aceto et mentaſtro cocto in eo ſuperaſperſis ſuper eum ſpuma et baurac:vnde euomuit ipſos fungos: qui tranſmutati fuerunt ad humorem malum groſſum et frigidũ. Noſtra autem tranſlatio preallegati textus tot et tanta non habet:ſed id tantũ qð ſupra

circa preſentis capituli initium adduximus. Ex quibus omnibus hanc poſſumus elicere concluſionem: ꝙ tutiſſima res ſit ob iam dicta fungos dimittere.

¶ Capitulum.clxxxiij. oſtendit naturam proprietates et nutrimentum tuberū que tartufele dicūtur.

VOlentes ordinem alphabeti obſeruare: nō eſſet hic de tuberibus ſcribēdum: ſed quia fungis in omnibus fere ſuis operationibus aſſimilantur: propterea non videtur nobis irrationabile de ipſis immediate ſcribere poſt fungorum determinationem: ⁊ vt legentes de eis iuxta poſitis facilius valeāt virtutes ipſorum intelligere. Dicamus ergo cū Principe noſtro in.ij.canonis.c.d.cxcij. ſic ſcribente. Tubera ſunt ex ſubſtantia terrea plus et aquea minus: et in ipſis eſt aeritas et ſubtilitas pauca: ⁊ ſunt priuata ſapore: et meliora eorum ſunt arenoſa alba in quibus nō eſt odor malus. Et que ex eis ſunt ſicca deteriora ſunt humidis: ⁊ illa quidem que elixantur poſt excoriationem et ſciſſionem cum cultello cum aqua et ſale: deinde coquuntur cum oleo et almuri: et ſpeciebus cōdiētibus ſunt meliora. Et deteriora eorum genera ſunt fungi: et proprie cum naſcuntur ſub arboribus et in terra mala ſunt groſſa valde: et prebent nutrimentū groſſum melancholicum: et nō appropinquat eis in hoc aliquid. Et eoꝝ quidē tyriaca eſt vinū purum: et ſpecies cōdientes aſſumere. Et ſi elixētur deinde coquantur: et cū eis cōdiantur: generatur ex eis nutrimentū groſſum nō malū: verūtamen ſaporem nō habēt: et timet̄ ex eis paralyſis ⁊ apoplexia: ſunt tarde digeſtionis impediētia ⁊ grauātia ſtomachū: et ſunt groſſi chimi. Et ſubdit ꝙ Gal'. in quodā loco ait. ꝙ nō ſint mali chimi: faciūt tn̄ incurrere colicā ⁊ difficultatē vrine. Ego autē inueni Gal'. in lib. de euchimia de ipſis ſic ſcribentē. Moderate aūt eſt pachichimū et vocatū iduū.i.trifula: non tn̄ eſt cachochimū. Hec eſt ſeries verboꝝ eius ꝑut in noſtra habemus trāſlatione: que nihil de colica facit mētionē: attamē credēdū eſt principi: cū ratio dicti ſui ſit in prōptu. etiā per verba Gal'. in libro de ſubtiliante dieta.c.ix. ſic dicentis. Quid aūt oporteat dicere de oleribus quoꝝ non ſolū radices: ſed etiā ꝓductiones ⁊ folia phlegmaticum generant humorē: ſunt autem de hoc genere trifule: attamen quecūq; in arena et minus humida cōſiſtunt terra: deficiunt a malicia fungoꝝ ⁊c. Generādo aūt phlegmaticū humorē ⁊ colicā facile poterunt cauſare: vt ei recte impoſuit Auicē. Qd̄ ſimiliter confirmatur per Raſim in.iij.Almāſoris.c.xviij. ſic dicentem. Tubera frigida ſunt et groſſa: phlegma quoq; generāt crudū: que aūt ex eis ruborē habēt mala exiſtunt: quoꝝ multa comeſtio colicā generat: nec etiam abſq; calidis ſunt edēda cōdimētis: fungi tn̄ tuberibus valde ſunt deteriores. Et in.xxiij.continētis.c.ccccclvj. idem dixit auctoritate Galie. Bimmaſui Cuzi ⁊ reliquorū plurium antiquoꝝ: quoꝝ dicta eadem ſunt cum ſupioribus: ⁊ ideo ob tedioſam prolixitatem ea nō adducemus. id tamē nō pretermittamus qd̄ ipſe Raſis inquit in.xxv.lib.eiuſdem.c.j. de tuberum preparatione verbis iſtis. Si elixa fuerint in aqua: ſale: ⁊ origano: aut in oleo ⁊ oſſa fetida annihilabit̄ id quod generādum eſt de eis in ſtomacho de phlegmate viſcoſo: ⁊ ſimilis conditio debet fieri in fungis. ꝙ ſi inuenit̄ poſt comeſtionē ipſorū ponderoſitas: debes bibere de vino ſimplici: aut de aqua mellis: aut de tyriaca dragmā vnā: ⁊ ea ꝓpter hmōi res a nobiliſſimis viris: quibus precipue hūc noſtrū librum ſcripſimus: minime debent manducari: eo ꝙ eoꝝ complexiones ſunt vt plurimum delicate: ⁊ ſtomachi ipſorum debiles tubera fungos ⁊ talia groſſa bene digerere nō valentes. quare fugiant ipſa.

¶ Capitulum.clxxxiiij. oſtendit naturā melonuz et proprietates eoꝝ in via nutrimenti: declarando qui eorum deteriores: ⁊ qui nociui minus exiſtant.

MElones dicti a Gal'. in.ij. de alimētis.c.iiij. melopopones inter reliquos oleruz gratiores habētur: quorum due ſunt ſpecies. Aliqui em̄ oblongi qui proprie melopopōes dicunt̄ a Gal'. vbi ſupra. Quidam vero alij rotundiores ſunt ⁊ dulciores: qui pepones ab eo ⁊ ab oībus nuncupant̄. Ideo dicamus de natura ⁊ ꝓprietatibus vtriuſq;. ⁊ primo cum Auerroi in.v.colliget. ſic de herbis et oleribꝰ dicēte. Melones ſunt frigidi multe humiditatis: et habent abſterſionē. ⁊ prouocāt vrinas: ita ꝙ dicit̄ ꝙ qui vtitur multum brodio eoꝝ eſt cautus ab egritudine arenarum. Haliabas autē in.v. theorice.c.xviij. ſic de ipſis ait. Melon frigidus eſt ⁊ humidus in ſcd̄o gradu: cito a ſtomacho deſcendit: vrinā prouocat: ⁊ poſt pauca ſubiunxit. Celeris em̄ eſt corruptionis in ſtomacho celeriſq; alterationis in ea que in ſtomacho inuenit. ⁊ ait Gal'. ꝙ ſi in ſtomacho corruptus fuerit veneno proximum eſt. hec ipſe. hoc etiā ſenſit Auicē. in ij. canonis.c. de bathecha: cum ſic ait. Melon eſt melioris humoris ꝗ̃ batecha: ⁊ eius caro eſt digeſtiua abſterſiua ⁊ proprie eius ſemen. ⁊ matura et immatura ambe ſunt abſterſiue. et conuertitur eius caro ad quecunq; humorē in ſtomacho inuenit: et eſt ad phlegma vehemētius decliuis ꝗ̃ ſit ad cholerā et ꝗ̃ ad melācholiā. et nō cōuertitur velociter: id eſt non cito digeritur. Et ꝙ ita intelligēdus et exponēdus ſit: patet per ipſum dicentem infra. Melo eſt tarde digeſtionis niſi quādo comeditur cum eo qd̄ eſt interius eius. et ipſius quidē nutrimentum eſt rectiꝰ et eius humor eſt cōueniētior: oportet preterea vt cibum nō ſequat̄ alium. et demuz circa finē capituli dixit. Et melo quidē eſt minoris ꝓuocationis ꝗ̃ batecha: et eſt magis abſterſiuus. et velocioris deſcenſionis precipue qui eſt mellis id eſt dulcis valde: cū



autem corrūpitur in ſtomacho cōuertitur ad naturā venenoſam: oportet ergo vt cū grauat extrahatur velociter. Sed dulcius de ipſis ſcripſit Iſaac in particularibus.d. dicēs. Melones eſtiui duobꝰ modis ſunt rotundi et longi: vterq; vero frigidus eſt et humidus in medio ſcd̄i gradus: rotūdi vero viſcoſiores ⁊ groſſiores ſunt. Cauſa em̄ rotunditatis eſt hec: liquor eorum q: viſcoſus eſt et groſſus: natando in ſuperficie diuidit ſe circa latera. Longorū vero liquor q: ſubtilis eſt et aquoſus: effluit ⁊ diſcurrit inferius: idcirco ipſi elongantur: qd̄ teſtificatur in hmōi rōne. Sapor enim rotundi aliquantulū dulcedini vicinatur: longi vero ſapor quaſi aqua eſt ſapide dulciſq; rei groſſitudo et viſcoſitas dominatur: vnde longus minus nocibilis eſt parūq; colatiuus mundificatiuus: rotundus autē nocibilior et magis colatiuus et vrine prouocatiuus: arenā et lapidem a renibus et veſica expellit. qd̄ eiꝰ ſaporoſitas teſtatur. videmus enim corpora ab eis fricata ab omni mundari ſorditie vtriq; tn̄ ad corruptionē parati ſunt. Mutant̄ etiam in humorum qualitatē in ſtomacho exiſtentiū ſiue cholerici ſiue phlegmatici ſint. Idcirco ſtomacho nocēt eiuſq; neruos mollificant: eiſq; lubricitatē preſtant. Qd̄ ſi cibum in ſtomacho inuenerint: miſcētur cū eo ⁊ cauſa lubricitatis cibus egreditur prius ꝗ̃ coquatur: in inteſtinis etiā rugitum et inflationē ventoſitatemq; faciūt: et nonnūꝗ̃ vomitum et abominationē: ideo q; manducentur ante omnem cibuz ſtomacho ab humoribus inanito: nec alius accipiatur cibus quouſq; ipſi videantur eſſe digeſti. ſi ſic enim accipiantur digeſtioni obediunt: et bonis chimis aſſimilantur: licet eorū cōuerſio phegmatica ſit quibus econtra datis frigidi ⁊ peſſimi ex eis generātur humores. fiunt q; cauſa malarū generandarū febrium maxime cholericis et calidis naturaliter: quod fit ob ſue velocitatē cōuerſionis et mutationem ſui in cholericū humorē: ſed vt nocumentū eorū auferatur: dentur in fine eorū oxizacara: maratrū: maſtix: phlegmatice cōplexionis homines accipiant oximel zinziber conditū aut diaciminum et parū bibant vinū. Concludamus ergo cum Auicen. in.xiiij.tertij.c.xx. ſic dicente. Nō eſt malum pro epate calido ſumere melones duros parue dulcedinis. Verumtamen qui colicam pati cōſueuerunt ab eo abſtineant: qm̄ vt idem ait in.xvj.eiuſdem trac.iiij.c.xxviij. Melon dulcis ante cibū in diſpoſitione ſanitatis eſt nociuus plurimis colicorum. Melon etiam dulcis propter vehementiam ſue prouocationis perducit ad ingroſſationez ſanguinis: teſte eodem in prima quarti trac. ſecundo.c.lxv. et ideo confert cholericis. Hoc quoq; ſenſit Gal. in ſecundo de alimentis cum dixit. Natura peponum eſt frigidior cum humiditate ſua copioſa et abſterſiuum aliquid habent propter quod et mouent vrinas: et ſecedunt ſtercus magis cucurbitis et cetera. Deinde ſubdit. Pepones paruum operantur chimum in corpore: et magis quando nō bene digeruntur: et cholericos facere conſueuerunt et corrumpi et ad vomitum idonei: et amplius comeſtum ſuper ipſum aliquid euchimorum eduliorum. Et ꝓpterea ipſe iterū dicebat in lib. de euchimia.c.v. Citrulli melones et melopopones ſunt fructus: quoꝝ nullus eſt euchimus: ⁊ ſi nō cito ſubeunt corrūpunt̄ ſcd̄m ventrē in eū qui fit ex eorū corruptione humorē ⁊ propinquū mortiferis pharmaticis operant̄. A quo Raſis in.iij.Almāſoris accepit.c.xx. dicens. Melones dulces velociter in choleram cōuertunt̄ rubeā. alij vero ſitim ſedant et humectant: atq; vrinā ꝓuocant. quibus ſi qs in comeſtione multū vſus fuerit: colericā patietur paſſionē. ⁊ propterea dixit in.xxv.cōtinētis.c.j. Poſt comeſtionez melonū ſumere debes de thure et zizibere. et ſi fuerit calide cōplexionis: poſt comeſtionē ipſoꝝ ſumere debet in potu de ſirupo acetoſo. Procurandum eſt itaq; vt tāta ex eoꝝ quātitas aſſumat̄ quod digeri poſſit ⁊ cito ſubire: ne in ſtomacho corrūpātur: obſeruādo que de mente Iſaac ⁊ alioꝝ ſupra diximus. De melōgia vero qua nō vtimur. ⁊ quia ab oībus antiquis eſt reprobata: non ſcribemus: ſꝫ ipſam tanꝗ̃ inutilem ⁊ fugiendam ⁊ re ipſa et ꝑtractatione relinquamus.

¶ Capi.clxxxv. incipit ꝑtractare de fructibus arborum: declarando quibus naturis humidi ſiue recentes: et quibꝰ cōplexionibꝰ ſicci fructus conueniant.

POſtq̄ de fructibus olerū vt ꝓmiſeramꝰ ſermonē cōpleuimus: reliquuz eſt vt de fructibus arboꝝ in preſentiarū agamꝰ conſuetū ordinē alphabeti obſeruando: vt ſine querendi labore determinatio. et capitulū vniuſcuiuſq; fructus facile inueniat̄: nō aliter de humidis et de ſiccis ſeꝑatum faciētes ſermonem: ſed de ipſis iuxta eorū initia: ⁊ ꝑut contigerit: loquemur: hoc tamē prenotātes ꝙ ſicut humidi fructus phlegmaticas habētibus cōplexiones incōuenientiores ſint ꝗ̃ cholericis: ſic ⁊ ſicci ecōtrario. Et idē de ſtomacho pariter eſt intelligēduz. Qui enim ſtomachū frigidū ⁊ humiduz hn̄t: nō tātū a ſiccis ꝗ̃tum ab humidis fructibꝰ ledunt̄. Cuiꝰ rō hec eſt: q: frigidi fructꝰ ⁊ humidi vt oēs ferme recētes exiſtūt: vt de melonibꝰ diximꝰ: frigidū ſtomachū et humidū intrātes: et eū phlegmaticis humoribus repletū inuenientes: cōuertunt̄ in conſimilē eoꝝ naturā: ſcꝫ in frigidos et humidos humores: cuz in habētibꝰ ſymboluz facilior ſit trāſitus: vt dixit Ariſto. in libro de generatione et corruptione. et Auicē. in.ij.j.c. de ſignis cōplexionuz cuz ſic inquit. Cōuerſio in genere proportionali eſt facilior cōuerſione ad cōtrarium. Sic et fructus ſicci et hi precipue qui vnctuoſitatez habent: facile in ſtomacho calido in fumoſitatē et in cholerā permutātur: et ideo non ita cōueniunt cholericis ſicut phegmaticis. ſicut ecōtra de humidis ⁊ recentibus diximus: ꝙ magis cholericis ꝗ̃ alijs cō

ferant perſonis. Et ꝙ ita ſit: patet per rōnē preadductam. Et per auctoritatem Iſaac in. v. d. c. xxv. dicentem. Qui fructuū groſſorum et ſiccorum et durorūqꝫ corticum ſunt: cortices molles et teneros habētibus peiores ſunt. quia duricies et groſſities corticum ſubſtantiā groſſam et terreſtrem oſtendunt et in ſtomacho durā digeri et velociter ad fumoſitatem conuertibilem in ſtomacho ſicce cōplexionis inanito: citoqꝫ conuertitur in putredinē et ventoſitatem in ſtomacho frigido maxime cibo pleno. deinde ſubdit. Omnis fructꝰ groſſi corticis terreſtris nō caret oleoſitate ⁊ vnctuoſitate naturaliter: vnctuoſitas autem et oleoſitas ad cōuertēdū in fumoſitatē ⁊ in gña cholerica ſunt procliuia ⁊ in putredinē ⁊ in gña venenoſa et ꝓpterea cōcludit deinde. Qui fructuum cortices habent duros et ſiccos: peioris ſunt nutrimēti ſicut amigdale ⁊ nuces ⁊ nucicule et ſimilia: et maxime ſi ſint ſiluestres: q: ſunt ſicciores et ad digerēdū duriores: quanto igitur fructus ſicci antiquiores fuerint tanto deteriores exiſtunt: quia continue vnctuoſiores fiunt: vt de amigdalis nucibus fiſticis et huiuſmodi eſt videre: que cū inueterantur rancide fiunt ⁊c. et ideo in ſtomacho calido peſſime reputantur ſicut fructus frigidi et humidi in frigido ventre ſunt ſuſpecti quinimmo prohibiti. Qua de re bene ꝑpendat vnuſquiſqꝫ naturam ſuam: et humidis aut ſiccis vtatur fructibus ſcd̄m ꝙ ei magis conueniens fuerit: ne corpus cholera vel phlegmate repleat. Et hec pauca de hac materia in generali dicta ſufficiant parcicularioꝛa velo iam electo et abſtinenti medico conſeruari relinquimus. Abſtinenti inquam propterea ꝙ plures etiam doctiſſimos nouimus medicine profeſſores: qui tanꝙ pueri quotidie fructibus in eorū interitū vtuntur et peſſimis etiam et in magna quantitate. Qui pro aliorum ſanitatis conſeruatione idonei minime videntur: eo ꝙ durum quippe eſt: vt qui neſcit tenere moderamina vite ſue: iudex fiat vite aliene: vt Gregorius ſummꝰ et beatus pontifex inquit. quare et cetera.

¶ Cap. clxxxvj. oſtendit naturā nutrimentū ⁊ vtilitates amigdalarum in via cibi.

Amigdale: vt inquit Auerrois in. v. colliget. et Haliabas in. v. Theorice. c. xix. tēperate ſunt in calore et humide ſuauis ſaporis et habēt multas bonas proprietates: dicitur ꝙ habent augmentare ſubſtantiam cerebri: et faciunt ſuauiter dormire: et abſtergunt et mundificant vias vrine: et ſunt valde conuenientes macris. Quod etiam voluiſſe videtur Auicē. in. ij. canonis. c. lviij. cū dixit: Vnctuoſitas amigdale minor eſt vnctuoſitate nucis: cū tñ in eis fiat vnctuoſitas plurima cuius cauſa rancidatur et eſt tardioris digeſtiōis ꝙ̄ nux. deinde ſubdit. Que dulcis eſt: equalis eſt ad humiditatem parum declinans: et amara eſt ſicca in ſcd̄o. Et infra ſubiunxit. Dulcis bonū prebet nutrimentum. licet paruum. et comedere amigdalas dulces impinguat et confert ad viſum: aperiunt etiā amigdale oppilationes epatis et ſplenis: ipſe nāqꝫ aperiunt oppilationes accidētes in extremitatibus venarum: et cū comeduntur recentes cū corticibus ſuis mundificāt humiditates ſtomachi ſunt difficilis digeſtionis et boni humoris et pauci nutrimēti: et qñ accipiuntur cū zuccaro deſcendunt velociter. De quibus etiā ſic ſcripſit Iſaac in particularibus dietis. capi. proprio. Amigdale dulces ſunt calide et humide in medio primi gradus. vñ Gal. Habēt inq̄t amigdale amaritudinē ſenſui occultā propter ſui ſaporitatē: verūtamē amigdalarū amaritudo vetuſtati accedentiū palā oſtenditur. fitqꝫ earū acutio velut nuces corporū nutritiue: ſunt dure tñ ac groſſe ſubſtantie: digeſtioni difficiles pro ſue vnctuoſitatis egeſtate proinde tarde cholericis aſſimilantur humoribus neqꝫ ſtomacho ſicut nuces ſunt nociue. Et poſt aliqua dixit. Si ſuꝑficietenus excorticentur eſuiqꝫ dentur digeri faciles fiunt: maxime ſi cū melle aut zuccaro exhibeantur. Amigdale autē virides ſunt tenuiores et laudabiliores ꝑpter earū aquoſitatē: idcirco ſi in aqua calida vna nocte iaceāt excorticate: fiunt in actione viridibus vicine: porro: ſi virides prius ꝙ̄ cortices habeant: elixentur et edantur: gingiuas confortabunt: ſtomachiqꝫ calorē refrigerabūt ⁊c. Raſis quoqꝫ in. iij. Almāſoris. c. xx. dixit. Amigdale dulces in calore ſunt tēperate: que licet lenitatē gutturis faciant graues: tñ exiſtunt diuqꝫ in ſtomacho morantur: verū ipſe nō ſolū oppilationes nō faciūt: verūetiā oppilationes aperiūt: atqꝫ vrine ſedant ardorē: et cū zuccaro comeſte ſperma augmentāt. Et in libro. xxv. cōtinentis. c. ccccccxcij. Archageniſij ſic ſcribentis inq̄t Amigdale ſunt calide et humide: et humor ipſarū eſt laudabilis. et ſubdit dixit Ruffus in libro regiminis. Amigdale prouocant vrinā: et cū difficultate digerūtur. Et poſtea circa finē capituli ſubiūxit. ⁊ Sindiſar inquit ꝙ impinguant: et augent actum venereum. ſimiliter inquit Bimmaſui. Amigdale dulces calide ſunt et humide in primo: et ſi comeduntur cum corticibus: conferunt in dolore oris: et abſtergunt quod in pectore fuerit et pulmone de humiditate ⁊c. Sed ſapiens Gal. in ſecundo de alimētis capitulo. xxvij. ſic ait. Amigdale totaliter non participant ſtiptica qualitate: preualet enim in ipſis abſterſiua ⁊ ſubtiliatiua: propter quam expurgant viſcera: et ex pulmone et thorace expuitiones operantur humorum: dixit deinde ꝙ ad ſubductionem non ſunt vtiles. et ꝙ alimētum corpori dant modicum: qua de re decipiuntur qui eas plurimum nutrire exiſtimant: licet alijs conuenientes ſint.

¶ Capitulum. clxxxvij. oſtendit naturam et nutrimentum auellanarum cum ſuis iuuamentis et nocumentis.



Auellane: teſte Auerr. in. v. colliget. in nullo differunt a nucibus: niſi quia non prouocant vomitū. ſed Princeps Auicē. in ij. canonis. c. xliij. dixit. Eiꝰ quidē. ſ. auellane terreitas maior eſt terreitate nucis: et nutribilior nuce: qm̄ eſt magis ſolida: ⁊ minus vnctuoſa: et tardioris digeſtionis: cuius natura et complexio decliuis eſt ad vnctuoſitatem quādam et ſiccitatem paruā: et generatur ex ea cholera: et in ipſa eſt ſtipticitas maior ꝙ̄ in nuce: et in ipſa etiā eſt inflatio: et generat ventoſitates in ventre inferiori: facit ſoda: ſcꝫ dolorē capitis: et comeditur cum pauco pipere ⁊ maturat corizā. et Hippocrates inquit. Auellana in cerebro facit augmētum: ⁊ ſi comeditur cū aqua mellis: confert tuſſi antique: et adiuuat ad expuendū: eſt tarde digeſtionis: ⁊ excitat vomitum: ⁊ eſt tardioris digeſtionis ꝙ̄ nux: confert venenis ⁊ morſibus: ⁊ precipue cū ficubus ⁊ ruta ⁊c. Que fuit Haliabatis ſententia in. v. Theorice. c. xix. dicētis. Auellana calida eſt et ſicca terrea parū habēs vnctuoſitatis: groſſamqꝫ habet ſubſtātiam digeſtionis tarde: vnde et plurimū nutrit. Aiunt autē medicorū quidam: qm̄ ſi auellana cum aneto ante cibū ſumatur nō plurimū fiet comedenti nocumentum: deinde a letali potu vel morſu reptilium proderit ſi cū ficubus comedat̄. A quibus videtur accepiſſe Iſaac in dietis particularibus. c. proprio dicēs. Auellane ſunt frigidiores et pōticiores ꝙ̄ nuces: earum enim corpora ſunt ſpiſſiora et ſolidiora vnctuoſitate carētia: hac de re plus nucibus ſunt nutritiue: tardiores ad digerendum: et ad deſcēdēdum de corpore: inflationem in vētre generant: maxime ſi cū interiori cortice accipiantur: que autē ab interiori cortice ablate fuerint: digeſtibiliores fiēt et vtiles antiquam habentibus tuſſim precipue ſi piſtate veſcantur cum melle. Quibus etiā cum modico pipere aſſatis reumatizantibus cito ſubueniunt. Que vero in ieiunis aſſumpte fiunt: contra venenum valēt ⁊c. Hoc idem ſenſit Raſis in. iij. Almanſoris. c. xx. dicēs. Auellane nucibus minus ſunt calide: grauioreſqꝫ ipis exiſtunt: que a ſcorpione pūctis beneficiū prebēt. Et in lib. iiij. ſuorū aphoriſmorū dixit. Nuces ⁊ auellane male ſtomacho ⁊ epati: humores malos efficiunt in ieiuno. Oppoſitū tñ velle videt̄ Auicen. in. ix. tertij. c. xx. cū ait. Paſſe ficus ⁊ auellane ſunt amice epati et vltimi iuuamēti. in cuꝰ capituli fine dixit. Auellane ſunt cōueniētes oībus epatibus: qm̄ ipſe nō ſunt vehemētis caliditatis: ⁊ ſunt aperitiue: ⁊ chimus earū eſt bonus. Et in. c. xxi. eiuſdē iterū inquit. Paſſe ⁊ auellane nō plurimū calefaciūt: et ſunt aperitiue oppilationum: et ſunt boni nutrimenti: licet parui: quāuis ipſe id minime dicat. Et ꝙ ita ſit apparet per Gal. in ij. de alimentis. c. xxvj. dicentē. Neqꝫ vſus nucū neqꝫ auellanarū multū nutrimētū dat corpori. Et poſt aliqua etiam ſic inquit. Digeritur nux magis ꝙ̄ ſubtilis nux: et magis euſtomachū eſt: ⁊ multomagis que cum ficubus ſiccis comeditur. Quo autē modo concordandi ſint Raſis et Auicen. ſi textus eorum: ꝙ nō credo: correcti ſint procul dubio non intelligo: ſed mihi perſuadeo ꝙ dictum Raſis aliter in arabico ſonare debeat: qualiter vero ſapientiori iudicio relinquamus: et ſi quis eos diſcordes eſſe hac in re: ſicut ⁊ in aliquibus alijs dicere non vereretur. forſitan non erraret: quare ⁊c.

¶ Cap. clxxxviij. oſtendit naturam et proprietates caſtanearum nutrimentūqꝫ atqꝫ modum coctionis et preparationis ipſarum.

Caſtanee in numero glādium reponi vidētur: propterea ꝙ de ipſis poſt glādiū determinationē ſermo fiat ab auctoribus: et ꝑmaxime ex eo ꝙ de eis Raſis ſcripſit in. iij. Almāſoris. c. xx. dicens. Melioris glandibus ſunt nutrimenti: minuſqꝫ ſtringunt caſtanee: attamē ⁊ a nobilibus etiam perſepe manducantur in vltima cene menſa. ideo de ipſis dicemus cum Auerroi in. v. colliget ſic ſcribente. Caſtanea frigida eſt et humida in primo gradu. Scd̄m vero Haliabatem in. v. theorice. c. xx. Earum complexio inter frigidum et humidum eſt temperata. Iſaac vero cui magis adherēdū eſſe opinamur in particu. dietis in. ca. ꝓprio ait. Caſtanee calide ſunt in medio ꝑmi gradꝰ: ⁊ ſicce in ſecundo. Et ſignificatio earum caloris eſt dulcedo earumqꝫ ſaporoſitas: ⁊ ponticitas ſiccitatē innuit. ſed tamen ad glandium comparationem ſunt ad digerendum faciles et nutribiles: tuſſientibus ex phlegmate non multum nociue. nec multum ſtiptice nec multum diuretice. Que tamen plerunqꝫ non accipiantur: quia cerebro eſui date inflationem et capitis faciunt dolorem propter digeſtionis duritiem et fumum in ſtomacho clauſum: ſed ab eis nocumentum auferatur ⁊ ſtipticiores fiant: aſſari eas oportet vt earum corpus rarificetur: que ſiccitatē temperant pectoris: ⁊ vrine difficultatē diſſoluunt ꝙ ſi in aqua tepida infundantur: q: earum complexio temperat̄ ex aqua mollitie et humiditate proinde ſunt boni chimi in corpore generatiue: cholerici tamen cum zuccaro eas comedant: ⁊ phlegmatici cum melle ſecundum medicinam vero virtutem habent laudabilem: quia abominationis et vomitus ſunt conſtrictiue: ieiuni quoqꝫ ſtomachi confortatiue ⁊c. Que fuit etiā Gal. ſententia in libro de euchimia ⁊ cachochimia. c. iij. dicentis. Caſtanee ſtipticum ſaporē habent: ⁊ omnino nō ſunt cachochime et infra dixit. Fructus q̄ ab arboribus accipiunt̄: fere oēs cachochimi ſunt ꝑter caſtaneas: hec eñ bene digeſte in vētre nutritiue ſunt ⁊ nequaꝙ̄ cachochime. A quo ꝑnceps ſumpſiſſe videt̄ in ij. canonis. c. de glande. cū ait. In caſtanea eſt parū caliditatis ꝑpter ſui dulcedinē: ⁊ in ipſa eſt abſterſio: ⁊ in eis oībus ē inflatio in vētre inferiori ⁊ ſtipticitas ⁊ eſt tarde digeſtionis ⁊ boni nutrimenti. Si ergo cū zuccaro miſceatur eius nutrimentum fit bonum.

Gal'. quoqꝫ dixit: ꝙ ipſa eſt mirabilior oībus granis
adeo ꝙ eſt ꝓxima granis panis: veruntamē caſtanea
ꝓpter illud qđ in ipſa eſt de dulcedine nutribilior eſt
glande: cum tñ nutrimētum oīm ſit hoībus illauda-
bile: ſed fortaſſis earũ nutrimētum porcis laudatur.
hec Auicē. in loco allegato. Et poſtea ſubiũxit ibidē.
Caſtanea facit ſoda: ꝓpterea q: coarctat vaporē con
ſtringēdo naturā: et confert humiditati ſtomachi: et
confert diſſinterie ⁊ fluxui inteſtinorum ⁊c. Hoc etiā at
tendēdum ꝙ ipſe crude nequaq̄ māducētur: dicente
Gal'. in lib. de ſubtiliante dieta. Caſtanee magis pra
ue ſunt que crude: praue vero minus ſi elixētur: ſiue
aſſentur: ſiue frixentur. Pro regula quoqꝫ obſeruan
dum eſt ne in multa aſſũmātur quātitate propter ſti
pticitatē: groſſiciem: ⁊ ventoſitatem earũ: cum dicat
Gal'. in libro de euchimia ⁊ cachochimia ſuperius al
legato. Et ſi caſtanee oīno nō ſint cachochime: caue-
re tñ vt oportet palā ab harum multitudine: non ſo-
lum q: pachichime. i. groſſe: ſed qm̄ cōſtipatiue ſunt
ventris et difficile digeſtibiles ⁊ inflatiue. Memorā
dumqꝫ mihi videtur id in earũ decoctione: qđ ſupra
in. c. de rapis diximus. ſ. vt non coquātur in frixorio
ſuper flammā: qm̄ inde malum acquirũt qualitatem
ſuffocātem a fumo ⁊c. vt eo in loco dictum eſt. Quare
inter prunas potius coqui debēt: vt vētoſitatem ſu-
perfluā amittāt: et cum zuccaro in fine mēſe poterũt
in pauca quantitate manducari. quare ⁊c.

Cap. clxxxix. oſtendit naturā ceraſorum dulcium
et acrium cum eorum iuuamentis et nocumentis.

Ceraſa ſunt grana magna prunis ſimilia:
vt Serapio inquit. qui etiā dixit auctori-
tate Gal'. Sunt ex eis dulcia ⁊ pōtica et
acetoſa: et dulcia deſcendũt a ſtomacho ci
to: et iuuamentum qđ inferunt ei eſt pau
cum: et pontica faciunt cōtrarium huius: acetoſa ve-
ro deſiccant plus q̄ pontica: ⁊ cum hoc eſt in eis res
incidens: et conferunt ſtomacho phlegmatico pleno
ſuperfluitatibus. Et infra dixit auctoritate Diaſco
ridis. Quando ceraſa adminiſtrant humida mollũt
ventrē: et ſicca retinent. Sed Raſis in libro. xxiij. cō-
tinentis. c. cccccclvij. Gal'. auctoritate ſic ſcripſit. In
fructu huius arboris eſt ſtipticitas: et hoc non eſt cũ
equalitate: immo diſpoſitio in eo eſt vt eſt diſpoſitio
in malis pomis et granatis: ſed fructus huiꝰ habēs
in ſe dulcedinē de ſtomacho deſcēdit de leui: ⁊ cōfert
ei modice: tñ ſtipticus econuerſo facit. Et acidus cō
fert ſtomacho phlegmatico pleno ſuperfluitatibus:
quia acidus deſiccat magis q̄ ponticus: et cum hoc
habet in ſe partem inciſiuam. Et dixit in libro nutri-
menti. Fructus ceraſi aſſimilatur moris cum ſtiptici
tate modica que eſt in eo valde: et in parte eſt ſtiptici
tas manifeſtior ſimilis ſtipticitati rubei: et pars ip-
ſius eſt vehemētioris ſtipticitatis q̄ rubeus. Et poſ
ſunt cognoſci vires omnium ſpecierum ipſius de eo

quod precedens eſt de moris et rubo: ſed rubus ca-
nis vehementioris ſtipticitatis eſt: vt nutrimentum
eius eſt modicum. Gal'. vero in. ij. de alimentis. c. v.
breuiter ſe de eis expediens ait: De ceraſis ſicut de
moris poſſumus argumētari. ſimiliter Iſaac in par
ticularibꝰ dietis. c. de prunis in fine ſic ſcripſit de ce-
raſis. Idem quod de maturis prunis ſentimus: ⁊ ni
hil aliud de ipſis ait. Unde eorum expreſſa comple-
xio que ſit a veteribus non inuenitur. ſicut et Mi-
chael noſter inquit. frigida et humida tamē in primo
ea ipſe graduauit. Credimus tamen ꝙ plus humi-
da ſint ex eo ꝙ valde cito putreſcant: propterea eli-
gantur ex eis illa que duriora ſunt et ſolidiora: quo-
niam talia non ita de facili putreſiunt ſicut ea que te
nera: vt manifeſtum eſt etiam in exterioribus: et ma-
gis gratia medicine manducentur ante cibum q̄ gra
tia nutrimenti. iuxta preceptum Gal'. in libro de eu-
chimia et cachochimia. c. vltimo dicentis. Abſtinen-
dum eſt a cachochimis niſi aliquādo laborantes ho-
ra eſtatis egeant ſanare ſiccitatem et caliditatem to
tius corporis: idonea enim illo tempore ſunt poma
et pruna: et ceraſa preaſſumpta: ſed de citrullo et me
lone non multum offerēdum eſt ſicut nec de melopo
pone et perſicis et huiuſmodi. quare ⁊c.

Cap. cxc. oſtēdit naturam ⁊ proprietates iuuamē
taqꝫ citoniorum ſeu coctanorum in via cibi.

Coctana ſunt groſſioris ſubſtantie q̄ pira
et maioris ſtipticitatis: et propterea ſunt
frigidiora: et in eorum odoratu eſt proprie
tas contra omnes paſſiones cordiales: vt
dixit Auerrois in quinto colliget. Auicen. vero in ſe-
cundo canonis. c. clvj. ſic de eo ſcripſit. Citonium aſ-
ſatum eſt melius et magis conueniens quando eius
aſſatio fit hoc modo. Concauatur et eijciuntur gra-
na eius: et ponitur in ipſo mel: et linitur luto corpus
eius: et ponitur in cinere: cuius natura frigida eſt in
fine primi: et ſicca in principio ſecundi. Eſt ſtipticum
cōfortatiuum fortiter: ſed dulce eſt minus ſtipticum.
Et multitudo comeſtionis ipſius generat dolorem
neruorum: confert vomitui et ebrietati: et ſedat ſi-
tim: et confortat ſtomachum recipientem ſuperflui
tates. Et in fine dixit. Et quandoqꝫ ſoluit ventrem
et non ſtringit: et generat colicam et dolorem ven-
tris pungitiuum: et hoc ſi crudum ſcilicet manduce
tur: et quando aſſumitur poſt cibum ſoluit adeo ꝙ
quando plurimum ex eo ſumitur extrahit cibum an
te digeſtionem ſuam: comeſtum autem ante cibum
conſtringit. Idem etiam voluit Haliabas in quinto
Theorice. c. xix. cum ait de ipſo. ꝙ frigidum eſt et ſic-
cum ponticum ſtomachum confortat calidum: natu
ram ſuſpendit ſi ante cibum comedatur: mollit autē
ſi poſt ⁊c. Hoc ſimiliter ſenſit Iſaac in particularibꝰ
dietis. c. ꝓprio dicens. Citonia et malagranata ante



cibum accepta ſi ſint pontica aut ſtiptica: et ſimiliter
ſi ſint acetoſa ſtomachi confortant ſubſtātiam et inte
ſtinorum: et egeſtionē cholericam auferunt: morſionēqꝫ
inteſtinorum. Poſt cibum autē ex ſuperioribus ſtoma-
chi ad inferiora deponunt eſcas: et fumum ſaliētē ad
caput vomitumqꝫ cholericum reprimũt. Et dulcium
natura ſubſtantie: et complexio aquoſa eſt et tempe-
rata caloris aliquid obtinet: et ideo parũ refrigerāt:
et ſtomachum confortant exigue: quare et ſtomacho
calido aut molli non cōueniunt nociua eis qui chole-
ricā egeſtionem habēt ⁊ vomitum. Non ſapora vero
peſſima ſunt in oībus qualitatibus: quia nature fri-
gide ſunt et humide: magis autē frigide q̄ humide:
propterea nec ſcđm cibum valēt: nec ſcđm medicinā:
qm̄ pontica non ſunt vt ſtomachum cōfortēt: nec aci
da vt acumen caloris extinguant: nec dulcedinem ha
bent vt nutriāt: ſed humores phlegmaticos crudos
gignunt. Similiter Raſis in. iij. Almanſoris. c. xx. di
xit. Citonia dulcia et acetoſa ſtomachum efficiũt ro-
buſtum: licet acetoſa ad hoc ſint fortiora: appetitum
inſuper excitāt: quorum proprietates eſt ventrē ſtrin
gere. Hec autem ſi poſt cibum comedātur ſtercus ci
to deſcendere faciunt: atqꝫ a ventre expellunt: ante ci
bum autem ſi comedantur totum iſtud prohibent: il
la autem que acetoſiora ſentiuntur in ventris cōſtri-
ctione ſunt fortiora. Et in quarto libro ſuorum aphoriſ
morum ſic etiam inquit. Coctanum ſtomachum confor
tat et epar: et vſus eius putredinem in inteſtinis ge
nerat. Et in libro. xxij. continentis. c. ccclxxxiiij. dixit
auctoritate Ruffi: ꝙ citonia retinent ventrem: et pro
uocant vrinam per accidēs. Et auctoritate Bimma
ſui ſic retulit. Citonium frigidũ eſt in vltimitate pri
mi gradus: ſiccum in medio ſecundi: ideo corroborat
ſtomachum: prouocat vrinam: et conſtipat naturam.
Et ſubdit. Sed nō debet perfici corpus citonij eo ꝙ
retardat digeſtionem: et ſic debet fieri toto poſſe in
ceteris fructibus: tamen non debet aſſumptio eius
abũdare: ne emittat de ſtomacho quod in ipſo fuerit
ante digeſtionem ipſius. Et ſi volumus cum eo ſtrin
gere ventrē: precedere debet eius ſumptio ante cibũ
per horas dũ preualet actꝰ citonij in ſtomacho: dein-
de comeſtio fiat. Tamē ſi abundās ſumptio illius tol
litur: infert colicā et dolorē neruorum ⁊c. Quare conclu
dēdum eſt ꝙ via medicine potius q̄ cibi ſit coctanis
vtēdum: nō crudis: ſed coctis: vt ſupra docuit Auicē.
nec vlla quis de tali coctione afficiatur admiratione:
qm̄ non ſolum Princeps: ſed etiam Gal'. eam prece
pit in. ij. Alimentorum. c. xxj. dicens. Singulare aliquid
preter alia poma citonijs ineſt ſtipticitatem amplio
rem habētibus et chimũ māſiuum: ſi quis de coctis
ipſis cum melle ſeruare velit. ſ. modo pretacto: aut ali
ter ꝙ cum melle condiantur: ⁊ ſic cocta manducētur
et non aliter: nec etiam ſic ſepe propter predicta.

Capitulum. cxcj. oſtendit naturam proprietates
et iuuamenta citri et partium eius.

Citrum corticē habet: carnē: acetoſitatē:
et ſemina: que oīa cũ diuerſarũ ſint com-
plexionũ: neceſſariũ duximus de vnoquo
qꝫ ſeriatim dicere imitantes principem in
ſecundo canonis. c. cxx. ſic ſcribentē. Cor
tex citri calidus eſt in primo et ſiccus in fine ſcđi. Et
eius caro eſt calida in primo et humida in ipſo. Qui-
dam aũt dixerunt ꝙ ipſa ſit frigida et humida in pri
mo et eius frigiditas maior eſt. Et ipſius acetoſitas
frigida et ſicca in tertio Et eius ſemen eſt calidum in
primo et ſiccũ in ſecundo. caro eius inflat: et eius ace
toſitas eſt ſtiptica frangens cholerā rubeā. Et eius
ſemē et cortex ipſius ſunt reſolutiua. Et cũ ponitur
eius cortex in pannis prohibet tineas: et eius odor
rectificat corruptionem aeris et peſtilentiā. Deco-
ctio corticis bonum efficit odorē: eius acetoſitas ſe-
dat tremorē cordis calidum et nutrimentũ eſt bonũ
gutturi et pulmoni: eſt tamen mala pectori caro eius
et eſt mala ſtomacho inflatiua tarde digeſtionis: quā
oportet comedere cum almuri: et ſimiliter cum mel-
le mixta eſt ſanior et magis recipiens digeſtionē niſi
ſit plurima: et cortex ipſius componitur in cibarijs
ſicut ſemina que pro condimento ponuntur adiuuat
digeſtionem. cortex tamen non digeritur propter
duriciem ſui et ipſius decoctio ſedat vomitũ et facit
appetitum. Et oportet quidem vt citrum comedat
ſingulare: et ꝙ non miſceatur cibo ante ſe neqꝫ poſt
ſe: ⁊ eius caro facit vtērē ſe poſſidere colicā: et ipſius
acetoſitas retinet ventrē et confert ſolutioni choleri
ce. et eius ſemen confert emoroidibus: et pondus ip
ſius cũ vino melle et aqua calida illinitum confert ve
nenis omnibus et eis reſiſtit et proprie veneno ſcor
pionis bibitũ. Iſaac etiam in particularibus dietis
inquit de ipſo. Subſtātia citri eſt dura et ſolida: ideo
ſi pro cibo accipiatur difficulter digeritur tarde a ſto
macho deſcendit. Acetoſa vero eius ſubſtantia eſt fri
gida et ſicca in ſecundo: virtutem habet incidentem
extenuantem et refrigerantem: idcirco fit epatis ca-
loris mitigatiua: ſtomachiqꝫ confortatiua: exiccat enī
appetitum cholere rubee: acumen obtũdit: ſitienti-
bus perfecte ſubuenit: triſtitiāqꝫ ⁊ cardiacā remouet
⁊c. Quod etiā voluit Raſis in quarto lib. ſuorũ apho
riſmorum cũ dixit. Foliũ et cortex citri virtutē habēt
remouendi venenũ et cōfortandi cor. Et in. xxj. conti
nentis. c. xxj. dixit auctoritate Diaſcoridis. Semē ci
tri bibitũ cũ vino prohibet nocumentũ cuiuſlibet ve-
neni mortiferi: et laxat ventrē: et aqua decoctiōis eiꝰ
facit bonũ oris odorē. Et inquit Gal. in. vij. Acredo
citri eſt frigida et ſicca in tertio et cortex eius deſic-
cat non cũ parua acuitate: et ob hoc eſt ſicca in tertio
et eſt equalis intra caliditatē et frigiditatē: aut decli
nat parũ ad caliditatē: et eius caro generat hũores
groſſos frigidos: ⁊ in libro dietarũ dixit. ꝙ cortex eiꝰ
eſt odoriferus cuꝫ eſt croceus: et eſt difficilis digeſtio
nis propter eius duricieꝫ et ſiccitatē: et ſi apponeret
in cibis adiuuaret digeſtionem ſicut iuuant res cali-

de: et confortat ſtomachū quando ſumitur de eo parum: et eius caro eſt dura ad digerendū. Et cū comeditur cū almuri eſt facilis digeſtionis. Et ſubdit. Inquit filius Meſue. Cortex citri calidus eſt et ſiccus in tertio: ⁊ eſt ſpiſſus tarde digeſtionis de ſui natura iuuat tamen cibum ad digerēdum paucillo iuuamento: et parum ex eo ſumptū cōfortat ſtomachū. Et alba caro eius eſt frigida humida in fine primi: et frigiditas eſt maior humiditate: et trahit morā in ſtomacho: et eſt tarde digeſtionis: ⁊ eius acredo eſt frigida et ſicca in tertio: et refrenat cholerā ⁊ cōſtringit egeſtionem ⁊c. Deinde ſubiunxit. Et qui comedit citrū nō debet ſumere immediate poſt aliū cibū niſi prius ſit digeſtus. Et nō debet comedi poſt aliū cibū: quia facit indigeſtionē. Et acetoſitas eius confert tremori cordis: et prouocat appetitum: et incidit ⁊ diuidit humorē cholericū: et retinet fluxū et vomitū ſuperuenientes vitio ſtomachi: ⁊ extinguit epatis ſupercalefactionē ⁊c. Poſtremo dixit. Et citrū conditū eſt difficilis digeſtionis: quāq̄ mel ſubtiliauerit maiorē partem ſue groſſiciei: ⁊ remotio nocumēti eius eſt appoſitio magne quātitatis ſpecierum aromaticarū ſicut ſpice gariofilorum: cynamomi: cardamomi: zinziberis ⁊ ſimiliū. Meſue autem in diſtinctione. v. ſui grabatin dixit. ꝙ citra condita ſtomachū et cor cōfortant: et digeſtionē faciunt bonā ⁊ oris odorē: quod intelligēdū quando in pauca ſumuntur quantitate: dicēte Gal. in libro de diſſolutione continua. Cortex citri. ſ. conditi quando accipitur de eo parum confortat ſtomachum: et quando accipitur de eo multū grauat: quia eius ſubſtantia eſt dure digeſtionis: ⁊ ſic habetur inter dictos concordia.

Cap. cxcij. oſtēdit naturam proprietates ⁊ nocumenta prouenientia ex comeſtione chryſomilorum.

Chryſomila: teſte Auicen. in. ij. canonis. c. cxlvij. Meliora ſunt armenia: nō enim cito aduenit eis corruptio ⁊ acetoſitas: et cum ſumuntur chryſomila oportet vt accipiatur maſticis et aniſi equaliter pondus drachme vnius vſqꝫ ad duas in vino puro aut vino de paſſis: aut parum mellis. Sunt enim frigida ⁊ humida in ſecūdo: et eorum humor eſt velocis putrefactionis. Et ipſorum infuſio ſedat ſitim: et chryſomila ſunt equidem ſtomacho cōuenietiora ꝙ̄ perſica: ⁊ armenia nō corrūpūtur in ſtomacho: neqꝫ aceſcunt velociter: generāt febres propter velocitatē ſue putrefactionis: verū infuſio ſiccorum cōfert febribus acutis. Et in. xxij. tertij. tracta. ij. c. xxj. ſic etiā inquit. Ego autem abhorreo ea que ſunt ſicut perſica ⁊ chryſomila: et ſimilia que replent ſanguinem aquoſitate plurima. Cōſimiliter ſcripſit Iſaac in particularibus dietis cum ait. Chryſomila frigida ſunt et humida in ſecundo gradu facile in putredinem cōuertibilia: groſſum phlegma generāt: ⁊ viſcoſum in concauitate epatis et ſplenis: idcirco diuturne febris cauſa fiunt: et ipſa omnibus modis ſunt peſſima: ideo ante cibum ſemper accipi debent ſtomacho inanito: poſt cibum enim ſtomacho pleno in ſuperioribus natant: et in acedinem cito putredinemqꝫ conuertūtur. Si enim noxietates eorū caueri cupimus: ieiuni accipiamus: et poſt illa aniſum maſticem et vetus vinum ac odoriferum. Que fuit etiam Galieni ſententia in libro de diſſolutione continua ſic dicentis. De his que velociter corrumpuntur in ſtomacho ſunt chryſomila et mora: que ſi cito non deſcendant de ſtomacho et obuient humoribus malis cito corrumpuntur: et ideo debent iſta comedi ante cibum ammouenda de ſtomacho propter velocitatem deſcenſionis eorum et lubricitatem viarum in eo qui comedit prius iſta: nā quando comeduntur poſt cibum: corrumpuntur propter remanentiam eorum in ſtomacho: et relinquūt corruptum cibum corruptione eorum: et quando totaliter corrumpuntur: quod frequenter euenit: ſunt ſicut venenū pernicioſum. De ipſis quoqꝫ Raſis in tertio Almanſoris. capitulo. xx. dixit. Chryſomila frigida ſunt: que ventrem commouent atqꝫ inflant: et choleram reprimunt rubeam: ſtomachum preterea debilitāt eius extinguendo calorem: quibus qui frequenter vſus fuerit: in conſequenti tempore febres patietur. Et ratio eſt: quia vt inquit Galienus in ſecundo Alimentorum. capitulo. xix. Chryſomila prauis humoribus faciunt corpus abundare. Et idem Raſis in. xxiij. continētis. capitulo. ccccccxlij. auctoritate Diaſcoridis ait. Percopi ſunt meliores pro ſtomacho perſicis. et Galienus dixit. ꝙ armenici habent fructum frigidum et humidum quaſi in ſecundo. Et dixit etiam in libro nutrimenti. ꝙ de genere perſicorum exiſtant: ſunt tamen meliores eis: quia non corrumpuntur in ſtomacho vt perſica: et penes quoſdam ſunt delectabiliores eis: ideo magis valent ad ſtomachum ꝙ̄ perſica. Et dixit Bimmaſui. Chryſomila frigida ſunt et humida in medio tertij: et aſſimilantur perſicis: ſed generant humorem peiorem humore generato de perſicis groſſum et crudum in arterijs: ideo generant febres chronicas: tamen ſumi debet poſtea aniſum et maſtix in quantitate ponderis aurei vnius cum ſirupo citonino: aut cum vino vuarum paſſarum et mellis ſimplicis. Et inquit Maſarguith: ꝙ generant humorem a quo generantur febres tarde diſſolutionis: ipſa tamen laxant choleram rubeam: et generant humorem groſſum. Et poſtremo ipſe ſic concludit. Et ego credo ꝙ non inueniatur res vehementioris infrigidationis in ſtomacho ad modū illius ⁊c. Et propterea poſtponenda ſunt potius ꝙ̄ manducanda ⁊c.

Capitulum. cxciij. oſtendit naturam proprietates et nocumenta dactylorum in via nutrimenti.



Dactyli ſcdm̄ qd̄ dixit Serapio in capitulo de Rorab. auctoritate Habēmeſui. meliores ſunt zuccarini. et auctoritate Raſis retulit ꝙ calefaciūt et generant ſanguinem groſſum: qui cōuertitur cito ad choleram: et eſt malū nutrimētū eorum illis quorū cōplexio eſt calida: ⁊ epar calidū: ⁊ cito aduenit ſoda et ſquināntia bothor ⁊ alcola et oppilatio in epate ⁊ ſplene. Et deteriores ex eis ſunt magni: et qui ſunt dulciores: et nō ſunt cōuenientes aliquo modo illis qui ſunt calide cōplexionis: et nō ſunt debilis nature: ſi vtuntur eis impinguātur ab eis. Raſis vero. in. iij. Almāſoris. c. xx. ſic de eis inquit: ⁊ talem eius ſeriē habemus. Dactyli calidi ſunt ⁊ groſſi: multūqꝫ dat nutrimētum: qui ſi in comeſtione multo accipiantur vſu: ſanguinem in interiorib9 gn̄ant groſſum: dēteſqꝫ corrūpunt: ſanguinē quoqꝫ ac phlegma accreſcere faciūt. Rorab aūt minus calidi ſunt ꝙ̄ dactyli: q̄ lenitiui exiſtentes ſtomachū rectificāt. ⁊ ꝓpterea ꝙ dētibus nocent: dixit ipe in. xxv. cōtinētis. c. j. Poſt comeſtionē dactylorū recentiū precipue debes inundificare ginginas et os cum lauatione perfecta ⁊ abſterſiōe poſt lauationem factā: q2 comeſtio ipſorū dactylorū emollit ginguas ⁊c. Idē quoqꝫ ſenſit Haliabas in. v. theorice capitulo. xix. Et rabi Moyſes cum inqt. Dactyli generāt dolores capitis: oppilāt epar ⁊ apoſtemāt et emoroidas creant. Iſaac etiā in particularib9 dietis ſic de eis ſcripſit. Dactyli calidi ſunt ⁊ humidi in ſcdo gradu: groſſi ſanguinis generatiui: ⁊ difficiles digeſtionis: ficubus tamē ſiccis digeſtibiliores magiſqꝫ diuretici: ſed illis aſſueſcentes epatis ⁊ ſplenis cōſtipationem duritiē et tumorē incurrunt: gingiuis ⁊ dētibus ſunt nociui: dolorē in ore ſtomachi faciūt: diuerſas tamē hn̄t actiones ſcdm̄ regionē qualitates: quidā eīm in frigida: quidā in ſicca: et quidā in mediocri naſcunt̄ regione. In calida nati regione ſunt dulciſſimi et viſcoſi: ꝑinde parum nutriunt et cito digerunt̄: ventrē humectāt: plus etiā ceteris cōſtipationē epatis et ſplenis ⁊ nocumentum capiti oriqꝫ ſtomachi faciūt. Rurſus q̄ i terra frigida naſcunt̄ ſua cruditate et ponticitate perdurant quare ceteris ſunt ſicciores et minus oībus nutritiui: ac duri ad digerendum tardeqꝫ a ſtomacho deſcendentes. ceteris tamen plus ſtomachum confortant. In mediocri vero naſcentes regione: licet in perfecta conſtēt maturitate: tamen illis abeſt ſiccitas vt in maturitate ſeruari non queant: quoniam in eis quedam liquoris ſuperfluitas eſt: vnde corpora replent crudis humoribus: qui ſunt materia diuturne et periodice febris ad diſſoluendum inobedientis. Et hec fuit etiā Gal. ſententia in ſecundo alimētorū capitulo. xxiiij. dicētis. Dactyli indigeſtibiles ſunt. ⁊ grauatiui capitis et dulces oppilatiui ⁊ ſtiptici. et ſubdit. Omnes dactyli indigeſtibiles ſunt et leſiui capitis. Aliqui autē ⁊ mordicatiōis ſenſus efficiunt ori ſtomachi. Qui autem ab eis diſtribuit̄ in corpore chimus groſſus ſemper eſt: habet et aliquid viſcoſum et vnctuoſum: quoniā tali chimo dulcedo admiſcetur: celerrime quidem ab ipſo epar obſtruitur leditur aūt et phlegmonizans ⁊ turgens ſumme ab edulio ipſorum cōuenieter aūt et epar ⁊ ſplez oppilātur et ledunt̄: multo aūt magis ledunt virides ad oīa. Et in libro de euchimia. c. iij. ſic quoqꝫ ait. Humor qui ex dactylis generatur groſſius eſt et faciliter obſtructiuus epatis ⁊c. Ex q̇bus cōcludendū eſt ꝙ ⁊ ſi dactyli ſua dulcedine guſtui placeant: ſanitati autem corporis calidi minime. quare ⁊c.

Capitulum. cxciiij. oſtendit naturā proprietates et iuuamenta fiſticorū ſiue piſtachiorum.

Fiſtici a noſtris vulgaribus ſicut ⁊ a quibuſdam antiquorū piſtachij appellātur: vt apparet per Haliabatē in. v. theorice capitulo. xix. dicentem. Piſtachia in calido et humido tēperata ſunt. et pontica ſunt et odore iocunda cōfortatiōi oportuna ſunt epatis: eiuſqꝫ aperiunt oppilationē: ⁊ emittūt pectoris humiditatē: renes purgāt et veſicā: augent ventrē: et eorum cibus mediocris eſt. Sed princeps Auicē. aliter de eorum complexione ſenſiſſe videtur cum dixit in. ij. canonis. c. cclxxvj. Fiſtici ſunt vehemētioris caliditatis ꝙ̄ nux et amygdala: ⁊ ſunt calidi in fine ſcdi: et in ipſis eſt humiditas: et exiſtimauerūt quidam ꝙ eſſent frigidi et errauerūt. Et ſubdit. Aperiūt oppilationes epatis ꝓpter ſuā amaritudinē ⁊ aromaticā virtutem ſui: et in ipſis eſt pōticitas: et nutrimentum eorum eſt paruū valde: ſunt boni ſtomacho: ⁊ ꝓprie illi qui ſunt ſimiles granis pini: propter id quod in ipſis eſt de amaritudine cū ponticitate: et aperiunt oppilationes epatis: et mūdificant ipm̄: et aperiunt meatus nutrimēti: et ꝓhibēt nauſeā ⁊ ſubuerſiones ſtomachi: et cōfortāt os eius: nō leniunt ventrem neqꝫ ſtringūt ⁊c. Hoc etiā ſenſit Raſis in. iij. Almanſoris. c. xx. dicens. Fiſtici calidiores exiſtunt amygdalis: atqꝫ epatis aperiunt oppilationes. Et in libro. iiij. ſuorum aphoriſmorū inqt. Fiſtici ꝓprietatē hn̄t cōfortādi epar: humores groſſos expellūt. ⁊ ex philoſophis ſunt qui dicūt ꝙ qn̄ cū muſto ſumpti fuerint. humores a venis expellunt. Et in. xxij. libro cōtinētis. c. cccccxxxj. auctoritate Diaſcoridis retulit. ꝙ fiſtici valēt ad ſtomachum. Et auctoritate Gal. in. viij. dixit. In hoc fructu eſt ps q̄ſi declinās ad amaritudinē aromatizās: iō apit oppillatiōes: et purgat epar ꝓprie: ⁊ ꝯfert vitijs pectoris ⁊ pulmonis. Et dixit in li. nutrimēti. ꝙ nutrimētū hn̄t modicū: cōfortāt epar ⁊ apiūt meat9 nutrimēti. Hoc idē ſubiūxit auctoritate Bimaſui. Verba aūt Gal. i. ij. alimētorū. c. xxviij. hec ſunt. Piſtachia naſcunt̄ apud alexādriā in egypto: multū aūt plura in boreali ſyria: alimētū paucíſſimū hn̄tia: vtilia ſunt ad epatis corroborationem ſimul ⁊ purgationē infertorū humorum ſcdm̄ meatus

ipſius: participant enĩ ſubamara ⁊ ſtiptica qualitate aromatizante. Scimus autem ⁊ alia multa epati vtilia ſicut in negocio ſimplicium medicinarũ oſtẽſuꝫ eſt: ſtomacho autẽ neqꝫ ꝑfectum: neqꝫ nocumentum notabile ex ipſis habeo teſtari: ſicut nec reſtrictiui ventris neqꝫ ſubductiui. Rabi Moyſes ſ̄o magis ꝙ̄ hi videtur eos approbare cum inquit. Piſtachia ſunt meliora oĩbus fructibus: corroborãt ſtomachũ ⁊ epar: ſunt calida ⁊ ſicca temperate. Yſaac quoqꝫ in particularibus dietis ſic de eis ſcripſit. Fiſtici calidi ſunt ⁊ ſicci in medio ſecundi gradus: bonũ comedentibus preſtant nutrimentũ: quiddã tamen ponticitatis ⁊ amaritudinis habẽt: vnde ſunt epatis confortatiui: eius etiã conſtipationẽ aperiunt: ſunt pectus atqꝫ pulmonẽ mundificantes: qui cum vino cocti potui dentur: ⁊ fiunt contra venenuꝫ. Ipſi quoqꝫ fiſtici epati cõueniunt. Sed tamẽ calidã habentes cõplexionez modicũ ex eis comedant. ꝙ ſi aſſi fuerint comedentium ſtomachũ confortant ⁊c. A quibus ſumpſit Auerrois in. v. colliget cum inquit. Fiſtici calidi ſunt ⁊ ſicci temperate: confortant ſtomachũ et epar a tota ſubſtãtia: ⁊ ſunt ex illis medicinis que habent multa iuuamenta ⁊ magna. Ex quibus apparet ꝙ pro medicinis magis ꝙ̄ pro cibis vtendi ſunt.

Capitulũ. cxcv. oſtendit naturã proprietates et nutrimentũ ficuum humidarum ⁊ recentium.

FIcus: vt princeps inquit in ſcđo canõ. ca. cclxxxiij. melior eſt alba: deinde rubea: deinde nigra. ⁊ quãdo vehementer matura eſt: melior eſt ⁊ ꝓxima ad hoc vt non noceat: ⁊ illa que eſt humida: eſt calida parũ per: et plurime eſt aqueitatis: et parũ eſt medicinalis. et ſubdit. Et ficus nutribilior eſt reliquis fructibus. et que vehementis eſt maturationis propinqua eſt ad hoc vt non noceat: et in ipſa eſt inflatio ⁊ lenificatio vltima: et expellit ſuperfluitates ad cutem: et facit ſudare: ⁊ in eius acceptione eſt ſedatio caliditatis: ⁊ ẽ velocis nutrimenti et penetrationis in ſtomacho et corpore toto: et licet nutrimentũ ficus nõ exiſtat in robore nutrimẽti carnis et granorum: eſt tñ vehemẽtioris roboris ꝙ̄ nutrimentũ oĩum fructuũ: ⁊ eſt impinguatiua: eius impinguatio facile reſoluit: ⁊ eſt faciẽs pediculos. ⁊ illud quidẽ cõtingit ab ea ꝓpter corruptionẽ hũoris eius: et ipſa eſt vehementioris expulſionis ad exteriora et cõueniẽtis humoris aĩalib⁹: eſt mala ſtomacho: ⁊ confert renib⁹ et veſice. Dixit etiã de eis in. iij. primi doc. ij. ca. vij. ꝙ fructus magis nutrimẽto ſimiles ſunt ficus ⁊ vue valde mature. et in. xiiij. tertij. cap. xx. Paſſe ficus et auellane ſunt amice epati ⁊ vltimi iuuamẽti. Idẽ etiam ſenſit Haliabas. ĩ. v. theorice. c. xix. cũ dixit Fic⁹ cõplexio calida eſt in primo gradu: et que recens eſt humida in ſcđo. Et ſanguis ab ea generatus laudabilior eſt oĩꝫ fructuũ ſanguine eſtiuorum: velociſqꝫ digeſtionis et deſcenſus a ſtomacho ⁊c. Et poſt aliqua ſubiunxit. Si quis vere ficuũ frequenter comeſtionẽ: pediculi in corpore eius generãtur. magiſqꝫ ſi ſuperfluitates ſint in eius corpore male. Yſaac quoqꝫ plurimuꝫ eas cõmendauit: cum poſuit ipſas in primo loco bonitatis dicẽs in vniuerſalibus dietis. ca. xxvj. Uue ſunt ficubus ſecũde ꝑcipue ſi bene mature ſint. Et in particularibus. Ficus ceteris fructibus laudabilior eſt ac nutribilior: hũiditatis tamẽ ſue cauſa groſſos creat humores. et illa q̃ nõ eſt ꝑfecte matura eſt minus calida et magis groſſa ꝓpter dominationem terreſtris partis in ea. vñ Hippocrates. Ficus quanto longinquior eſt a maturitate: tanto minus calida eſt et groſſa magis. Et cum ex tribus rebus cõpoſita exiſtat: corticibus videlꝫ ſemine et carne. Seminis nutrimẽtuꝫ eſt nullum et nature arene vel lapidis. Cortex ſiccus eſt vt cutis ꝓpterea duriſſim⁹ ad digerẽdũ. Caro ſautẽ nutribilior ſolubiliorqꝫ exiſtit. Et ꝓpter hoc Diaſcorides inquit. Calorem extinguit: ſitim aufert: et ſudorẽ ꝓuocat ⁊c. Hoc quoqꝫ voluit Raſis in tertio Almãſoris. c. xx. dicẽs. Ficus calide ſunt: que cũ recẽtes fuerint ventrem inflãt et leniũt humorem creantes non malum. Et in libro quarto ſuorum aphoriſmorum ait. Ficus cũ comeduntur recẽtes putredinẽ remouẽt. Et dixit Gratim. ꝙ ficus putredineꝫ efficiũt: et nõ debẽt comedi ꝓpter lactis ſui venenoſitatem. Et in lib. xxj. cõtinẽtis. cap. ꝓprio dixit auctoritate Diaſcoridis. Ficus recentes et mature nocent ſtomacho: et laxãt ventrẽ laxatione parua: ꝓuocant ſudorẽ: inducũt lentigines et bothor: extinguunt ſitim et mitigãt calorẽ. Gal. vero ſuꝑ oẽs ficus extollit: ſcripſit enĩ de eis in quinto de regimine ſanitatis verſus finẽ. Ficus mature añ oẽs alias fruges ſunt eligẽde: ⁊ in hyeme carice. Et in ſcđo alimẽtoꝝ. c. vij. inquit. Ficus nõ potuerũt fugere cachochimiã ſicut et alij horarij fructus: ꝙ̄uis omnibus alijs horarijs min⁹ ipſam. ſ. cachochimiã ſint ꝑticipantes. Et poſt aliqua ſubdit. Bñ matura ficus venit ꝓpe ad nõ totaliter ledere cõſimilis ens iam ficubus ſiccis: multa quidẽ habẽtibus vtilia. generant enim ſanguineꝫ bonũ: vnde ipſas ⁊ pediculorum multitudo ſequitur Et in capitulo octauo eiuſdem ſic etiam ait. Ficus et vue opere quaſi capitales ſunt. etenim nutriunt magis omnibus horarijs: et minime ſunt cachochime reſpectu illorum: et maxime quando fuerint bene maturate. Eius quidem igitur quod eſt nutrire ipſa maxime ſignum qui cuſtodiũt fructus vinearũ comedentes quidem in duobus menſibus quibus cuſtodiũt aut ſolas ſemper ficus cũ vuis: aut modicũ quidem interponentes panis impinguaticꝫ ſatis: non tamen fortis et compacta eſt caro ex ipſis generata ſicut que ex carnibus: ſed laxa et vana propter id qđ celeriter contrahiẜ ceſſante edulio ⁊c. Et in libro de euchimia. c. j. dixit. A ſuperfluis horarijs abſtinere decreui preter ꝙ̄ a maturis certitudinaliter ficubus et vuis. et in. c. v. eiuſdẽ. Prope innocuos fructus ſunt mature ficus: et preter has matura vua ſuſpenſa ex hoc ꝙ iam inflatiuum depoſuit: et fit perfecte inculpata ⁊c. Ecce igitur quãtum ficus humide bene mature approbentur. Secure ideo eſtatis tempore ceteris conſentientibus poſſunt manducari.



Cap. cxcvj. oſtendit naturam et nutrimentum ficuum ſiccarum cum iuuamentis et nocumẽtis earũ.

QUia ficus ſicce in ieiunij tempore plurimum vtuntur: et eas quidam laudãt: aliqui vero ipſas vituperãt: ideo de eis ſpeciale capitulum faciendum eſſe iudicauimus: vt diſtinctius operationes et proprietates ipſarum intelligantur: et conſequenter an laudabiles ſunt ad ſanitatem vel reprobande. Dicamus ergo cũ Auicen. in. ij. canonis. c. cclxxxiij. ſic ſcribente. Et ſicca quidem ficus in ſuis operationibus eſt laudabilis: veruntamen ſanguis generatus ex ea non eſt bonus: ⁊ propter hoc facit pediculos: verũ ſi ſit cum nuce comeſta: tunc eius chimus ſit bonus: et poſt nucem cum amygdala: et leuior omnibus eſt alba: et eſt calida in primo: et in fine ipſius eſt ſubtilis. Et poſtea ſubdit. Ficus ſicca et proprie acris eſt fortis abſterſionis maturatiua reſolutiua ⁊ carnoſa eſt plurime maturationis: et in ipſa ſunt glutinatio et inciſio et ſubtiliatio: maturat carbũculos: ⁊ decoctio ipſius confert apoſtematibus gutturis: ſicut nocet apoſtematibus epatis ⁊ ſplenis propter ſuã dulcedinem: et qñ apoſtema eſt durũ: nõ nocet neqꝫ confert: verũtamen ſi cõiũgatur cũ ſubtiliatiuis ⁊ reſoluentibus cõfert valde: et confert aſperitati gutturis: ⁊ eſt conueniẽs pectori ⁊ cãne pulmonis: ⁊ vinũ eius confert tuſſi antique ⁊ doloribus pectoris: ⁊ apoſtematibus cãne pulmonis: et nõ eſt mala ſtomacho ſicut humida: immo qñ comediẜ cũ almuri mundificat ſuperfluitates ſtomachi. Et poſt pauca ſubiunxit. Et adminiſtratio ipſius cũ ieiunium adeſt: eſt mirabilis iuuamẽti in aperiẽdo vias cibi: et proprie cũ nuce et amygdala: cũ tñ eius nutrimentũ cũ nuce ſit plus ꝙ̄ cũ amygdala. Et ſi comedatur cum ingroſſatiuis: ſit eius nocumentum tũc maximũ ⁊c. Idem etiã ſenſit Yſaac in particularibus dietis. c. ꝓprio cũ inq̃t. Sicca vero ficus calida eſt in ſcđo gradu: ſicca in medio primi. vt etiam dixit Haliabas in. v. Theorice. c. xix. Quãobrẽ calefacit ⁊ ſitim creat: ⁊ in cholericos mutatur humores: ceteris tñ fructibus nutribilior eſt ⁊ minus inflationis habet: et ſi ſuꝑfluos humores in ſtomacho inueniat: dura ſit ad digerendũ: ⁊ ad corruptionẽ mutatur ⁊ inflationẽ vẽtoſitatẽqꝫ generat et peſſimũ ſanguinẽ: in ſuperficie aũt corporis pediculos creat. Si aũt humores mũdificatos inueniat bene digeriẜ: et ſanguinẽ laudabilẽ facit: corpuſqꝫ mũdificat ab humoribus malis: vrinã ꝓuocat: pectuſqꝫ purificat: pulmonem renes atqꝫ veſicam ab humoribus groſſis: non tamen ab inflatione et ventoſitate libera eſt. Qui ergo noxietates vult vitare ieiunus accipiat: et poſt illam calamentũ manducet: aut ameos: aut piper: et ſimilia. Cholericus vero poſt illã oxizacaram accipiat. Qui autem maioris cauſa nutrimẽti eas velit accipere: vel ideo vt ſanguinem laudabiliorẽ generet: nuces cũ eis ⁊ ſimul cũ amygdalis admiſceat. Itẽ ſcđm medicinã valet ſi cũ iſopo coquaẜ: pectus pulmonẽqꝫ mũdat: et tuſſim diuturnã eneruat ⁊c. Hec quoqꝫ fuit Raſis ſentẽtia in. iij. Almãſoris. c. xx. dicẽtis. Ficus ſicce multũ nutriunt ⁊ calefaciunt: quarũ multus vſus pruritũ et pediculos creat: ventrem quoqꝫ leniunt quando ante cibũ comeduntur. Et in. xxj. continentis. c. clxxv. auctoritate Diaſcoridis inquit. ꝙ ſicce ficus cõglutinant: calefaciũt: inducunt ſitim: laxant ventrẽ: et nõ cõueniunt fluxui reumatis deſcẽdẽtis ad ſtomachũ vel ad inteſtina: et cõferũt gutturi ⁊ cãnalibus pulmonis: veſice: renibus almati: ſquinãtie: hydropiſi: et ſimilibus. Et licet dictũ ſit ꝙ renibus cõferãt: intelligendũ eſt ſanis et nõ vlceratis: qm̃ vt Princeps voluit in. xviij. tertij. tractatu. ij. c. xij. Ficus ſicce male ſunt ad vlcera abſtergẽtes ea: et ſclapelãtes ipſa propterea ꝙ in ipſis eſt lacticinium occultum. Gal. quoqꝫ eas multũ laudauit in. ij. Alimentoꝝ. c. vij. cũ ait. Ficus ſicce ſubtiliatiuam et inciſiuã habent virtutem: et ideo earũ oblatio eſt proficua: non ſolum humores groſſos habẽtibus: ſed et ſanis: apertos enĩ faciũt eos eſſe: qui ſecũdum epar exitus alimẽtum non ſolũ egris: ſed et ſanis ſecuriſſimũ: verũtamẽ quicũqꝫ cũ aliquo ingroſſantium eduliorꝫ comedunt eas: non paruꝫ leduntẜ. Et in libro de euchimia dixit. ꝙ cum nucibus ſicce ficus comeſte optimus eſt cib⁹: et ſimiliter cũ amygdalis: quare hec duo in ipſarum comeſtione obſeruentur: et tertium ꝙ ante cibum manducentur: et nõ in multa quantitate ⁊c.

Cap. cxcvij. oſtẽdit naturam ⁊ proprietates iuuamentaqꝫ granatorum et ſpecierum eorum.

GRanatũ dulce: vt Princeps ait in. ij. canonis. c. cccxx. frigidũ eſt ad primũ: et humidũ in ipſo: ⁊ acetoſum eſt frigidum et ſiccũ in ſcđo. Et acetoſum reprimit cholerã: ⁊ ꝓhibet curſum ſuperfluitatum ad viſcera et ꝓprie vinũ ei⁹. Et in oĩbus ſpeciebus eius vſqꝫ ad acetoſum eſt abſterſio cũ ſtipticitate. Et dulce quidẽ lenificat naturã: et totũ ipſius eſt parui nutrimẽti: ſed eſt bonũ. Muzũ vero qñqꝫ eſt magis iuuatiuũ ſtomacho ꝙ̄ poma ⁊ citonia: ſꝫ eius granũ eſt malũ: acetoſum exaſperat pect⁹: ⁊ dulce lenit ipm̃: et cõfortat pect⁹: ⁊ cõfert tremori cordis: ⁊ abſtergit os ſtomachi. Et muzũ cõfert inflãmationi ſtomachi. Et dulce eſt conueniẽs ſtomacho propter illud quod eſt in ipſo de ſtipticitate ſubtili. Et acetoſum nocet ſtomacho: et cũ hoc grana granati ſunt mala ſtomacho:

et melius eſt vt fugat febriēs de ipſo poſt cibū ſuum: et prohibeat eleuationem vaporum: q̄ vt premittat ipſum: ⁊ ſubleuentur materie ab inferioribus. Acetoſum et dulce prouocant vrinā: licet magis acetoſum: q̄uis etiam magis noceat ſtomacho ⁊ inteſtinis. Et granatum muzum confert febribus acutis et inflammationi ſtomachi. Sed dulce multotiens nocet acutas habentibus febres. Et ideo in prima quarti tractatu.ij.c.xxxix. ſic Princeps ait. Fructus qui diliguntur febricitanti febre cholerica ſunt granata dulcia et muza et pruna ⁊c. Cuius ratio eſt: q2 vt inquit Auerrois in.vij.colliget.c. de ſincopi. in granis granatorum proprietas reperitur reſiſtendi putrefactioni: et vt cibus in fumoſitatibus malis conuerti minime poſſit. Que etiam fuit Raſis ſententia in tertio Almanſoris.c.xx.dicentis. Mala granata dulcia nō infrigidant: ſed inflammationē et ſitim faciunt: atqꝫ guttur leniunt. Acetoſa vero pectoris aſperitatē faciunt: ſtomachum et epar infrigidāt: epar tamē proprie que cholere ac ſanguinis calorem extinguentia febrem reprimunt et vomitū. Et in libro quarto ſuorum aphoriſmorum ſic idem ait. Mala granata dulcia lenia bonos humores generant: et expellunt humores putridos ab orificio ſtomachi: mouent appetitum comedendi: ⁊ eorum acetoſa ſtomacho nociua ſunt ex proprietate. Et in libro.xxij. continentis dixit auctoritate Diaſcoridis. Omne granatū eſt boni chimi bonum ſtomacho modici nutrimenti. Sed granatum dulce generat caliditatem modicā in ſtomacho et inflammationem: et ideo non valet ad calidas perſonas: tamen acidum confert ſtomacho inflammato: et magis prouocat vrinam q̄ aliud granatum: et eſt vehementioris ſtipticitatis intantum ꝙ etiam granatorum acidorum: ſi ponuntur in cibarijs: prohibent ſuperfluitates ne veniant ad ſtomachum et inteſtina: et decoctio ipſius confert vlceri inteſtinorum et emanationi humiditatum antiquaruz a matrice. Idem quoqꝫ voluit Haliabas in quinto Theorice.capitulo.xix.dicēs. Granatum complexionis eſt frigide: et quod acerbum eſt: fortis eſt frigoris humiditatis temperate et ſiccitatis: choleram hic reprimit: ſtomachum confortat et epar calidum: vomitum ſedat: et materias prohibet ne adventrem fluant cholericas. Dulce autem inter calidum et frigidum temperatum eſt: et humidam habet complexionem: tuſſimqꝫ que eſt ex calore mitigat: et generat in ſtomacho frigido ventoſitatem. Ex quibus ſatis liquet ꝙ granata plus in via medicine q̄ in via cibi reponuntur: et p[illegible]oterea tempore ſanitatis aut nunq̄: aut raro eis vt[illegible]dum eſt: et precipue acidis: niſi gratia extinctionis caliditatis ſtomachi vel epatis ⁊c. Et ꝙ ita ſit patet per Galie. in ſecundo de alimentis.c.xxij. ſic dicentem. Alimētum autem corpori exhibent quidem granata omnino modicum: quare nunq̄ ipſis vt alimento vtimur: ſed in pharmaci parte ſolum ⁊c.

¶ Cap.cxcviij. oſtendit naturam et iuuamēta iuiubarum in via nutrimenti non facere ad ſanitatem.

Iuiube meliores: teſte Auicen. in.ij.canonis.c.ccclxx. ſunt maiores earum: que frigide ſunt in primo equales in ſiccitate et humiditate: et ſunt declinantes parū ad humiditatem: conferunt acuitati ſanguinis calidi: et exiſtimo ꝙ illud ſit propterea ꝙ ingroſſant ſanguinē et viſcoſum faciant ipſum: et illorum exiſtimatio qui putant ꝙ ipſe clarificent ſanguinē ⁊ lauent eū: eſt exiſtimatio corrupta: ad quā ego nō declino: ⁊ nutrimētum earū ⁊ digeſtio ſunt difficilia: ⁊ ſermo quidē bonus in eis eſt ille quē dixit Gal. Nō reperi iuiubas in cōſeruāda ſanitate et remouēda egritudine aliq̄d operantes: ſed reperi eas difficilis digeſtionis ⁊ pauci nutrimenti: conferunt pectori et pulmoni: ſunt male ſtomacho ⁊ difficilis digeſtionis. Qd' ſimiliter voluit Iſaac in particularibus dietis.c. ꝓprio. cū inq̄t. Iuiube calide ſunt et humide in primo gradu: parū nutriunt: et ſunt difficiles ad digerendū ſtomachoqꝫ nociue ⁊ ſanguinis phlegmatici generatiue. Que tamē cū ſunt pontice ⁊ immature ſanguinis acumē extingunt: ⁊ ſi ad maturationis tēpus peruenerint pectoris ac pulmonis aſperitatē humectāt. Vn̄ Gal. iuiube nec ſanos cuſtodiūt: nec ſanitatē egris reſtaurant. Raſis vero de eis ſic dixit in tertio Almanſoris c.xx. Iuiube in caliditate ſunt temperate: et ſunt bone gutturi et pectori: ſanguinis quoqꝫ acuitatem paruumper extingunt. Et in libro quarto ſuorum aphoriſmorum ſic inquit. Iuiube ardorem ſanguinem extingunt: choleram expellunt: humiditates tēperant: et maxime recentes ⁊ mature. Et dixit Cratin ꝙ eſt mirabilis earū natura. Et i.xxi. ꝯtinētis.c.cccccxvij. dixit auctoritate Bimmaſui: ꝙ iuiube calide ſunt et humide in primo: et cum proprietate earū deponunt acuitatem ſanguinis cholerici: conferunt pectori et pulmoni: tamē male ſunt ſtomacho. Et inquit Gal. in libro nutrimenti. ꝙ nutrimentum ipſarū eſt modicū: ⁊ ipſarū digeſtio eſt difficilis: ⁊ generāt phlegma, vt etiā retulit Serapio auctoritate eiuſdē in loco allegato. Et ꝓpter ſapiētū medicoꝝ cōſilio vtamur: et ipſas poſtponas ſi noſtrā cupim⁹ cōſeruare ſanitatē eo q2 parū nutriūt: ⁊ q2 id minimū nutrimētū ipſarū eſt malū et phlegmaticū: oīno ab his qui frigide fuerint cōplexionis ⁊ frigidi ſtomachi fugiendum.

¶ Capitulum.cxcix. ponit naturam proprietates ⁊ iuuamenta limonum et aranciorum.

De his duobus in vno capitulo ſcribendum eſſe iudicauimus: cum eorum nature operationes et ꝓprietates ſimiles exiſtāt: pariterqꝫ ad mēſas nobiliū veniant. De quorū primis dicemus cum auctore pandectarum ſic primo de limoncello ſcribente.



Limōcellum oībus eſt notum: cuius odor confortat cor: et eius acetoſitas eſt frigida et ſicca: et valet ſirupus ex ea factus ad febres peſtilentiales. deinde dixit de limone. Limon fructus pulcher odoratus plenus ſucco acetoſo valde apto ſalſamentis. ⁊ ipſe etiā comeditur ſale conditus. Nuſq̄. memini de ipſo legiſſe apud auctorē autēticū niſi apud Auicē. in quarto canone in cura febrium acutarū in generali: vbi iubet dare aquā acetoſitatis limonis nō ſaliti. Qd etiā preciſe Michael noſter inquit: verū ipſe addidit vt exiſtimo totum abſolute dicēdū frigidum ⁊ hūiduz vſqꝫ ad ſcdm ⁊c. Cuius exiſtimationez nolumus reprobare: cū proximo: vt Chilom ait: nō ſit maledicēdum alioquin audituros q̇ non merore cōficiāt. Sed tātum quid de complexione hoꝝ fructuū: ſalua ſemper vniuſcuiuſqꝫ reuerētia: ſentiamus: breuiter explicabimus: ea functi auctoritate que anno etatis noſtre vigeſimo per clariſſimos collegij noſtri profeſſores nobis fuit pro ſua in oēs humanitate conceſſa dicētes. ꝙ limonū ſuccus frigidus ſit ſupra ſcdm. q̄li terciūqꝫ ipm volueris denoiare: acetoſum. ſ. aut ſtipticū aut pōticū vel ex his cōmixtū. Nullū em̄. viij. ſaporū poteris ei magis q̄ aliquē iſtorū appropriare vt pꝫ diſcurrendo. Si dixeris eū acetoſum. reponemus ipſum frigidū eſſe et ſiccū in ſecūdo. et dicemus ꝙ eius humor ſit ſubtilis penetrabilis humores groſſos incidens: et appetitum ꝓſtratū excitans iuxta ſententiam Iſaac in.v.d.c.xiij.dicentis. Acetoſus ſapor frigiditatē in ſecundo gradu eſſe denūciat: q2 humores ſui ſubſtātiales ſunt ſubtiles et penetrabiles et partim terreſtres: ideo ꝑforat et incidit groſſos humores et appetitū cōmouet. Que fuit etiam Gal. determinatio in q̄rto de ſimplici medicina diſtinctiōe ij.cap.iiij. Si vero dixeris ſuccū limonū ſtipticū eſſe aut pōticū: quod eſt magis veriſimile: ⁊ nos pronunciabimus eū frigidū eſſe in tertio aut in principio ei⁹ dicēte Iſaac in loco allegato. Ponticitatis humores ſunt pure terreſtres ⁊ frigidi: ſimiliter et ſicci tantū. quod neceſſe eſt vt in fine tertij gradus ſint vicini: vn̄ et ſua nutrimenta ſunt paruiſſima et groſſos humores facientia et ſubtili diete illaudabilia ⁊c. Si aūt ſtipticum dices et frigidū in.iij. et ſiccū habebis ipm collocare: vt oēs voluerūt antiq. dixit em̄ Gal. in.iiij. de ſimplici medicina diſtin.vj. Qē corpus ſtipticum denudatū ex reliquis ſaporib⁹ apud ſenſum inuenis ſemper ꝑ experimētū infrigidare. Quā cum habeat cōplexionem infrigidat corpus humanuz et deſiccat: carniū quoqꝫ ac ſanguinis minorationez faciet ſi q̄s eo multotiens vtatur. ſtomachum quoqꝫ cōfortat: ac ventrē ſcdm pluriműz cōſtringit: et ſanguinē gn̄at melācholicū: vt etiā ſcripſit Almāſor i.iij. Et ſi cōpoſitū ex dictis ſaporib⁹ dixeris: cōpoſitas habebit opatiōes ex illis reſultātes: qb⁹ aūt in fine ſcdi aut in tertij frigidū habebis ꝓnunciare ⁊ deſiccatiuum. Et ꝓpterea non via cibi: ſed via potius cōdimenti limonibus et limoncellis erit vtēdum: nec etiā ab omnibus: ſed ab his tantū qui calidum et nō appetentem ſtomachum habuerint. Quare ⁊c. ¶ De arancijs vero pandectarum auctor ſic inquit. De citrangulo nunq̄ mentionem reperi: niſi in.v. canonis et in antidotario Damaſceni. Nobis autez videtur ꝙ Gal. in.ij. de alimentis.ca.xv. de cedrorum fructu fecerit mentionē. Quiquidē fructus non citrum: vt patet primo per eundem facientē.ca.xxxv. de citro. Patet etiam per ſeriem verborum eius que eſt talis. Cedrias nomināt fructum cedri: ſimiles quidem entes archeutidibus ſcdm colorem ac figuram: etenī ſubruffe et rotūde ſunt differentes autem dirimitate id eſt pungitiuitate ſcꝫ a limonib⁹: magis enim limones pungunt q̄ arancie: vt docet experientia. Et propterea dicebat Michael noſter. debet eligi arancia ponderoſa et minus acetoſa: quia minus ſtomachuz ledunt. et poſt aliqua ſubdit. Caro vero eorum confert ſtomacho calido cholerico: ⁊ reprimit acuitatez cholere: nocet tamen plurimum ſtomacho frigido: ſicut cortex eius maxime confectus cum zuccaro cōfortat eum. Pro his tamē qui ea non cognoſcunt: ⁊ ab acetoſis in ſtomacho leduntur: ſciendum ꝙ melius eſt vt ipſa non comedāt: que tn̄ ſi omnino deſideraret: rubicūdiora ſaltem ⁊ leuia corticē groſſum habētia ſibi emant: qm̄ hec maturiora et dulciora minuſqꝫ nociua exiſtunt. Et de eis in modica ſumant quantitate: cum impoſſibile ſit vt omnimoda careat acetoſitate ſtomacho plurimum inimica dicente Gal. vbi ſupra. Commune eſt oīm pungitiuorū modicum dare corpori nutrimentū: q2 palam ſuccus eius mordicatiuus eſt ſatis ſtomachi et grauatiuus capitis: niſi aliquis valde parum ipſum offerat. quare. ⁊c.

¶ Capitulum.cc. oſtendit naturam et proprietates meſpilorum cum iuuamentis ⁊ nocumentis eorum.

Meſpila aut ſcdm vulgares neſpila: frigida ſunt et ſicca in primo gradu: teſte Iſaac in particularib⁹ dietis.c. ꝓprio et proprietatem habent ſtomachum confortādi: cholericam egeſtionem ac vomituz auferunt: vrinam prouocant: et magis pertinent ad medicinam q̄ ad cibum. parum enim nutriunt et groſſos faciunt chimos: et meliora ſunt ante cibum q̄ poſt. et ſecundum Auicen. in ſecundo canonis. capitulo.ccccccclvij. ſunt mala ſilueſtria: et ſunt saporis pontici ⁊ ſtiptica vincentia choleram: ⁊ retinētia curſum: id eſt fluxū: plus omni fructu faciūt ſoda: ⁊ ſunt mala ſtomacho et ſtringunt et retinent vrinam. Sic quoqꝫ a Serapione ſcribitur. Zaror eſt arbor ſpinoſa: cuius vna pars vocatur meſpilum: ⁊ habet fructū paruum ſimilem malis paruis bonum ad comedendū: ⁊ eſt ſtipticus bonus ſtomacho: et cum comedit retinet ventrē et tarde maturat. Que fuit etiā Gal. ſnīa in.ij. alimentorū.c.xxiij. dicentis. Fructus meſpili eſt ſtipticus ſtipticitate forti: et in folijs ⁊ in ſum-

mitatibus eſt ſtipticitas. Virtus eius eſt frigida palam: q̄m taliū omniū parum comedere ꝯuenit nō vt ficuum aut vuarū copioſe: nec̄ em̄ vt alimento: ſed medicinis ipſis indigemꝰ magis. ⁊ in. vij. de ſimplici medicina. c. Meſpilū ſcd̄m trāſlationē grecā quidam tricoctum nominant: eo ꝙ tria habet oſſula oīa intra ſe. ⁊ poſt aliqua ſubdit. Stipticus autē ſufficiēter eſt fructus huius arboris: ⁊ vix exibilis ⁊ recentius ſufficienter eſt ventris: ⁊ in germinibus eius et folijs ſtiptica qualitas eſt non pauca. Diaſcorides quoq̄ ſcd̄m traſlationē grecā ſic inquit de eo. Meſpilum ſemen habet rotundū fructū minimū matiano ſimilem tria oſſa habēs: vnde tricoctū dicit̄: ſtipticum eſt euſtomachū ventrē abſtinet ⁊ tarde matureſcit. A quo ſumpſit Raſis cū in. iij. Almanſoris. c. xx. de eis ait. Frigida ſunt ⁊ ſicca: que ventreꝫ ſtringunt: ⁊ cholerā reprimunt rubeam: ⁊ vomitū abſtinent ⁊c. ⁊ ſubdit. Et q̄ ex eis ſunt dulcia adhuc ſunt debiliora. Ex quibus patet ꝙ rebus hmōi nō eſt vtēdum: niſi gratia medicine ⁊ non ratione nutrimēti: vt ꝑ Gal'. apparet vbi ſupra. ⁊ in libro de euchimia ⁊ cachochimia. c. v. ſic dicente. Pomis ⁊ piris ⁊ meſpilis nō vt cibis: ſed vt pharmacijs indigemus ad robur ſtomachi atq̄ vētris: ⁊ difficilis ſunt digeſtionis: ⁊ ideo in parua ſumātur quātitate ⁊ raro: necnon ab habentibus ſtomachū calidum cholerizantē et huiuſmodi: ab alijs ꝟo minime.

Capitulum. ccj. oſtendit naturam proprietates ⁊ iuuamenta mororum in via cibi.

Morum dulce: vt princeps ait in. ij. cano. c. ccccxcix. currit ſcd̄ꝫ ſemitā ficus in maturatione: ſed eſt deterioris nutrimenti ⁊ minoris ⁊ ſiccioris et magis deſtruēs ſanguinem: et deterius ſtomacho: in reliquis vero ficus diſpoſitiones habet: eſt tamē inferius ea. Dulce eſt calidū ⁊ humidū: et acetoſum eſt ad frigiditatem decliue: ⁊ in ipſo eſt frigiditas ⁊ infrigidatio. Et infra inquit. Morum eſt malū ſtomacho: corrumpitur enim in eo: et quando non corrumpitur velociter: nō nocet. Et oportet quidem vt comedantur oēs ſpecies eius ante cibū: et recipiātur in ſtomacho in quo nō fit corruptio. Illud vero de ſeni nō nocet ſtomacho cholerico: et non eſt in ipſo de mala ꝯuenientia ſtomacho quod eſt in alijs: ꝗuis ſit in ipſo malitia: et non eſt nauſea in ipſo ⁊ nutrimentū eiꝰ eſt paruum: et facit appetitum cibi: et facit ipſum lubricum: ex extrahit ipſum velociter: et oīno deſcēſus eius a ſtomacho fit velociter: ſed eius deſcēſus ex inteſtinis eſt tardus: et ſolutio mori eſt plurima: et ꝓpter hoc in moro quidem dulci eſt velocitas deſcenſionis: aut ꝓpter ſuam humiditatem: aut ꝓpter acredinem ei admixtam. Et in oībus quidem ſpeciebus mori eſt prouocatio vrine. Iſaac vero in particularibus dietis. cap. proprio ſic de eis ſcripſit. Mora celſi duobus modis ſunt: aut cruda: aut acria non natura aut matura perfecte dulcia. Acria et nō matura ſunt frigida et ſicca: vim habent ſtipticā confortatiuā ſtomachi et inteſtinorum: ⁊ ventrem cōſtipant: ⁊ ꝓpterea huiuſmodi valent ad diariā et diſſinteriā: maxime ſi de cholera ſint. Matura et dulcia ad calorem pertinent et ad humiditatem. plus autē ad humiditatem que ex ſtomacho eijciuntur cito ventrem humectāt: vrinā prouocant. Si tn̄ cibū in ſtomacho ante ſe acceptum inuenerint: et eis obſiſtentibus cōmorātur in corruptionē cōuertūtur: et ſtomacho nocent ac capiti. Si autem ſtomachū vacantem inuenerint bene digeruntur: ſed modicum nutriunt ieiunis accepta et refrigerata in aqua frigida: aut in niue refrigeratiua ſunt valde: ſitim auferunt: et intēſionem caloris extinguunt ⁊c. Hec etiā fuit Raſis ſententia in. iij. Almanſoris. c. xx. dicentis. Mora que ſunt dulcia in caliditate ſunt tēperata: et in ſtomacho faſtidiū faciūt: Acetoſa vero frigida ſunt: que et ventrē continent: ⁊ ſanguinē fortiter reprimunt. Et in libro. xxj. continētis. cap. clxxj. auctoritate Diaſcoridis ſimiliter ait: ꝙ laxant ventrē et cito corrūpuntur in ſtomacho. et auctoritate Gal'. in. vij. ſubiūxit. Fructus celſi maturus laxat ventrē: cum eſt acerbus et deſiccatus ſtringit fortiter ventrem: ⁊ valet cōtra diſſinteriā et oēs ſpecies fluxus. Et ait libro dietarum. cū comeduntur celſi ante comeſtionē: et inueniāt ſtomachū mundificatum velociter deſcendūt a ſtomacho: et reddūt facilem deſcenſum aliorū ciborum: et cū comeduntur poſt cibum: et in ſtomacho ſunt mali humores: velociter corrūpuntur: et nocent magno nocumento: ⁊ ſicca mora vel deſiccata: ſunt medicina diſſinterie et fluxus chronici: et velocitas deſcenſionis ipſorum ſunt maturi: poteſt eſſe ꝓpter humiditatē et viſcoſitateꝫ ſue ſubſtātie: aut propter qualitatem permixtam eis habentē ſuperfluitatē acutam laxantē ventrē. et ſubdit. Et quādo celſi non corrūpuntur in ſtomacho: ꝓculdubio humectant et non infrigidāt niſi fuerint infrigidati: et eorum nutrimentū eſt paucū ſicut melonum: ſed non ſunt mali ſtomacho et nō vomituꝫ mouēt ſicut melones. Poſtremo dixit auctoritate eiuſdem in libro chimorum: ꝙ cuꝫ celſi deſcendūt ſtomacho priuſq̄ corrumpantur: non oīno faciunt malam operationem: niſi multiplicetur ipſorum eſus. Ex q̄bus patet ꝙ raro: et non niſi ab habentibus ſtomachum mundū: mora ſint māducāda. Et ꝙ ita ſit apparet etiā per Haliabatē in. v. theorice cap. xix. ſic dicētē. Mora frigde ſunt cōplexionis in p̄io gradu. in ſcd̄o vero humide q̄ bn̄ matura ſunt: ventrē molliūt: immatura autem ſtringunt: corticq̄ cōplexio frigida eſt et ſicca. Et ſi quis mora ſtomacho purgato comederit et vacuo cito ab eo deſcēdūt: vrinam ꝓuocāt: ⁊ humorē generāt bonum. Si ſit autē mala in ſtomacho ſuperfluitas cito corrumpuntur et humoreꝫ reprobum generant. ideo ante cibum comedēda ſunt. hec ipſe. Hō etiā voluit Gal'. vbi ſupra. et in libro de diſſolutione continua: vt in. c. de chryſomilis annotauimus. quare ⁊c.



Cap. ccij. oſtendit naturam proprietates ⁊ nutrimentum nucum vſualium cum ſuis nocumentis.

Nuces calide ſunt et ſicce: ⁊ prouocant vomituꝫ ⁊ laxant ventrē: teſte Auerroi in. v. colliget. vbi ſubiunxit. Et dicitur ꝙ habent malam ꝓprietatē: ita ꝙ qui vtuntur eis nimis faciunt eis in lingua paralyſim ⁊ comeſte cū ficubus obſtant veneno loco bezaar: et multum valent ſenibus ⁊ nocent illis qui timent paſſiones caloris: ⁊ tempore magni frigoris non ſunt nociue. Hō etiā voluit princeps in. ij. canonis. c. cccccij. cū dixit. Nux eſt calida: cuius tiriaca eſt cū datur calefactis. oximel: ⁊ habentibus debilem ſtomachū cū muri ⁊ aceto: ⁊ calida eſt in tertio ⁊ ſicca in principio ſecundi: et eius ſiccitas eſt minor caliditate ipſius: et in ipſa eſt humiditas groſſa que delet̄ cū antiquat̄. Facit ſoda: eſt difficilis digeſtionis ⁊ mala ſtomacho ſed nutrita ⁊ recens eſt melior ſtomacho ⁊ minoris nocumēti: et illud qn̄ frangitur a duobus corticibus ſuis: et nux quidem nutrita cū melle cōfert ſtomacho frigido: dico aūt ꝙ nux nō eſt inconueniens niſi ſtomacho calido tantū. Facit bothor. Et quādo comeditur cum muri ſoluit. Multus vero vſus eius educit vermes paruos ⁊ aſcarides ⁊ eſt ex eis que cōferunt orbo et cū ficubus ⁊ ruta comeſta eſt medicina oībus venenis et ex ea cū cepe ⁊ ſale fit emplaſtrū ſuꝑ morſum canis rabioſi ⁊ reliquorum. Similiter Haliabas in. v. Theorice. c. xix. dixit. ꝙ calida eſt ⁊ humida in ſecundo gradu ⁊ recētis calor eſt modicus. humiditas aūt multa. Et poſt aliqua ſubdit. Eſt aūt nucis cibꝰ paucus: que autem vetus eſt facta comeſtioni nō cōpetit: recens aūt ventrē mollit maxime ſi cū muri comedatur: niſi ꝙ capitis dolorem facit ſi nimiū comedatur: ſitim etiā prouocat: et in choleram mutatur rubeam: magis aūt que vetus eſt et ſi cū ficubus comedatur prodeſt venenoſorum veneno. ⁊ demum cōcludit. Nō eſt autem a nucibus ſanguis generatus malus. A quo ſumpſiſſe videtur Iſaac in particularibus dietis cum inquit. Nuces virides ſunt minus ſicce calide tamen: ⁊ habent aliquantulum hūiditatis propter maturitatē imperfectā: vnde parum ſunt ſicce parūq̄ ſtomacho nociue: que ſi a ieiunis comedātur cū obſomogaro ⁊ aceto ventrē humectant: cū ruta aūt māducate ſunt cōtra venenū. Sicce vero ſunt tripliciter: quedā em̄ ſunt tēpori producenti eas vicine quedam remote: ⁊ alie ſunt mediocres: ꝓpinque ſunt humide parū vnctuoſitatis habentes atqꝫ quiddam ponticitatis in eis eſt: que quāto ab eodē elongātur tēpore: tanto eorū cōſumitur hūiditas: eiſqꝫ vnctuoſitas dominatur: que tunc manducate cito in humorē cōuertuntur cholericū: quibus itaqꝫ vetuſtioribus exiſtentibus vnctuoſitate multo magis dominante fit earum ſapor ⁊ vetuſtiſſimum oleum ⁊ cibi naturā augmentant. Cetere vero nuces corporibus nocent: q̄ difficulter digeruntur: ⁊ ſtomacho nocent cholericis aſſimilantur humoribus: calideqꝫ inimicant̄ tuſſi: ⁊ ꝓſequitur deinde. Nuces minus auellanis ſunt nutribiles ꝓpter ſuorū corporū raritatē ⁊ ſue vnctuoſitatis viſcoſitatiſq̄ copiā: vnde villis ſtomachi ſemꝑ ſunt contrarie: niſi tamen ſtomachū inueniant tēperatum: aut tantū habentē frigiditatis quantū caloris nūc repugnare valet. Idcirco tali fiunt ſtomacho nutrimenti boni boneq̄ digeſtionis: calorē aūt habenti preſtant vſtionem in cholericūqꝫ mutautur humorē ac fumos capitiqꝫ dolorē faciunt ⁊ in oculis vertiginē: ſed vt ab eis omne auferatur nocumentum: mundate in aqua calida ponantur per noctē vt partē humiditatis ab aqua ſibi mutuēt fientqꝫ virides ſcd̄m vero medicinā valent: q̄ ſi cū ficubus ante cibū edantur cōtra rem venenoſam corpus defendunt ⁊c. Idē quoq̄ Raſis ſenſit in. iij. Almanſoris. c. xx. cū ait. Nuces calide ſunt: que in ore veſicas faciunt ⁊ calefaciūt ac capitis generant dolorem. Et in. iiij. ſuorū aphoriſmoruꝫ libro. Nuces auellane male ſunt ſtomacho ⁊ epati: ⁊ hūores malos efficiunt in ieiunio. ⁊ in. xxj. continentis. c. ccij. auctoritate Gal. in. vij. dixit. Nuces que nō ſunt cōplete neqꝫ deſiccate ſunt replete humiditate indigeſta. Et auctoritate Diaſcoridis ait. Nuces quando ſunt mature ſunt tarde digeſtionis: ⁊ nocent ſtomacho: ⁊ generant choleram citrinā ⁊ faciunt ſodam ⁊ nocent tuſſi: ⁊ ſi comedantur ante cibum de facili faciunt vomere: ⁊ comedentes eas cū ficu ſicca ⁊ ruta ante ⁊ poſt aſſumptionem medicine mortifere ipſa non nocebit eis: quoniā talis mixtura eſt tiriaca ipſius: ⁊ multus vſus nucū purgat vermes Subiunxit deinde auctoritate eiuſdē in libro ciborū ꝙ recentes ſunt minus calide q̄ ſicce: ⁊ ſunt plus humide aquoſe inſipide ⁊ ſicce amotis primis exterioribus groſſis corticibus: ſi ponuntur in aqua calida redeunt ad naturā nucuꝫ recentiū: ⁊ debēt comedi cū almuri ⁊ aceto ⁊ qn̄ ſic comeduntur erūt minoris nocumēti. Et nuces cōdite cū melle ſtomacho conferūt ⁊ deſiccant eius humiditates: ⁊ ſunt calide ⁊ ſicce ꝓpter ſpecies eis admixtas. Nos autē vidimus Gal. in. ij. de alimētis. c. xxvj. ſic de ipſis ſcribentē. Nux laxa eſt ⁊ plus habēs oleaginū in ſe q̄ auellana participat aūt ⁊ q̄litate ſtiptica ad modicū: q̄ in tēpore procedente marceſcit tranſeunte tota ipſius ſubſtantia in oleaginum humorē vt perfecte ineſibilis fiat ⁊ infra etiam dixit. Nuces humide ad receſſum ſunt idonee. ſicce vero minus. Ex quibus patet ꝙ calidam habētes cōplexionem minime eas debeant manducare: frigidi aūt ſenes ⁊ phegmatici ſecuriꝰ ⁊ in hyeme precipue.

Cap. cciij. oſtendit naturā proprietates ⁊ iuuamēta oliuarum ſuiſqꝫ cum nocumētis ⁊c.

OLiuarum duo ſunt genera: vt dixit Haliabas in.v.theorice.c.xix. alterum olei: ⁊ alterum aque. Que magis nutriunt olee ſunt pontice vero ſtomacho conferunt et ipſum excitant proprie ſi cū aceto ſumãtur: ſunt aũt medie inter ſubtile ⁊ groſſum. Que aũt perfecte ſunt maturitatis calide ſunt temperati caloris: immature autem frigide. A quo princeps videtur accepiſſe cũ dixit. Oliue mature ſunt calide ⁊ immature ſũt frigide deinde ſubdit in eo loco.ſ.in.ij.canonis.c.ccccccxix. Oliue qdẽ ſunt ex eis que nutriũt parũper: ⁊ oliue quidẽ cum diſpoſitione ſua ſunt difficilis digeſtionis ⁊ groſſe: earũ ſalite ſubleuant appetitum: et cõfortant ſtomachũ: et generant humorem ſtipticum: ⁊ acetoſe ſunt magis receptibiles digeſtionis oẽs ꝙ alie. Yſaac vero lõge clarius diſtinctius diffuſiuſqꝫ de ipſis ptractauit cũ in particularibus dietis inquit. Oliue duobus modis diuiduntur. Domeſtice.ſ. et ſilueſtres. et iterũ domeſtice trifariam: cum ſunt pontice virides et nõ mature. Secundo cũ ſunt nigre perfectã habentes maturitatẽ. Tertio cũ ſunt inter hec mediocres rubeum habentes colorẽ: quas Diaſcorides appellauit hyacinthinas. Virides autẽ que ſunt pontice ⁊ immature in duas diuiduntur: in aquaticas.ſ. quas fugimus: qm̃ nil vnctuoſitatis in eis reperitur niſi paruiſſimum. Oliue vero que recte aquatice vocantur ſunt terreſtres: qꝺ ponticitas ſueqꝫ vnctuoſitatis teſtatur inopia: et ob hoc ad frigiditatem et ſiccitatẽ pertinent: vnde ſtomachi ſunt confortatiue magis ceteris oliuis: ventris tñ conſtipatiue et minus omniũ corporis nutritiue ⁊ ad digerendum tardiores: paruitas nutrimenti fit pro ſue vnctuoſitatis inopia: et ob digeſtionis tarditatem ad frigiditatem et duriciem: quas multi preparant cum ſale et aceto: quidam vero cum ſale et aqua: nonnulli vero cum aceto. Sed que cum ſale et aqua condite a ſale accipiunt quandam acuminis et ſiccitatis partẽ vnde ſanguini incendium preſtant: ſtomachi neruos mordicant: ſunt etiã difficiles ad digerendũ propter groſſitudinẽ et duriciam earũ: tamẽ acumen pungit inteſtina vnde citius egeruntur. Que aũt cum aceto preparate ſunt tenuiores exiſtunt proinde cholere rubee acumen extinguunt: appetitum excitant maxime ſi in medio prandij accipiantur: que ſi digeſtioni obedientes ſint optime ſunt: ſtomachũ cõfortant et ventrem ſtringunt. Nigre aũt oliue que ad maturitatẽ peruenerunt calide ſunt et mediocres inter ſiccum ⁊ humidum: quas tamẽ Diaſcorides dixit ſiccitati ptinere Gal. vero teſtat̃ eas habere humiditatẽ. Poſſibile eſt enim: ꝙ earum ſaporoſitas ac vnctuoſitas innuit illam humiditatem habere hac de cauſa cibus earum multũ nutribilis et groſſius et mollificans ſtomachum tardus ad digerendũ: facilis aũt ad egerendũ. Tarditas digeſtionis fit propter vnctuoſitatem cibum natare facientem in ſummitate ſtomachi ⁊ cohibentẽ ad locum decoctionis deſcendere. Facilitas aũt digeſtiõis fit ꝓpter vnctuoſitatẽ in ſtomacho lubricitantẽ: vñ priuſq̃ digerat̃ deſcẽdit a ſtomacho: idcirco ad priorũ.ſcꝫ ad terreſtriũ et ponticarũ cõparationẽ ſunt illaudabiles: q̃ inconueniẽtẽ ⁊ illaudabilẽ gñant chimũ preſerti ſi ſint cũ ſale cõdite. nõnũꝙ em̃ in cholerã conuertuntur. Hyacinthine vero minus nigris ſunt nocibiles propter vnctuoſitatis ſue ponticitatiſqꝫ inopiam. proinde aliquantulum ſtomachũ cõfortant: chimus tñ quẽ iſte rubee generãt oliue eſt ſcdꝫ carũ colores: de nigris videlicet niger. de rubeis rubeus generatur cibus. Quod teſtatur Gal. cũ ait. Oliue rubee colorem faciunt quaſi vitellum oui ⁊c. Et poſtea ſubiunxit. Oliue nigre perfecte maturate cito in humorum corruptionem tranſducuntur: ſtomachum molliunt ⁊ ventrem humectant: lꝫ ſcd̃m medicinam ſint vtiles ⁊c. Quod ſenſit etiã Raſis in.iij. Almanſoris.c.xix. dicens. Oliue de aqua calide ſunt et ſicce: que ſi ante cibum comedantur: ventrem mouent: et os ſtomachi robuſtum reddunt. Oliue autẽ de oleo calidiores ſunt: que et os ſtomachi minꝰ corroborant: ⁊ ventrẽ magis fluere faciunt ⁊c. Sententia quoqꝫ Gal. in.ij. alimentorũ.c.xxv. dicẽtis eſt. ꝙ oliue paucũ dant corpori alimentũ: ⁊ maxime q̃ ſumme maturate ſunt: ⁊ que vnctuoſum chimũ habẽt et ſubdit. Idoneiſſime oliue ſunt ille que in aceto repoſite ſunt: ſtipticũ em̃ habent chimum ⁊ roborant ſtomachum ⁊ excitant appetitum. ⁊ in libro de diſſolutione continua dixit. Et oliue aque quando comeduntur ante cibum cum muri: ideſt ſale leniunt ventrem ⁊ quando etiam comeduntur poſt cibum ſine muri: et maxime que ſunt pontice cum aceto confortant ſtomachum et deprimunt cibũm: et hac de cauſa comeduntur. hec ipſe. quare ⁊c.

Cap.cciiij. oſtendit naturam proprietates iuuamenta perſicorum et nocumenta.

PErſica: vt inquit Auerrois in.v. colliget ſunt frigida ⁊ humida: habent generare humores corruptos et putridos: et aliqñ cholericos: ⁊ habent mirabilem ꝓprietatem reſiſtendi fetori: qui ꝓuenit a ſtomacho et odor ſuus valet cõtra cardiacam paſſionẽ. Sed anteperſica que nuſinus dicuntur: ſunt eiuſdẽ nature cũ perſicis: ſed nõ habent illam proprietatẽ ⁊c. Auenzoar etiam in ſuo theiſir.c.j. dixit de eis: et cognitum eſt etiã ꝙ comedere perſica: quãuis multorum ſint nocumentorum: habent oris fetorẽ remouere vitio ſtomachi ꝓcedentẽ et nullum aliud ſcitur in eis iuuamentũ. et Haliabas in.v. theorice.c.xix. ſimiliter ſcripſit. Perſicũ frigidũ eſt ⁊ humidũ phlegma generãs. et explicãdo duas ſpecies eius inquit. Qꝺ tenerum eſt et oſſibus facile mundatur: citius etiam digeritur et a ſtomacho demittitur. quod autem oſſibus conglutinatur: et ſubſtantiã habet duram tanꝙ immaturũ groſſius eſt et tarde digeſtionis. Et poſt



aliqua ſubiunxit. Perſicum ſi frigide domini comedant complexionis: accipiant poſt illum zinziber cõditũ: aut mel apum ⁊ huiuſmodi. A quibus accepiſſe videtur Auicen. ſcribens de ipſis diffuſius in.ij. canonis.c.cccccl xvj. et dicens. Perſica ſunt frigida in fine ſecundi: humida in primo infra tamẽ finem eius. Que cum ſint humida velocis ſunt putrefactionis: lenitiua: licet in ipſis ſit ſtipticitas aliquãtula: et precipue illis que ſunt exiccata aut immatura. Matura ſunt bona ſtomacho: et in eis eſt virtus faciẽdi appetitũ cibi. Et oportet quidẽ vt non comedantur poſt alium cibum: quoniam corrumpuntur poſt eũ ⁊ corrumpunt ipſum: ſed precedant anteꝙ cibum accipiãtur. Et que ſicca ſunt tarde digeſtionis: et non ſunt boni nutrimenti: quãuis ſint plurimi nutrimenti: et illa que matura ſunt: leniunt ventrem: et que immaturata ſtringunt. Et dixerunt quidam ꝙ ipſa addãt in coitu: et videtur ꝙ illud ſit in corporibus ſiccis et calidis. Et in.xxij. tertij. tracta.ij.c.xxj. ſic quoqꝫ de eis ſcripſit. Ego aũt abhorreo ea que ſunt ſicut perſica et chryſomila: et ſimilia que replent ſanguinem aquoſitate. Et in prima.iiij. trac.ij.c.lxv. ait. Perſica preparata ſunt ad permiſcendũ putredinẽ. Quod confirmat Yſaac in particularibus dietis cũ inquit. Perſica frigida ſunt et humida in ſcd̃o gradu plurimum ſimilia chryſomilis: ſed saporiora ſtomacho cõuenientia: non enim conuertũtur vt chryſomila: licet chryſomilis ſint ſimilia: quia eodem modo phlegma generãt perſica ieiuno ſtomacho nocua ſunt edẽda: et poſt vetus vinum odoriferũ eſt bibendũ. Perſica enim in duo diuiduntur: eſt enim quoddã albũ grande piloſum ruboris quiddã habens eſt. Et aliud paruum leue ruffum vel citrinum grãde ſaporiſqꝫ dulcis acrioriſqꝫ cuiuſdam humiditatis: humidius ac viſcoſius eſt: quare cõuertibile in phlegma groſſum atqꝫ putredinem. Manifeſtatur aũt hoc: qm̃ ſi perſicũ fixũ ferro poſt paululũ naribus apponas: odorẽ quaſi putredinis ſenties: paruum autem odoratiuum a conuerſione longinquius exiſtit. Dixit etiam Raſis in.iij. Almãſoris.c.xx. Perſica frigida ſunt ⁊ groſſa: que licet ardenti conferant ſtomacho: dure tamẽ deſcendunt atqꝫ in ſanguinem dure conuertũtur. Qui autem eorum eſu vſus fuerit: febrium phlegmaticarũ incurret generationẽ. Et in libro.iiij. ſuoꝝ aphoriſmorum inquit. Perſica febribus vrentibus conferunt in principio: ⁊ ſuccus coꝝ in fine facit febres putridas ſi materiam habilem ad exeundũ non inuenerit. In libro.xx. continentis.c.cclxxvj. dixit auctoritate Diaſcoridis. Perſica ſunt bona ſtomacho: laxãt ventrẽ: et amara cõſtringunt ⁊ ſicca magis. Deinde ſubdit auctoritate Gal. in lib. ciboꝝ. Humiditas et ſubſtantia perſicoꝝ ſunt facilis corruptionis: ⁊ male in oĩbus ſuis diſpoſitionibus. Et ob hoc nõ debent comedi poſt aliũ cibũ: q: ſupernatãt et tũc corrumpũtur: ſed debẽt comedi ieiuno ſtomacho. Idẽ qꝫ dixit auctoritate Ruffi ⁊ filij Meſue ſupaddẽs ꝙ ſumpta ante cibum ſunt facilis digeſtionis: ſicca vero tarde. dicens in fine capituli. ꝙ perſica cõdita cũ melle conferunt pulmoni: q: mel remouet eorũ groſſitiem. Et inueni in libris medicinalibus antiquis. ꝙ perſica excitant appetitũ: et ſint bona ſtomacho calido: et valeant cõtra ſitim et inflationẽ ſtomachi: ⁊ extinguũt caliditatẽ extraneam: hec ipſe in.xxj. preallegato. Sꝫ in.xxv. libro eiuſdẽ ſic ait. Poſt comeſtionẽ perſicorum debes bibere de aqua mellis cocta. Cõcludamꝰ ergo hoc capitulum dicentes cũ Gal. in.ij. alimentorum.c.xviij. Caro perſici valde facile corruptibilis eſt et omniquaqꝫ paruũ: quare nõ oportet: ſicut quidã: poſt aliud alimentum offerre: corrumpitur em̃ ſupernatans ⁊c. Hec igitur que dicta ſunt obſeruari debẽt ab his qui volunt perſica mãducare: licet tutius pro ſalute forent relinquenda.

Capitulum.ccv. oſtendit naturam proprietates et iuuamenta pirorum ſimul cũ nocumentis eorũ.

PJra non vnius ſunt nature: teſte Gal. in vj. de ſimplicibus medicinis.c.xlix. dicente. Partes huius fructus nõ ſunt equalis complexionis: qm̃ quedã illarum ſunt terree. et quedã aquoſe. Sed ſi tu vis dicere per alium modũ. dicas ꝙ quedã illarum ſunt frigide: et quedã ſunt equalis cõplexionis: ideoqꝫ quandoqꝫ comedimus pira: et confortatur ſtomachus ab eis: et ſedant ſitim ⁊c. hec ipſe. Pira autẽ cruda: vt inquit Auerrois in.v. colliget. ſunt frigida et ſicca: ſed matura temperata ſunt: aut declinant ad paucam frigiditatem. Et hoc eſt q: cõpoſita ſunt ex acetoſitate dulcedine ⁊ ponticitate: propterea eſt eorum virtus ventrem conſtipare. et eorũ proprietas eſt remouere ſitim. Auicen. vero in.ij. canonis.c.cccccxl. ſic ſcripſit. In piris ſunt terreitas et aqueitas: et in noſtra quidem terra eſt ſpecies que dicitur ſenabruthi: ⁊ habet magnam capacitatem: et eſt vehementis rotunditatis et ſubtilis corticis boni coloris valde quaſi peruium: et quaſi ipſum ſit aqua zuccari coagulata congelata plurimum: ſed non propter ſpiſſitudinem ſubſtantie boni odoris valde. Quod cum ab arbore ſua cadit ſuper terram deſtruitur: et iſta ſunt in quibus non eſt nocumentum de ſpeciebus pirorum: quorum complexio temperate eſt humida. Alia vero ſunt frigida in primo et ſicca in ſecundo: et omnes ſpecies eius ſunt ſtiptice. Et eorum humor eſt plurimus et laudabilior humore pomorũ ſecundum qꝺ dixit Ruffus. et illa que diximus ſunt lenitiua nature et boni chimi valde: ſunt preparantia ſtomachum: et abſcindunt tuſſim cholericã: conſtringunt ventrem et proprie que ſunt exiccata. Et in piris quidẽ eſt proprietas faciendi euenire colicam: quare oportet vt bibatur poſt ipſa hydromel cũ ſpeciebus. que ſunt vt piper: cinamomũ: et his ſimilia: et quãdo coquuntur cũ fungis minoratur nocumentũ ipſorũ. Yſaac vero in

particularibus dietis ſic de eis ait. Pirorum ſtipti
citas cū aquoſa dulcedine cōmixta eſt: et pira diuidū
tur in duo: in domeſticū: et ſilueſtre. Silueſtre quidē
eſt crudum: pōticum: durū: groſſum: nec prodeſt: nec
boni eſt ſaporis. Maturatū vero pirū in primo gra
du frigidū: in ſecundo ſiccū: generat in ſtomacho hu
morē laudabiliorē ꝙ̄ mala coctana propter tempera
mentum ſuū: et tū diuerſum ſcd̄m ſaporē et ſcd̄m cō
plexiones ſuas. Qd̄ ergo ponticū eſt terreſtre ⁊ groſ
ſum: et eſt ſtipticum cōpoſitum ex aerea ſubſtantia ⁊
terreſtri parua: ⁊ eſt dulcē tēperatum ad calorē quen
dam pertinēs: et eſt aquoſum ⁊ inſaporoſum: pōticū
autem minus nutrit. Sed plus egeſtionē facit: vomi
tumq̄ cholericū ſtringit magis: ſtomachum ⁊ inteſti
na confortat: pro ſua tū aſperitate ⁊ groſſitudine vel
duricie nocet neruis ſtomachi. Unde oportet nos in
geniari: vt molleſcat ⁊ amittat aſperitatem: vt videli
cet aut elixetur: aut ſcd̄m aque calide fumū ſuſpenda
tur: aut opertū paſta aſſetur: aut cū melle condiatur
in fruſta cōciſum ſcd̄m cōplexionē accipiētis. Diaſco
rides ait. Diximus pira ieiunis nociua eſſe: ⁊ ipſe vi
tuperauit pira ieiunis accepta cū ſcd̄m medicinā nō
accipiuntur: ſed ſcd̄m gule appetitum: et ſi vſq̄ ad ſa
turitatem ſumātur precipue ſi pontica ſint: quorum
proprietas ſi multum de eis accipiatur a ieiunis: co
liricam generant paſſionē duram et incurabilē: maxi
me ſi crebro aſſueſcant: ſed ſcd̄m medicinam ieiunis
melius ꝙ̄ ſaturis comedūtur. Saturis enim ſolubi
liora ſunt: et ſtomachum debilitāt propter ſuperioꝝ
ſtomachi cōpreſſionē: ⁊ cōtētiue virtutis inferioꝝ de
bilitatē. Stiptica vero q: ex aquoſa et aerea ſubſtan
tia compoſita ſunt ſubtiliora et tēperatiora ſunt ma
giſq̄ nutriunt: ideoq̄ ſtomacho minus nocent: neq;
huius ingeniari neceſſe eſt ſicut pōticū. Et poſt mul
ta dixit. Pira dulcia tēperate ſunt complexionis: q:
minus ceteris ſunt frigida: quapropter calefaciunt ⁊
augent digeſtionē: valentq̄ in his qui ſtomacho ſunt
frigidi et ſicci. Inſapora autem pira peſſima ſunt: et
abhorrentur a natura. Idcirco laborioſa ⁊ confuſiua
ſunt ſtomacho ⁊c. Et iſta fuit etiā ſententia Raſis in
iij. Almanſoris. c. xx. dicentis. Pira que multū ſunt
dulcia non infrigidant: oīa tū ventrē ſtringūt. Si au
tem poſt cibū comedātur ſtercus cito expellunt: poſt
cuius expulſionem eorum finis eſt vētrem ſtringere:
Et in. iiij. libro ſuoꝝ aphoriſmorū ſic quoq̄ ſcripſit.
Pira appetitum nō verū remouent et inteſtinis no
cent: et maxime longaoni: et tēnaſmon efficiūt. Cōſi
militer dixit idē in. xxiij. continentis. c. cccccclix. au
ctoritate Diaſcoridis: Galieni: Ruffi: Bimmaſui: ⁊
reliquoꝝ ſapiētum. In. xxv. vero eiuſdē. c. j. ſic quoq̄
de eis inquit. Comeſtio ſuperabundans piroꝝ gene
rat colicam: vnde vti debes poſt comeſtionem ipſorū
aqua mellis cocti et laxatiua. Patet igitur ex his ꝙ
ſolum dulcia via cibi quandoq̄ poſſunt conuenire: et
propterea muſcatella inter cetera que nos habemus
ſunt meliora: et poſt ipſa iaceola iuniola ſancti Nico
lai de pola ſaracena et huiuſmodi apud nos inuenta
Que a Michaele noſtro: bartholomeo mon. ⁊ a reli
quis modernis ſuis in operibus cōmendantur ad ſa
nitatemq; approbantur.

Capitulum. ccvj. oſtendit naturam pinearum ſeu
granorum eius declarando vtilitates et proprieta
tes eorum.

Pinee: vt dixit Auerrois in. v. colliget: cali
lide ſunt ⁊ ſicce in tertio gradu. Auicen.
vero in. ij. canonis. c. cccviij. ſic inqt. Gra
num pini minus eſt fiſtico corticē habēs
minutum frangibilez rubeum ſcinditur a
medulla alba vnctuoſa ſuaui: ⁊ hec ſunt grana magna
paruum autem granum eſt triangulatum ⁊ durioris
corticis ⁊ acutioris medulle. qd̄ eſt melius ad medici
nam ꝙ̄ ad cibum: magnum eſt ſicut equale ad calidi
ditatem declinans: et augmentatur humiditas ipſi⁹
in ipſo eſt maturatio ⁊ lenificatio ⁊ reſolutio ⁊ mordi
catio ⁊ proprie in recenti: ſed eius mordicatio deletur
ſi infundatur in aqua: ⁊ tunc cōpletur eius applana
tio ⁊ glutinatio: ⁊ eius ſubſtantia eſt terrea aquea in
qua eſt paruum aeritatis: et granum pini magnuz cō
fert mollificationi ⁊ debilitati corporis comeſtum: et
exiccat humiditatē corruptā que eſt in eo: conferunt
ambo humiditatibus pulmonis ⁊ magnū eſt diffici
lis digeſtionis leniens cibuz: ⁊ virtus eius mordicat
ſtomachum: niſi infundatur in aqua calida: comedāt
ergo ipſum calefacti cū tabarzet: ideſt cū zuccaro al
biſſimo: ⁊ infrigidati cū melle: ⁊ tūc digeritur ⁊ ſit bo
nū etiā ſtomacho: ⁊ augmentum facit in coitu pluri
mum qū comeditur cū tabarzet ⁊ melle ⁊ penidijs. ⁊
ſaturati ex eo paruū ſentiunt dolorē vētris pungitiuū
⁊ ipſum vehemēter abſtergit humiditates renū ⁊ ve
ſice: ⁊ cōfortat eos ⁊c. Yſaac quoq; in particularibus
dietis ait. Pinee ſunt calide in fine ſecundi gradus
⁊ ſicce in eius initio: quarū due ſunt ſpēs: ſcz maſculi
ne q̄ parue ſunt: et feminine. quarū forma eſt magna.
Et maſculine ſunt calidiores ⁊ ſicciores que ſi in aq̄
calida fundantur laudabile dant nutrimentū et colle
ctionē habētibus in pulmone et pectore ſubueniunt
atq; tuſſientibus ex putrido mitigationē. Feminine
vero ſunt maſculinis nutribiliores groſſum ac lauda
bile faciunt ad diſſoluendū nutrimentū. Sed tū vti
les ſunt ſcd̄m medicinā: ſunt enim lenitiue membroꝝ
aſperitatis ⁊c. Hoc etiā ſenſit Raſis in. iij. Almanſo
ris. c. xx. dicēs. Pini fructus multum calefacit corp⁹
qui in aliquibus mēbris tremorē patientibus: atq;
aſmaticis confert: ſperma quoq; auget. Et in. iiij. li
bro ſuorum aphoriſmorum ſic etiā ait. Grana pinee
calida ⁊ humida ſunt: oppilationes venarum aperiūt
in pectore veſica et renibus: ⁊ habent virtutem mira
bilem. inquit Cratim. et conceſſit Ariſto. ꝙ grana pi
nee humiditatem antiquam expellunt: et promouēt
humiditatem naturalem: et hic eſt virtus mirabilis



Idē quoq̄ dixit in. xxj. cōtinentis. c. cccclxvij. aucto
ritate Diaſcoridis Gal. Archigeniſei: Pauli: filij
Bimmaſui: et ceterorum antiquorum. quorum dicta
eadem ſunt cū eis que ſupra diximus de mente prin
cipis: quare ea dimittemus: ne legēti tedium affera
mus. Illud tamē Gal. in. ij. alimentoꝝ. c. xvij. nō poſt
ponamus dicētis. Fruct⁹ pini nutritiuus eſt ſz groſ
ſi chimi ⁊ nō bene digeſtibilis. Et ideo qui debilē ſto
machum habēt: eis vti frequēter nō debent. Nobis
aūt videtur ꝙ ſani res hmōi non niſi raro debeant
manducare: ne forte eis accidat ꝙ vni famoſiſſimo
medico noſtri temporis cōtigit: qui cū ſenex eſſet et
iuuenē cōſortem haberet vt potens fieret in coitu: ꝙ̄
ſepiſſime rebus hmōi vtebat̄: percipiens inde ꝙ plu
ris ſeminis potētiorq̄ invenere efficeret̄: nec aīaduer
tebat ꝙ cū cholericus nal'iter eſſet ex pineis ⁊ reliq̄s
talibus cōfectionibus humores calidi multum et in
multa quātitate generabantur. Qui in breui ipſuz ad
febrem acutiſſimam perduxerunt: ex qua ſue virtuti
et etati diſproportionata vitaz cum morte commuta
uit. quare ⁊c.

Capitulum. ccvij. oſtendit naturam proprietates
pomorum et nocumenta prouenientia ex comeſtio
ne eorum.

Pomū dulce: vt inq̄t Haliabas in. v. theo
rice. et Auerrois in. v. colliget. eſt tempe
rate humiditatis. Et acetoſum eſt frigi
dum et ſiccum: et habet proprietatatem
cōfortandi mēbra principalia ſi ſint diſtē
perata in calore: et maxime cor. Et confortat cerebrū
odorādo propter ſuā aromaticitatē: et generāt groſ
ſam ventoſitatē in ſcd̄a digeſtione et tertia. Ita ꝙ di
ctū eſt a ſapientibus ꝙ poſſit generare ptiſim et ethi
cam eo ꝙ venti qui generantur ex eo: habent malam
proprietatē ad exardendas arterias pulmonis: et ſic
teſtificat⁹ eſt mirabilis Auenzoar. hec ipſe Auerrois
Princeps autē in. ij. canonis. c. cccccliiij. dixit. Po
ma eligibiliora ſunt que magis temperata exiſtunt ſi
cut alcemia: et illa que ſunt inſipida ſunt mala et par
ui nutrimenti: et nō agunt aliquid. et ſimiliter imma
tura. Illa autem que ſunt cōtracta ſunt frigidiora et
humidiora ꝑpter illud quod eſt in eis de aqueitate: ⁊
pontica: et ſtiptica: et acetoſa ſunt frigida: groſſa: et
dulcia ſunt aquea: et ſunt decliuiora ad caliditatez ꝙ̄
alia: quāuis magis dominās in eis ſit frigus: et ſunt
diuerſa: et omnino illud qd̄ in eorū ſubſtantia dn̄atur
eſt humiditas ſuperflua frigida. Et fortaſſe illa que
ſunt vehementis dulcedinis in caliditate ſunt tempe
rata aut declinant ad eam. et in eis quidem eſt infla
tio et proprie in eis que non ſunt dulcia. Et generat̄
quidē ex ponticis et ex eis que ſunt ſtiptica humor
terreus et acetoſa et immatura generāt phlegma ⁊
putredines: vt febres proprietate ſui humoris ⁊ ſue
cruditatis: et quia recipiunt putrefactionē cōfortant
cor: et ꝑprie odorifera et dulcia et acetoſa: et ſi ſit illic
anguſtia ex caliditate ſunt magni iuuamenti et cōfor
tant debilitatē ſtomachi: ⁊ que ſtiptica ſunt conferūt
ſtomacho ſi eſt cū caliditate aut humiditate: et aſſan
tur. quidē in paſta et cōferunt paucitati appetit⁹ dul
cia et acetoſa qū in ſtomacho inueniunt humorē groſ
ſum: quandoq̄ deponunt ipſum in egeſtione: et ſi eſt
vacuus retinet ⁊c. Yſaac autem in particularibus die
tis ſic ait. Pomū crudū immaturū durū et ligneum
male nutrit: et ſtomacho nocet dolorē generat: labo
remq̄ ſtomacho efficit: ex quo eiectuz venas vt opor
tet nō penetrat: aſſuefactio eorum cauſa ſit febris diu
turne et dure diſſolui: qd̄ de ceteris intelligendū eſt
fructibus qui nō ſunt in ſuis arboribus perfecte ma
turati. Et ſubdit. Pomi pontici ſubſtantia frigida
eſt ⁊ ſicca terreſtris cōueniens eis quorum ſtomacho
calor et humiditas dominat̄: et licet ſtomachum con
fortet ⁊ inteſtina: in ſe tamē groſſum eſt durū diger̄
et tarde penetrationis in venas: et ideo inflationem
facit et neruis nocet. qd̄ et ſtiptica faciunt: ſed nō tā
tum que cocta et ante cibum et poſt bona ſunt edi
ſcd̄m intentionē conſtringendi vel expellendi vt de ci
tonijs diximus. et poſt multa ſubiūxit. Et dulcium
pomorū ſubſtantie natura et cōplexio aquoſa eſt ac
tēperata caloris aliquid obtinent. et ideo parū refri
gerat et ſtomachū cōfortat ex igne parū: quare et ſto
macho calido aut molli conuenit. nociua tamen eis q̄
cholericā egeſtionē habēt et vomitū. Non ſapora aūt
poma peſſima ſunt in oībus qualitatibus: q: natu
re ſunt frigide et humide: propterea nec ſcd̄m cibum
nec ſcd̄m medicinā valent cū dulcedinē nō habeant vt
nutriant: nec ponticitatē vt ſtomachū cōfortent: ſed
hūores phlegmaticos crudos gignūt ⁊c. Et iſta fuit
ſententia Raſis in tertio Almanſoris. c. xx. dicentis.
Poma frigidiora ſunt acetoſiora et magis ſtringen
tia: que licet ori congruant ſtomachi: ipſum tamē vi
ſcoſitatibus replent. Et in. iiij. libro ſuorum aphoriſ
morum dixit. Uſus malorum nocet ſtomacho et ma
xime vſus recentium que cito naſcuntur: ⁊ ea que in
eſtate naſcuntur ⁊ in autūno: orificium cōfortant ſto
machi et ipſum vigorant: ⁊ acetoſa ⁊ acria obliuionē
efficiunt. Que quoq̄ ipſe dixit in. xxj. continentis. ca
pitulo. clxvj. auctoritate Galieni in. vij. ⁊ filij Me
ſue. Que autem poma ſanis et infirmis conueniant ⁊
quomodo: docuit Gal. in ſecundo de alimentis. c. xx.
dicēs. Cauere oportet pulcherrima genere poma an
teꝙ̄ ſuper arborem ſint maturata: indigeſtibilia eniz
ſunt et frigida ⁊ tardi receſſus ⁊ mali chimi cū hoc ꝙ
frigidum ⁊ groſſum infallibiliter chimū habent. Que
cunq̄ autem bene maturata ſeruantur ad hyemen ⁊
ad ver ⁊ poſt ipſum proficuiſſima fiunt. Talia autem
ſunt apiola calamanica ⁊ illa que turpia bona dicunt̄
⁊ ſimilia. Et ſubdit. Dare quandoq̄ oportet poma
poſt cibum ſtatim: quandoq; autem cum pane robo
ris ventris gratia ⁊ ſtomachi his qui ſine appetitu ⁊
tarde digerentibus vomitiuiſq̄ et diaricis idonea

ſunt et preſertim pontica. De quibus etiam in libro
de euchimia dixit. Pomis ⁊ piris et neſpilis non vt
cibis: ſed vt pharmacijs indigemus ad robur ſtoma-
chi ⁊ ventris: his itaqꝫ pro medicinis: dulcibus autẽ
dictis pro cibis vtamur ⁊ non in multa quantitate:
quoniã vt dixit Haliabas in quinto Theorice. c. xix.
Poma omnia neruis ſunt nocentia acerbumqꝫ am-
plius malum: ⁊ ſi quis pomorum comederit pluri-
mum grauiter ledet ſtomachum ⁊c. Et ipſa potius
cocta ꝙ̃ cruda manducabimus dicẽte eodem in libro
de ſubtiliatiua dieta. c. ij. Pomorum ⁊ pirorum mi-
nus nocent que cocta. Et eorum que cruda comedũ
tur: illa que ad repoſitionẽ ſunt idonea: minus ſunt
mala ceteris ⁊c.

¶ Cap. ccviij. oſtẽdit naturam proprietates ⁊ nocu-
menta prunorum in via cibi.

PRunorũ due ſunt ſpecies: videlicet album
⁊ nigrum: ⁊ ambo quando ſunt matura-
ta ſunt frigida ⁊ humida: ⁊ ideo mitigant
calorem. ⁊ laxant ventrem: ſed dibilitant
parũ os ſtomachi. Inquit Auerrois in. v.
colliget. ⁊ Haliabas in. v. Theorice. c. xix. Princeps
vero in. ſecũdo canonis. c. cccccxxxvj. ſic de eis ſcripſit
Illa que habent colorem palee ſunt fortiora nigris. ⁊
citrina fortiora rubeis: ⁊ alba. ſunt magis grauia: ⁊ ꝓ
ue ſolutionis: et armena ſunt meliora omnibus ⁊ ve-
hementius ſoluẽtia: ⁊ meliora ſunt magna: ⁊ pinguia
frigida ſunt in principio ſecundi: humida vero in fine
tertij. Eorum nutrimentum eſt paucũ: ⁊ comedantur
ante cibum: ⁊ bibat qui humectatus eſt poſtea aquã
mellis ⁊ vinũ de paſſis. Muza ex eis ſedant inflam
mationẽ cordis. Et q̃ dulcia ſunt ex eis mollificãt ſto
machum humiditate: ⁊ infrigidant eũ: ⁊ penitus non
ſunt ei cõuenientia. Et que ex eis ſunt dulcia vehemẽ
tius ſoluunt ⁊ educunt cholerã ⁊ humida ſunt vehe-
mentioris ſolutionis ꝙ̃ ſicca: ⁊ eorũ ſolutio fit ꝓpter
viſcoſitatẽ eorũ. Damaſcena aũt ſtringunt ventrem
ſcd̃m quoſdã. Gal. autẽ dixit. Errauit Diaſcorides
in verbis ſuis cũ dixit. Damaſcena cõſtringũt: immo
ſoluunt. Hoc etiã ſenſit Iſaac in particularibus die-
tis cũ inquit. Pruna parum nutriunt. et eorum du-
plex eſt modus: ſunt enĩ alba ⁊ nigra. Alba dura ſunt
digeri nociua ſtomacho exiguũ ſolutiua: que qr groſ-
ſa ſunt comedi non debent niſi grandia et bene matu
rata fuerint. Nigra aũt que ꝑfecte maturata ⁊ dulcia
ſunt: minus ſunt frigida: ſtomachũ humectant ⁊ mol
liunt ventrem et choleram rubeam eijciunt: ſi tamen
ſepe eis vtantur ſtomacho nocent. Ea autẽ que ſunt
cruda et dura et pontica et viridia peſſima ſunt in ci
bo et medicina dura in ſtomacho ipſum fatigantia et
minime nutrientia. Ruffa vero frigidiora ſunt et ma-
gis humida nigris. Optima. ſunt carnoſa et corticis
ſubtilis in ſapore acriorem quandam cum ponticita-
te habentia: ante cibum ſumpta non nocent ⁊c. et hec
fuit Raſis ſententia in. iij. Almanſoris. c. xx. dicentis
Pruna frigida ſunt: que licet ventrem moueant: cho
leram tamen rubeam reprimunt atqꝫ appetitum au-
ferunt. et in libro. iiij. ſuorum aphoriſmorum inquit.
Pruna choleram remouent ⁊ eam expellunt: maxi-
me pruna pallida. Et in. xxj. cõtinentis capitulo. cix.
auctoritate Gal. in. vij. dixit. ꝙ fructus huius arbo
ris laxant ventrem: et proprie cũ pruna recentia fue
rint. Et ſicca ſunt minoris virtutis. et damaſcena mi
nus laxant ventrem armenicis. et ignoro quare Dia
ſcorides iudicauerit ꝙ damaſcena ſtringant ventrem
cum nos videamus manifeſte ꝙ laxent: et in libro die
tarum ait. Quando hic fructus bene digeſtus: nõ eſt
ponticus: nec ſtipticus niſi aliquando: et eius nutri-
mentum eſt paruum et bonum: et confert volenti in
frigidari vel humectari: cauſa ſue humiditatis et vi-
ſcoſitatis laxant ventrem. Idem etiam dixit deinde
auctoritate filij Meſue. et in. xxv. continentis capitu
lo primo dixit de prunis. Si fueris phlegmatic⁹ poſt
comeſtionem ipſorum debes bibere de aqua mellis
aut de vino vetuſto aut de maſtice aut de xiloaloe mo
dice. et qđ diximus ſupra expreſſe voluit Gal. in. ij.
alimentorum capitulo. xxix. dicens. ex prunis alimen
tum pauciſſimum habemus: corruptionem vero non
modicam: vtiles autem ſunt fructus hi infrigidare ⁊
corpus humectare volentibus Hac igitur de cauſa
ipſis vtendum eſt: id etiã obſeruando quod ipſe ſub
iunxit dicens. Poſt pruna mox prandere non opor-
tet et hoc ſit commune omnium quecũqꝫ laxant ven
trem. ex prunis autem exiccatis accidit vtiles eſſe ſi-
cut ficubus: et operationem habent multam bonam
et. inter alia damaſcena optima ſunt que apud Sitiã
in damaſco naſcuntur. hec ipſe. quare ⁊c.

¶ Capitulum. ccix. oſtendit naturam et proprieta-
tes ſiliquarũ. i. carubiarũ declarãdo ꝙ minime faciãt
ad nutrimentum.

CUm in principio generi animantium
omni ſit a natura tributum vt ſe vitã cor
puſqꝫ tueatur: declinetqꝫ ea que nocitu-
ra videntur: omniaqꝫ que ſunt ad nutri-
endum neceſſaria acquirat ⁊ paret vt pa-
ſtum ⁊c. vt in libro de officijs Marcus Cicero inqt.
Propterea ſilique cũ minime nutriant: vt videbitur
⁊ nociue ſint non modicũ fugiende declinandeqꝫ iure
merito dicentur: quibus nequaꝙ̃ vtendum erit cum
ſtultũ ſit admittere qđ tu cauere potes: vt Terẽtius
ait in eunucho. Dicamus ergo ꝙ illud qđ ſiliquã an
tiqui: nos vero carubiã appellamus: fructus qdẽ om
nibus manifeſtus ⁊ cognitus. Qui licꝫ in magna quã
titate ad nos perueniat: plurimũqꝫ de ipſo vendatur
quotidie ⁊ manducetur. tñ a ſapiẽtibus reprobat. vt
patet ex his que ſcripſit Iſaac in particularibus die
tis ⁊ parte illa. xilocorata modicũ habet dulcedinis:
multumqꝫ ſtipticitatis: quorꝫ ſubſtantia groſſa et li-
gnea digeſtioniqꝫ inobediẽs. Sꝫ viridia meliora ſunt
atqꝫ ſalubriora: ſtomacho tñ nociua. Sicca vero ſunt
ſtiptica et minus nocentia hac de re: qr liquores earũ
parum habent acuminis: vnde viridia ſunt vẽtris ſo
lutiua. Cum autẽ deſiccantur et liquorẽ cum acumi-
ne amittunt: fitqꝫ eorꝫ ſubſtantia terreſtris ⁊ lignea:
proinde fit conſtipationis cauſa: et vrine prouocatio
nis. Eſt tamẽ earum peſſimitas: quia tardiſſime de-
ſcendunt a ſtomacho: propterea ſunt cauſa generãde
indigeſtionis et colice ſi aſſuete comedantur. Unde
Gal. ait. Utinã xilocorata non veniſſet in partes no
ſtras ⁊c. De ipſis etiã Almanſor inquit. Silique que
in terra naſcuntur hieroſolymitana temperatum ha
bent calorem: ventremqꝫ conſtringunt. Que vero in
alijs naſcuntur terris: in ventris conſtrictione fortio
res exiſtunt: neqꝫ eſt in eis caliditas. Gal. vero inter
omnes eas maxime vituperauit. dixit enim in. ij. lib.
de alimẽtis capitulo de ſiliquis. hoc modo. De ſili-
quis peſſime ſentio: ꝙ̃uis digerantur et ventrẽ ſtrin
gant: et humores noxios nutriant. Et in libro de eu
chimia ait. Eſt cachochimum eduliũ pauci nutrimen
ti et ligneum ex neceſſitate et indigeſtibile eſt: ſed nõ
egeri celeriter: non parum ipſis exiſtit malum: quare
melius eſſet ipſa; neqꝫ deferri ad nos ex oriẽtalibus
locis in quibus naſcuntur: eſt enim cibus mulierũ et
puerorum effrenatorum nihil vtilis ad ſanitatis con
ſeruationem: neqꝫ euſtomachus eſt alimẽtum aũt pa
lam: quod et ipſe dat paucũ corpori. Et idem etiã in
libro de ſimplicibus medicinis. c. de xilocorata dixit.
Arbor xilocorate que vocatur cẽtenicem eſt ſiccatiue
et ſtiptice virtutis ſicut et fructus eius qui vocatur
xilocorata participans. ſ. de dulcedine quadã: patiun
tur autem et hec ſimile ceraſis: humide enim magis
ſubducunt ventrem. Sicce autem ſiſtunt magis expi
rata quidem humiditate terreſtri autem ſubſtãtia re
manente. hec ipſe. Que fuit etiam ſententia Diaſco-
ridis. c. de ſiliquis dicentis. Silique recentes ſtoma-
chum euertunt: eedem vero exiccate in cõtrariũ poſ-
ſunt ⁊c. Et licet ita ſit vt pretacti ſapientes voluere:
ꝙ̃plures maſculos et feminas padue cognoui qui cũ
ſtiptici ventris eſſent ipſis carubijs ante cibum vte-
bantur: et ex eis venter ipſorum leniebatur: quod ſe
pius ſum admiratus ꝓpterea que ab auctoribus di-
cuntur: dicere tamen poſſumus ꝙ licet per ſe xiloco-
rate ſtiptice ſint: ꝑ accidens tñ aliquo modo poſſunt
eſſe lenitiue ratione particularium corporis diſpoſitio
num et humorꝫ in ſtomacho repertorꝫ qui per viã cõ
preſſionis deſcendunt ⁊c. vt de myrobalanis dicitur.
¶ De ſorbis aũt nõ inueniẽtes niſi a Raſi in. iij. Al
manſoris. c. xx. dicemus cũ eo ſic ibi ſcribente. Sorbe
frigide ſunt: que ventrem ſtringunt: et cholerã repri-
munt rubeam ⁊c. Qui non debemus vti rebus iſtis:
niſi tantummodo gratia medicine, quare ⁊c.



¶ Cap. ccx. oſtendit naturã vuarũ cũ ſuis laudibus
proprietatibus ⁊ iuuamentis.

DIxit princeps in. ij. canonis. ca. d. ccxxxj.
Uua alba laudabilior eſt ꝙ̃ nigra cũ equã
tur in reliquis proprietatibus ſuis. Et di
miſſa poſt collectionem duobus diebus
aut tribus melior eſt collecta in eadẽ ho-
ra: cuius cortex frigidus eſt ⁊ ſiccus: et collecta in ea-
dem hora eſt inflatiua ⁊ ſuſpenſa donec detumeſcat:
cortex eſt boni nutrimenti: ⁊ eſt cõfortans corpus: et
eius nutrimentum eſt ſimile nutrimento ficuum: et
matura minoris eſt nocumenti ꝙ̃ nõ matura. Et qñ
nõ digeritur vua eius nutrimentũ eſt crudũ. Et nu-
trimẽtũ quidẽ vue cum ſua diſpoſitione plus eſt nu
trimento ſucci eius: ſed ſuccus eius eſt velocioris pe-
netrationis ⁊ deſcenſionis. Et vuã ſtipticam ſperat
vt reſoluat appenſio. Acetoſa vero non eſt ita ⁊c. Et
in tertia primi doc. ij. c. vij. ſic ait. Fructus nutrimen
to magis ſimiles ſunt ficus ⁊ vue valde mature. Et
poſt aliqua ſubiunxit. Quidam putant vuas poſt ca-
pita aſſata vtiles exiſtere. Sed non eſt queadmodũ
exiſtimant. immo vehemẽter ſunt male. et in. xiiij. ter
tij. c. xxj. ſic quoqꝫ inquit. Nõ eſt malum pro epate ca
lido ſumere vuas: in quibus eſt durities carnis ⁊ par
uitas dulcedinis: ⁊ illas que ſunt muze ex vuis pro-
prie: et iterum in. xx. eiuſdem tertij. c. xviij. dixit. Uua
dulcis eſt bona ad coitum ⁊ proprie que recens eſt:
quoniam replet ſanguinem humiditate ⁊ ventoſitate
cũ caliditate ⁊ ſpiſſitudine cibi. Iſaac quoqꝫ eas plu
rimum commendauit cum dixit in vniuerſalibus di e
tis. c. xxvj. Uue ſunt ficubus ſecũde: et precipue ſi be
ne mature ſint: et in dietis particularibus. c. de vuis
ſine carne inquit. Uue ſine carne humores laudabilio
res faciunt: minus tamen ꝙ̃ he cum carne nutriunt ⁊
cito digeruntur. Idcirco vue que carnis pluris ſunt
ꝙ̃ humoris: nutribiliores durioreſqꝫ exiſtentes eis
que humoris ꝙ̃ carnis plus habent. Differunt etiã
ſapore: nam groſſius ac dulcis vue ſapor calidior eſt:
ac ſitim generat: et groſſioris eſt nutrimẽti: ⁊ ad di-
gerendum durius inflationem faciens ac rugitum et
oppilationẽ ſplenis ⁊ epatis. Subtilis aũt aquoſiuſ
qꝫ vue ſapor frigidior eſt ⁊ digeri leuior. confortatiu⁹
ſtomachi et mundificatiuus a cholericis humoribus
ſitis mitigatiuus: et⁹ conueniens complexionibus
temperatis. Differunt etiam colore: vua enim alba
leuiter nutrit: facile digeritur: venas cito perforat et
vrinam prouocat. Nigra dura eſt digeri: ſed conforta
tiua ſtomachi: vrinam non prouocat: tamen ſi bene
digeritur nutrimentum multum preſtat: ruffa vero ⁊
citrina melior eſt. vnde Ariſto. Alba vua ſubtiliter nu
trit et cito digeritur. quamobrem vini eius ebrietas
non cito diſcedit. Ruffa vero vel citrina harum media
eſt poteſtatum ⁊c. Que fuit etiam ſententia Raſis in
iij. Almanſoris capitulo. xx. dicentis. Uue multũ dul
ces calide ſunt: minoris tñ ſunt caliditatis ꝙ̃ dactyli

neqꝫ oppilationem vt ipſi faciũt. Inflatiue vero ſunt
et ventrem mouēt atqꝫ corpus velociter impinguāt:
virge quoqꝫ inflationē augmētāt. Que autem ex eis
corticem habēt ſubtilē: citius deſcēdunt minuſqꝫ in-
flāt: his aũt cōtrarie cōtraria operant: ſed ille in qui
bus exiſtit acetoſitas nō calefaciũt: immo cum aqua
frigida ablute: atqꝫ ante cibum comeſte calorē quaſi
extingunt. Acerbe vero ſunt frigide ⁊ vētrē ſtringũt:
et cholerā rubeā reprimunt ⁊ ſanguinis acuitatē. Et
in. xxij. continentis. c. cccccvij. dixit auctoritate Bim
maſui: ꝙ vua impinguat cito: tamē cum carne groſſa
leni ⁊ alba laudabilior eſt nigra qñ equalis ſit dulce-
do ipſarum. Et in. xxv. eiuſdē libri. et. c. j. ait. De vua
euitare debes cortices ⁊ nucleos ipſius: ⁊ ſi ſequeris
exinde inflationem: bibere debes de maſtice et zinzi-
bere: ⁊ ſi dolorē capitis de ſirupo acetoſo. Haliabas
quoqꝫ in. v. Theorice. c. xix. dixit. Uua ficui prima eſt
in ſuis virtutibus magis q̃ reliqui fructus et in cibi
temperātia: ac in ſanguinis bonitate a ſe generati cũ
a ſtomacho citius fuerit digeſta. Si enim non digera
tur: inflationem generat et ventoſitatē. Laudabilior
vero eſt vua que multā habet aquā ſubtileqꝫ pellicu-
lam. Et poſt pauca ſubiũxit. Et vua quando cũ corti
cibus ſuis et granis comeditur: digeſtionem tardat
et deſcenſum: quare expuendi ſunt. Et non ſolum hi
viri: ſed ſapiētiſſimus quoqꝫ Gal. vuas plurimũ cō-
mēdauit cum inquit in. ij. de alimētis. c. vij. Ficus et
vue opere quaſi capitales ſunt: etenim nutriunt ma-
gis oībus horarijs hic: ⁊ minime ſunt cachochima: ⁊
maxime qñ fuerint bene maturata ⁊c. Et dat ſignũ
de cuſtodiētibus vineas qui impinguātur. vt in. c. de
ficubus ſupra annotauim⁹. Et infra in. c. viij. ſic etiā
de eis ait. Minus ficubus vue nutriunt: et maxime
bonum ineſt ipſis celeriter ſecedere: propter qđ et ſi
retineantur aliquando ledunt ſatis: nō habentibus
hoc maturis ficubus. Si enim et nō ſecedant notabi
liter: digerantur autem bene in ventre: nō nocuũ dāt
alimentum corpori. Uuis autem neutrum exiſtit ho
rum: nec enim digeruntur bene: neqꝫ ſi retineantur ⁊
ſcđm ea que ad epar ⁊ venas diſtributiones crudum
generant chimum non facile cōuertibilem in ſangui-
nem. Deinde dixit. Uuarum ille nutriũt magis que
ſuccum paruum habent: et vue dulces calidiorem ha
bent ſuccum: propter quod et ſitibũde ſunt. Poſtea
concludit dicens. Omnium vuarũ ſecuriſſimus vſus
eſt cum carnoſe ſunt vue, natura maturatiſqꝫ ipſis ſi
quis cōmenſurate comedit: ſiue igitur in vitibus ad
plurimum maturentur: ſiue et quod deficit ex ſuſpē
ſione aſſumant: conſequenter humidas ſine qualita-
te acetoſa vel auſtera gratia ſubductionis ventris: li
cet copioſe comedere. Et in libro de euchimia. c. v. ſic
etiam ſcripſit. Prope innocuos fructus ſunt matu
re ficus: et preter has matura vua ſuſpenſa ex hoc ꝙ
iā inflatiuũ depoſuit et fit perfecte inculpata. Uſqꝫ
quo autem ſuſpēſa ſit laudabilis: expreſſit ipſe in. ij.
alimentorum. c. viij. cum dixit. Uue ſuſpenſe quando
deſiccate fuerint: inutiles fiunt mox ſecũdum ver: in
eſtate vero omnino. Et ſic patet ꝙ per totā hyemē
comedi poſſint. Eligantur itaqꝫ meliores et cortices
expuantur: vt dictum eſt.

Capitulum. ccxj. oſtendit naturam vue paſſe cum
proprietatibus eius et iuuamentis.

Ua paſſa vtilis eſt ad cibum et vtilior ad
medicinam: dicente Principe in ſecũdo
canonis. c. d. ccxxxj. Uua paſſa eſt amica
epati et ſtomacho: et eſt bona doloribus
inteſtinorum: et confert renibus ⁊ veſice.
Et in. xiiij. tertij. c. xxj. dixit. Paſſe et auellane non
plurimum calefaciunt: ⁊ ſunt aperitiue oppilationũ:
et ſunt boni nutrimenti. Et in eadem ⁊. c. xx. ſupradi
xerat ꝙ ſunt amice epati et vltimi iuuamenti. Iſaac
autē in particularibus dietis inquit. Uua paſſa dul
cis calidior eſt et humidior acerba: ideo media eſt in-
ter conſtipatiuum et mollificatiuum: que ſi malos in
uenerit humores: temperat: et mitigat morſionē ſto
machi pſertim ſi carnoſa et corticis tenuis et exiguo
rum oſſium: et hec valet ad dolorem pectoris et pul-
monis: et tuſſim mitigat: et renes mundificat et veſi
cam: incommoda epati et ſpleni duriciem et groſſitu-
dinem habentibus. Uua autem paſſa acerbitatē ha
bēs minus nutrit: et dulcis frigidior eſt humida etiā
minus: maxime ſi alba ſit: ideo ſtomachum cōfortat
calorem extinguit et vētrem conſtipat. Et vua paſſa
que ſine oſſibus accipitur: commoda eſt tuſſiētibus:
et ad pectoris dolorem; pulmonis renum ⁊ veſice: vē
trem diſſoluit: ſed epati nocet ⁊ ſpleni ſi duriciem ha
beant. Cum oſſibus vero accepta ſtomachum cōfor
tant ſplenem et epar: maxime ſi acumē habeāt et car
nem paruam et oſſa magna. Sed Raſis in. iij. Almā-
ſoris. c. xx. ſic de eis ait. Uue autē paſſe in calore ſunt
temperate: que bene nutrientes oppilationem vt da
ctyli nō faciunt: licet ipſi fortius et plus nutriāt. Et
in libro diuiſionum. c. lxiij. dixit. Si paſſule bene ma
ſticentur ipſe confortant epar et impinguant ipſum.
In libro quoqꝫ quarto ſuorum aphoriſmorũ inquit.
Uue paſſe habēt virtutem cognitam ſcđm doctores
naturales: quia proſunt egritudinibus inteſtinorum
cum comeſte fuerint: et inteſtina impinguant ⁊ epar
debile. Similiter Haliabas ī quinto Theorice. c. xix.
ſic de ipſa ſcripſit. Uua paſſa talem habet complexio
nem ſecũdum ꝙ vua eſt ex qua fit eiuſqꝫ nutrimentũ
illius ſequitur in multitudine ⁊ paucitate. Cuius au
tem caro perfecti eſt dulcoris: calide eſt cōplexionis:
plurimum nutrit: prodeſt pectori et pulmoni ſi humi
ditas ſit in eis groſſa. Que autem pontica eſt et mi-
nime carnoſa: paruum habet calorem: ſtomachum
confortat: et ſtringit naturam. Et propterea ſi vo
luerit homo naturam ſuam emollire: vuam come-
dat paſſam: carnoſam: et dulcem: ac ab acinis purga
tam. Que fuit Galieni ſententia in ſecundo alimen



torum. c. ix. dicentis. Uuarum paſſarum auſtere ſunt
frigidiores ſecũdum complexionem: ſicut dulces ca-
lidiores: et ſtomachum quidem confortant: et ventrē
ſtringunt que auſtere. Et infra ſubdit. Uue paſſe me
liores ſunt ſtomacho ficubus ſiccis: et ille laudabilio
res exiſtunt que ſunt vnctuoſiores et habentes corti
cem ſubtilem. Ipſis ergo ſecure vti poterimus in tē
pore ieiunij ſimul cũ amygdalis vt cōiter fit: et inde
bonum et laudabile recipiemus nutrimentum.

Cap. ccxij. docet cognoſcere naturam virtutes et
proprietates compoſitorum ciborum.

Oſtq̃ de ſimplicibus cibis determinaui
mus: de compoſitis modo videretur eſſe
dicendum: de quibus tamen nihil hoc in
loco ſcribere decreuimus: quemadmodũ
in. c. cxxxviij. etiā ſupra diximus: eo quia
de ipſis Platina diffuſiſſime pertractauit: et etiā q2
cibi compoſiti infiniti fere inueniũtur ſcđm regionũ
ciuitatum et domorum ſeu familiarum diuerſitatem
adeo ꝙ fatemur nedum omnes: ſed nec quippe mil-
leſimam eorum partem intelligere. Quos etiā ſi me-
lius: q̃ coci ipſi: cognoſceremus: et ipſos ſcribere vel
lemus preter hoc ꝙ tedium moleſtiamqꝫ intolerabi-
lem legētibus afferreremus: vitam noſtram prius q̃
illorum ſigillationē proculdubio finiremus. Et pro-
pterea de ipſis et virtutibus ipſorum omnium dice-
mus vniuerſaliter: ꝙ cum quis cibi compoſiti virtu-
tem vel operationem intelligere voluerit quodcunqꝫ
compoſitũ id fuerit: debet ſingula eius ſimplicia cō-
ſiderare: et vniuſcuiuſqꝫ ipſorum qualitatem et quā-
titatem: virtutem: operationem et gradum: iuuamē
taqꝫ atqꝫ nocumēta ipſorum: vt in ſuis capitulis pre
diximus: exquiſitiſſime prenotare: demum que finali
ter ex eorum admixtione reſultet cōplexio: diligēter
animaduertere: quemadmodũ ex tyriaca ⁊ ſimilibus
medicinalibus fieri ſolet. Si enĩ cōpoſitus cibus cō
ſtitueretur ex tribus partibus rerũ frigidarũ ſtoma
cho nocētium: et vna calidarum eidē conferētium in
eiſdem gradibus exiſtētium: ſine dubio totũ compo
ſitum frigidũ erit ⁊ ſtomacho nociuũ vt patet. Si au
tem res calide intenſioris eſſent in gradu q̃ frigide:
et plurimũ eas ſuperarēt: certiſſime totum cōpoſitũ
calidũ eſſet proñciādũ: vt dato ꝙ res frigide forent
tales in primo: calide vero in tertio aut quarto: et ſi
in minori mole ⁊ quātitate exiſterent q̃ frigide: oīno
totũ calidum eſſet appellandum. Et ſicut de calidis
et frigidis expreſſimus: ita de humidis ⁊ ſiccis intel
ligendum eſt. Et ſimiliter de ledentibus membrum
aliquod: aut ei conferentibus eſt putandum. Et hac
via taliqꝫ modo quilibet: aliquid etiam modicum ha
bens intelligētie: ſciet que ſit vniuſcuiuſqꝫ ſalatutij:
ferculi: ſaporis: mixture: condimenti: moreti: paſtilis
et huiuſcemodi: cōplexio: natura: proprietas: et ope
ratio. Que etiam ſint ipſius iuuamenta: et que nocu
menta ſi omnia bene perpōderauit. Et ſic cognoſcet
qui cibi compoſiti ſint ei ſani: et qui egritudinem af-
ferentes: ⁊ quomodo rectificandi corrigendi ⁊ refran
gendi apponendo eis contraria que ſuperfluam eo-
rum qualitatē reprimere habeant ſicut antiqui ſapiē
tes facere docuerunt: vt in. c. lxxvij. libri huius mani-
feſtiſſime apparuit. Que aũt ſint huiuſcemodi corri-
gentia ⁊ refrangentia dicemus in ſequentibus: et nō
de oībus: ſed ſolummodo de magis vſitatis ⁊ quoti-
die ad manus noſtras peruenientibus domeſticis et
familiaribus: cum quibus peritiſſimi coci ſolent ciba
ria dñorum cōdire preparare ⁊ rectificare: ⁊ inde hu-
iuſmodi cōdimenta ſunt a pluribus nũcupata. Quo
rũ quedam ſunt ſicca: quedaꝫ vero humida ſiue liqui
da: quedā calida: alia frigida: aliqua exiccantia: et non
nulla aperitiua aut ſtiptica vel inciſiua ⁊ hmōi. Simi
liter alia ſunt ſtomachalia: alia epatica: ⁊ aliqua con-
cordialia vt infra videbitur. Primo igitur de humi-
dis vel liquidis ſermonem faciamus: deinde de reli-
quis ſcribemus.

Cap. ccxiij. oſtendit naturam adipis ⁊ pinguedi-
nis dando modũ quo ipſis debeamus vti.

Ondimenta ciborum diuerſa exiſtunt vt
diximus: quorum aliqua ſunt liquores:
⁊ quedā ſunt ſpecies ⁊ aromatica. Et q2
liquoribus omnes fere ⁊ diuites ⁊ paupe
res magis ⁊ frequentius vtuntur q̃ aro
matibus: de ipſis primo dicere ſtatuimus. Poſtea ve
ro de alijs ſermocinabimur: obſeruantes in his ⁊ illis
propoſſe ordinē alphabeti. Incipiamus ergo ab adi
pe ⁊ pinguedine: cũ quibus fercula et plurima alia cō
diri ſolent: dicētes cũ Iſaac in dietis vniuerſalibus
c. xl. ſic ſcribente. Pinguedinis proprietas ſtomacho
⁊ digeſtioni eſt nociua. Primo q2 innatat cibis ⁊ facit
eos inflantes ⁊ cito ſaturantes: ⁊ cũ alteri cibo admi
ſcetur ſua viſcoſitate: ille alter ingroſſatur: ⁊ digeri in
cipiens villos ſtomachi emollit et viſcoſitatē ⁊ lubrici
tatem eis tribuit: vnde virtus contentiua deficit ⁊ ex
pulſiua vigoratur: vnde plurimum lienteria generat:
⁊ hoc proprie in ſtomacho frigido operatur. In cali
do vero in fumoſitatē ⁊ in choleram conuertitur vt
manifeſte. in. c. iij. declarauim⁹ ⁊ ideo impreſentiaruꝫ
de ipſa perpauca dicemus: eo ꝙ omnino volumus vt
ad preallegatum capitulum perueniatur: in quo fere
omnia per pulchra de pinguedine. Dicta ſunt col
lecta Hoc autem in loco tantummodo dicamus ꝙ
pinguedo proportionata ſit carni animalis ex quo
ſumitur. Unde ſi ex calido accipiatur calida exi-
ſtit: ⁊ ſi ex humido humida ⁊c. Et quanto animal ex
ceſſerit in aliqua qualitatum: tanto ⁊ pinguedo tem
peramentum excedit. Et ꝙ ita ſit apparet per Iſaac
in vniuerſalib⁹ dietis. c. xxxix. dicētē. Pinguedo por
cina magis ceteris humectat corpora calefactione nul
la apparēte: ſicut pinguedo leonina calefacit plus ce-

teris et minus humectat. Pinguedo autem bouina mediocris eſt inter porcinam et leoninam: et bouina ſiccioꝛ eſt capꝛina. Capꝛina vero ſiccioꝛ poꝛcina: ⁊ poꝛcina ſiluatica calidioꝛ eſt ⁊ ſiccioꝛ domeſtica: ⁊ pinguedo lactentis aut vicina lactenti temperata erit in caloꝛe: in humiditate vero multa: et pinguedo iunioꝛis calidioꝛ eſt et ſiccioꝛ ꝙ lactentis: et recens eſt minus calida et magis humida. Uetus vero calidioꝛ et minus humida. Et iſta videtur fuiſſe ſententia Gal'. in quarto de ſimplici medicina diſtinctione. ij. c. iij. dicẽtis. Pinguedo feminarũ capꝛarũ et feminarũ vaccarum eſt minoꝛis acuitatis ꝙ pinguedo boũ ⁊ hyꝛcoꝝ et adeps anatis et galloꝛũ eſt vehementioꝛis ſiccitatis et vehemẽtioꝛis caliditatis ꝙ adeps poꝛci: ſed cũ hoc eſt ſubtilis nõ terreſtris. Et ſil'r iterũ adeps volatilium oĩm: qm̃ in ſubſtantia coꝛpoꝝ coꝝ eſt ex aere quãtitas multa. Et in. v. lib. eiuſdem diſtinctione. ij. c. v. dixit. Adeps galloꝝ ⁊ anatis ſunt ſubtilioꝛis ſubſtantie. Adipes vero capꝛarũ et vaccarũ ſunt groſſioꝛis ⁊ pꝛopinquioꝛis nature terre. Et adipes omniũ aĩaliũ ſilueſtriũ ſunt acutioꝛis et vehemẽtioꝛis exiccationis ꝙ adipes domeſticoꝝ. Sic ergo cõcludam⁹: ꝙ quale aĩal fuerit talis et pinguedo ſeu adeps eius erit: vnde maſculina calidioꝛ eſt ⁊ ſiccioꝛ feminina ſui generis: caſtratoꝛu; vero mediocris. vt Yſaac inquit vbi ſupꝛa. Ideo de laudabilibus animalibus laudabilis erit pinguedo: et huiuſcemodi erit vtendum: et non alia: et nõ via cibi: ſed tantũmodo via cõdimenti et pꝛeparationis alioꝝ: et pꝛopꝛie ſiccoꝝ et frigidoꝝ: cũ oĩs pinguedo de ſe calida ſit et humida: vt idẽ ait loco allegato. Et ꝙ cõdiẽdo tãtũmodo ea vti debeamus: patet per eum in eo loco. c. xxviij. ſic ſcribente. Pinguedo et vnctuoſitas ſimul parum nutriunt et illaudabiliter: vnde non ad cibũ: ſed ſolũ ad cõdimentum ſunt dãda: qꝛ vnũquodq; eoꝝ ſtomachi eſt inflatiuum ſaturãs cito: et coꝛrumpẽs quicquid ciboꝛum in ſtomacho inuenerit. Similiter in particularibus ait. Pinguedo pꝛo ſolo cõdimento donetur vt cibis laudabilẽ ſapoꝛẽ faciat. nã carnoſa ⁊ non carnoſa pinguedo ꝓ nutrimento data peſſima eſt. quare ⁊c.

¶ Cap̃ ccxiiij. oſtendit naturam pꝛopꝛietates et iuuamenta butyꝛi: et olei oliuarum perfectarum.

Diximus ſupꝛa in. c. cxxiiij. nõnulla de butyꝛo: que ſi reuideantur: non erit pꝛo pꝛeſenti pꝛopoſito inutile: cum tanq̃ initia ſint eoꝛum que in hoc capitulo de butyꝛo volumus complere: eo ꝙ loco olei in pluribus regionibus vtatur: et non ſolum pꝛo condimento: ſed ab aliquibus pꝛo cibo cum pane comeditur: neſcientes ꝙ quia butyꝛum calidum eſt et humidũ. vt Pꝛinceps ait in. ij. canonis. c. cxiiij. mollificat et lenificat: et calefacit: et in ſtomacho calido facile in choleram conuertitur cum vnctuoſum ſit et ſubtile aereum et de facili inflammabile. Et ideo via cibi ſolum non eſt conueniens: ſed tãtum via medicine cum amygdalis et zuccaro ad leniendum pectus: ⁊ ad maturandum ſuperfluitates in ipſo ⁊c. Uia autẽ condimẽti loco olei ⁊ pinguedinis poteſt vti: ⁊ patiẽtibus in pectoꝛe vtilius erit oleo. ſicut ſenſit Raſis in. xxij. continẽtis. c. ccccccxx. auctoꝛitate antiquoꝝ. Nocet tamẽ humidã habẽtibus naturã: vt idẽ dixit in. xxij. libꝛo eiuſdẽ. c. ccclxix. auctoꝛitate Bimmaſui et ceteroꝝ ſapientũ. Quare nõ oĩbus eſt vtile: vt quidã vulgarium ad pauca reſpicientiũ: ſaniſſimũ vnicuiq; foꝛe butyꝛũ pꝛedicãt. ¶ Oleum autẽ ſimiliter via cõdimenti perutile habetur: dicẽte Auerroi in. v. colliget. c. de ouis. Res que coquitur cũ oleo eſt multũ nutritius: dũmodo oleũ nouũ ſit ⁊ dulce ⁊ oleũ oliue: quia natura illius eſt tẽperata declinãs parum ad caloꝛẽ: et impinguat epar: et auget ipſius ſubſtantiã: et generaliter dico ꝙ eſt conueniẽs homini multum ſcd̃m totã ſui ſubſtantiã: ⁊ pꝛopterea in terris noſtris non coquimus carnes niſi cum eo. hec ipſe. Auicẽ. vero in ſcd̃o canonis. c. cccccxxix. dixit. Oleũ ſanis melius eſt oleũ onfanciniũ. ſ. expꝛeſſum ex immaturis oliuis: qđ frigidũ eſt et ſiccũ in pꝛimo: ſicut oleũ factũ ex oliuis vltime maturis eſt calidum commẽſurate: ⁊ declinat ad humiditatem. Et pꝛopterea dixit in. xiij. tertij. c. vlti. pꝛimi tractatus. ꝙ oĩa olea mollificãt ſtomachũ. Et in tractatu. ij. eiuſdẽ. c. vij. ait. Scias ꝙ oĩa olea: ⁊ pꝛopꝛie butyꝛũ ⁊ vnctuoſa pꝛoſternunt appetitũ aut debilitant ipſum. Et pꝛopter hoc mollificant ⁊ coꝛrũpunt oꝛificia venarũ: et illud quod ex eis eſt cõuenientius: eſt illud in quo eſt ſtipticitas aliqua ſicut oleum onfanciniũ et fiſticinum ⁊c. Quod etiã ſenſit Yſaac in vniuerſalibus dictis. c. viij. cũ inquit. Oleũ nõ ſolum diſſoluit: verũetiam viſcoſitate ſua ⁊ vnctuoſitate virtutem diſſoluẽdi debilitat. Idẽ quoq; in particularibus voluit cum dixit. Oleum quod recẽs nouiter ab oliuis manatum nigris et maturis calidum et humidũ eſt mediocriter ſtomachi mollificatiuũ: ventrẽ humectãs. Oleũ vero antiquũ ſit nocibile citoq; in malos humoꝛes conuertibile ⁊c. De qualitate etiã olei pꝛima ſimiliter aſſerit Gal'. in. ij. de ſimplici medicina diſtinctione. iij. c. j. dicẽs. Oleum recens ego inueni: et vidi ꝙ ipſum ſit ex rebus que calefaciunt coꝛp⁹ calefactione equali calefactioni qua ipm̃ calefacit coꝛpus: ⁊ vidi ipſum iterum in virtutibus ſuis: ⁊ in ſuis operationibus particularib⁹ generare in coꝛpoꝛibus equalis caliditatis caliditatem tepidam: et in coꝛpoꝛibus in quibus caliditas feruet caliditatem foꝛtẽ: ⁊ ob hanc cauſam oleum ſit ſicut materia reliquis medicinis: quoniam ſi permiſces cum eo medicinas calidas: fit medicina calida: et ſi frigidas: frigida. Et in c. iij. diſtinctionis eiuſdẽ inquit. Oleum eſt mediũ inter res que humectant coꝛpus: et res que exiccãt ipſum: ſicut eſt mediũ inter calefacientes et infrigidantes. Oleum enim ſuaue eſt permixtum et cõpoſitum ex ſubſtantia aerea: et ſubſtantia terrea: et ſubſtãtia aquea ſimul. dixit idẽ in lib. iiij. diſtinc. ij. c. iij. et pꝛo



pterea Raſis in. iij. Almanſoꝛis. ca. xxiij. ſic ait. Oleũ pterea neq; faſtidiũ vt alia vnctuoſitatem habentia facit: nec eoꝛũ habet groſſitudinẽ. et in libꝛo. xxij. cõtinentis capitulo. ccclv. dixit auctoꝛitate Diaſcoꝛidis ꝙ oleum onfancinum qđ conficitur ex oliuis immaturis: melius eſt alijs ſpeciebus olei videlicet ſanis. et valet ad ſtomachũ ex eo quod in ipſo eſt de ſtipticitate. Et ſubdit. Omnes ſpecies olei ſunt calide lenientes et debilitantes vim neruoꝛũ: et pꝛopterea in cõpetenti quantitate eo pꝛo cõdimẽto vtamur: et non quocunq; ſed optimo. Quod docet cognoſcere Gal'. in. vj. libꝛo de ſimplicibus medicinis. capitulo cxx. dicens. Si tu guſtas oleum: et neq; inuenis ipm̃ ſtipticum. ſed inuenis ipſu; vere boni ſapoꝛis: debes ipſum iudicare calidũ equaliter. et ſi inuenis ipſum cum hoc ſubtile: et eſt illud quod eſt clarum tranſparens quidem: quando accipitur aliquid ex eo et ponitur ſuper aliquod membꝛu; coꝛpoꝛis: expanditur multum ⁊ penetrat ⁊ bibit ipſum membꝛũ coꝛpoꝛis: debes exiſtimare de ipſo ꝙ illud eſt valde perfectũ. et ꝙ virtus que eſt neceſſaria in oleo eſt in eo reperta. hec ipſe. cũ tali itaq; vel cũ onfacino cibaria cõdiam⁹.

¶ Capitulum. ccxv. oſtendit naturã ⁊ pꝛopꝛietates aceti: declarando iuuamẽta ipſius et nocumenta.

Acetum diuerſimode videtur ab auctoꝛibus graduari. dixit enim Auerrois de ipſo in quinto colliget. ꝙ videtur de aceto vt dominans ſuper ipſum ſit ſubſtantia frigida pꝛopter acetoſitatem que eſt in eo: q̃uis habeat partẽ vnã igneam: que iudicatur ꝓpter ipſius acumen: et iã dictum eſt ꝙ acumen ꝓuenit pꝛopter foꝛtẽ ſiccitatẽ cum modico caloꝛe: ⁊ multa ipſius moꝛſio non ſignificat ſuper malam caliditatẽ: quia hoc pꝛouenit a ſubtilitate. ⁊ etia; acetoſitas in eo. qđ eſt quia acetoſitas incidit: et maxime quando aſſociatur caloꝛi. et ideo debemus ponere ipſum frigidum in ſecũdo. et ſiccũ in tertio: et maxime vetuſtum. hec ipſe. Auicen. vero in ſcd̃o canonis. c. lxxviij. dixit. Acetum eſt cõpoſitum ex caliditate et frigiditate. et ambe ſubſtantie ſunt ſubtiles. et frigida quide; eſt magis dominans: et illud in quo eſt acredo eſt calidius. Si vero non habeat acredinẽ eſt frigidum et decoctio ei⁹ diminuit de ipſi⁹ frigiditate aliquid. Et ſubdit. Eſt foꝛtis exiccationis: et ſubtiliat: et incidit. et adiuuat ad digeſtionẽ: et eſt conferens cholericis et nocens melancholicis: eſt nociuum neruis: et ideo nocet ſtomacho frigido matrici et ſimilibus: conueniens tamen ſtomacho calido et humido diſrumpẽs appetitũ: et adiuuans ad digerẽdum. et totu; illud: quia pꝛeparat ſtomachum: eius tamẽ aſſiduatio quãdoq; perducit ad hydꝛopiſim. et quandoq; bibitur calefactum poſt medicinas moꝛtiferas et cõfert. Et in tertia pꝛimi. c. j. doctrina. v. ſic etiam de eo ait. Aceto in cibo et potu vti in peſtilentia eſt nocumenti. ipſius ſecuratio. Et in. ij. tertij. cap. iiij. inquit. Acetum eſt ex rebus que neruis ſunt nocibilioꝛes. et in. vij. quarti trac. iiij. capitulo. vj. Qui habet debilitatẽ neruoꝛum: ⁊ mulieres que habent nocumentum in matrice: deuitent acetum. Que fuit ſententia Hippocratis in tertio regiminis acutoꝛum textu cõmẽti. xl. dicentis. Uniuerſaliter acredo aceti eos iuuat qui choleram habent amarã: non autem qui nigram: cholera enĩ euaneſcendo in naturam phlegmatis tranſfertur cum ab aceto trahitur: nigra vero ebullit et creſcendo multiplicatur. quoniã acetũ cholerã nigrã ad iuuat multiplicari. et poſt ea ſubiunxit. Acetum plus feminis ꝙ maſculis inimicatur: qꝛ ledit matricem. et Gal'. in cõmento dixit. Acetum nocet oĩbus mẽbꝛis neruoſis ꝓpter ſubtilitatem ſubſtãtie: ꝓpter quã habet penetrationẽ in ꝓfundũ membꝛoꝝ: et penetrat in totum mẽbꝛũ: ita vt non remaneat in eo pars: q̃uis ſit parua valde: cui nõ noceat. ſcd̃m hoc ergo nocet membꝛis neruoſis. Alia quoq; ratio ponitur ab eo in pꝛimo de ſimplici medicina diſtinctione. iij. c. ij. dicente. Acetũ pꝛoculdubio eſt frigidũ: verũtamẽ in eo eſt caliditas parua. et non calefacit coꝛpus niſi ꝑ accidẽs. ⁊ in q̃rto eiuſdẽ ait. Acetũ eſt ſubtile infrigidãs ⁊ deſiccãs. Et in. vj. eiuſdẽ. c. dixit. Acetũ infrigidat vehemẽter. ⁊ penetrat ad mẽbꝛa oĩa velociter: et ꝓuenit facile: ⁊ ꝓpterea a calidũ hñtibus ſtomachu; acetũ familiare habeat. qm̃ vt etiã inq̃t Raſis in. iij. Almãſoꝛis. c. xvij. acetũ frigidũ eſt ⁊ ſiccũ: qđ ⁊ maciẽ efficit et virtutẽ deſtruit: ſperma quoq; minuit: cholerãq; coꝛroboꝛat nigrã: rubeã vo cholerã ac ſanguinẽ debilitat: ciboſq; q̃bus admiſcetur ſubtiliat. Et in xxj. continẽtis. c. ccciiij. auctoꝛitate Diaſcoꝛidis inquit. Acetum eſt frigidũ: ſiccũ: ⁊ ſtipticũ: confert ſtomacho: ꝓuocat appetitũ ⁊c. Et dixit Ruffus. Acetu; infrigidat ⁊ ſubtiliat humoꝛes groſſos: ⁊ ſiccat coꝛpus: ⁊ ãputat ſitĩ: ⁊ extinguit cholerã: vt etiã ait fili⁹ Meſue. Cũ ita ſit igit̃ ꝙ acetu; infrigidat in pꝛĩo et deſiccat in tertio: vt ſil'r dixit Yſaac in ꝑticularib⁹ dietis. idcirco diſſolutiuũ ẽ et extenuatiuũ: ⁊ ꝓpterea ẽ de reb⁹ magis nocẽtib⁹ habẽtib⁹ naturas melãcholicas teſte Gal'. vbi ſupꝛa. ſed capitulo. vij. eſt quoq; de rebus nocẽtibus epati: cũ vſus eius abũdãs fuerit: dicẽte Auẽzoar in ſuo theiſir tractatu. xiij. cap. j. Accidit debilitas virtutis epatis cauſa vſus aceti ſuperflui: et pꝛopterea ab eis ⁊ ab his qui in ſtomacho vel matrice. aut in neruoſis membꝛis alijs patiũtur vſus eius fugiendus eſt.

¶ Cap. ccxvj. oſtendit naturam operationes et pꝛopꝛietates acreſte: ⁊ quibus conueniat naturis ⁊c.

Acreſta in pleriſq; ſapoꝛibus ponit̃: ⁊ p̃cipue in eſtatis tẽpoꝛe a calidã habẽtib⁹ cõplexionẽ diligit̃: iõ de ipa dicam⁹ cũ Diaſcoꝛide ſic ſcribẽte. Opoꝛtet ꝙ exp̃imat̃ ſuccus ex vua nõ matura anteq̃ aſcendat

ſtella canis.et ponatur in ſole vaſe cooperto ⁊c.⁊ hec frigida eſt valde et ſicca atqꝫ plurimum ſtiptica.Hoc tamen a ꝙpluribus non obſeruatur:immo tunc faciunt eam cum vua iã inceperit maturari:et hec non tantuꝫ frigida nec adeo ſtiptica exiſtit:⁊ ꝓ debilibꝰ ſtomachis magis cõueniẽs erit:igiẗ diuerſorum operationũ et effectuum ſcḋm diuerſitatem vue:temporis:et aliorum.Illa tamen approbatur magis:que eſt citrina declinans ad rubedinem vt medici dicũt: Que autem ſit eius natura:et que ſint ipſius operationes:patet ex his que ſcripſit Gal.in.iiij. de ſimplici medicina diſtinctione.ij.capit.cum inquit.Aqua acreſte infrigidat infrigidationi completa ⁊ integra: et propter illud confert inflationi et aduſtioni vltimo iuuamẽto qñ poniẗ ſup os ſtomachi: et ſup totũ vẽtrẽ:aut ſup omnẽ locũ in quo eſt neceſſaria infrigidatio.Et in diſtinctione.iij. capitulo ſecundo eiuſdem quarti ſic etiam ait.Differentia inter ſuccum acreſte et acetum eſt:ꝙ in aceto cuꝫ acetoſitate ſunt acuitas et acredo que generantur a caliditate generata a putredine.Sic igitur caliditate accidentali ẽ calidũ aque vero acreſte non eſt accidentalis caliditas:necꝫ eſt ſubtilis ſicut acetum.Et poſt pauca ſubiũxit.Frigiditas aque acreſte eſt debilior:et non permiſcetur ei omnino aliquid ex caliditate extranea: et propterea aqua acreſte inuenitur magis iuuatiua ꝙ acetuꝫ illi qui habet mirach ventris ſui inflãmationẽ ⁊ aduſtionem.Quoniam aque acreſte non eſt frigiditas laborioſa corrumpens:necꝫ caliditas mordicatiua accidentalis:et ille qui habet huiuſmodi egritudineꝫ:nõ indiget niſi vt ſedetur eius caliditas mordicatiua:⁊ quia etiam aqua acreſte non eſt acetoſa tantum: immo in ipſa cum illa eſt ponticitas.Et ideo concludit ipſe in eo loco.Omnes ſpecies acreſte ſunt cõuenientes ad extinguendum inflammationẽ: et propterea cholerici ac ſanguinei qui calidã habent cõplexionẽ: debent ea ſuper cibos calidos vti:et precipue in eſtatis conſtitutione iuxta ſententiã principis. Auicen. in.ij.canonis capitulo de columbis dicẽtis.Et oportet quidem vt calefacti comedant eos cuꝫ acreſta ⁊c. Quod nõ ſolũ de colũbis.ſed ⁊ de reliquis valde calidis eſt intelligendũ.Nõ ſic autẽ ſuper piſces reponenda eſt:vt cõmuniter fit a pleriſqꝫ. ꝙ ſi quis oĩno eaꝫ ſuper piſces vel alia huiuſcemodi frigida proijcere voluerit: ipſam prius decoqui faciat:⁊ nõ in eneo vaſe: ſed in terreo vel lapideo: et cum aromatibus calidis et ſpeciebus et ſale refrangat ipſius frigiditatem plus et minus ſcḋm ſtomachi et ſuſcipienti complexionem.Ex quibus apparet ꝙ acreſta non ita ſit vniuerſaliter periculoſa ſicut acetum pro mulieribus phlegmaticis et huiuſmodi.

¶ Capitu.ccxvij.oſtendit naturam et operationes mellis apum: declarando quibus complexionibus conueniat:et quibus naturis ſit nociuum.

Elle in cõdimentis vti quandoqꝫ nõ eſt inutile:cum dicat Auerrois in.v.colliget. Mel eſt calidum ⁊ ſiccum in ſcḋo gradu: ⁊ eſt multe abſterſionis:et cibus medicinalis:et proprie in ſenibus:quia cibus ẽ in ipſis multum iuuatiuus:cũ in eis conuertatur in ſanguinẽ bonũ.Sed mel cãne quod etiã eſt mel: minoris eſt caloris alio melle: et minoris abſterſionis: nec habet illam mordicationẽ quam habet mel:idcirco maioris eſt iuuamenti alio melle membris que nocentur nimia abſterſione ſicut ſtomachus: pulmo:et veſica ⁊c.Auicẽ.vero in.ij. canonis capitu. ccccxcvij. ſic de eo inquit.Mel eſt ros occultus cadens ſuper flores:et ſuper reliqua:quẽ colligunt apes. quod accepit a Gal.in.iij.de alimentis.cap.xxxviij. dicente. Fit quidem mel ſuper folia plantarum:eſt autẽ necꝫ ſuccus ipſarũ:neqꝫ fructus:neqꝫ pars: ſed eiuſdem generis:quidem cum rore:attamen nec continue nec cõſimiliter illi fit copioſum.Deinde proſequiẗ Auicẽ.in loco preallegato et dixit.Melius mel eſt quod eſt vere dulcedinis:boni odoris:declinãs ad acredinẽ et ad rubedinem et quod eſt vt palea in colore:qḋ nõ eſt ſubtile et viſcoſum.quod nõ abſcĩditur. et meliꝰ eſt vernale:deinde eſtiuũ:hyemale autẽ eſt maluꝫ.Et mel apum eſt calidũ et ſiccũ in ſcḋo:et virtus eius eſt abſterſiua:aperitiua orificiorum venarum:reſolutiua humiditatum:et expellit humiditates ex profundo corporis.et ꝓhibet putrefactionẽ et corruptionẽ carnis.Et mel cuius ſpuma nõ eſt eiecta inflat et ſoluit ventrem:⁊ ſi auferatur ſpuma ipſius minoraẗ illud: decoctum nõ mouet vẽtrẽ:immo qñqꝫ ſtringit phlegmaticos.et nutrit plurimũ.Que fuit etiaꝫ ſentẽtia Iſaac in particularibus dietis ſic ſcribẽtis. Mel calidũ eſt ⁊ ſiccũ in ſcḋo gradu:aliquãtulũ habens acuminis ab apũ natura acquiſitũ:vnde cachochima corpora incidit et mũdificat:malorũqꝫ copiã humorum ab interioribus corporis per poros excludit:venarũqꝫ ſordes optime digerit:ideoqꝫ nature frigide ⁊ humide et ꝑcipue ſeniorибꝰ cõfert:cito enĩ in eis in ſanguinem mutatur:calidis vero incõueniens eſt maxime ſi cõplexio eorum ſit ſicca acumen eis et incẽdiuꝫ largitur:et in cholericũ humorẽ cõuertitur. Si vero in ſanguinem vertatur:facit reliquum calidiorem:et nullũ corporibus eoꝝ dat nutrimentũ. Laudabilius mel eſt vernale:autũnale vero peius:hyemale auteꝫ peſſimũ.groſſum enĩ eſt:vñ propter ſue ſubſtãtie duritiem virtus in ſua deficit actione.et poſt multa dixit.Mel in ſua permanẽs cruditate mãducantibus inflationem ⁊ vẽtoſitatẽ generat:aſperitateꝫ pectoris augmẽtat ꝓpter ſui acumẽ:vomitũ et egeſtioneꝫ ꝓuocat.Mel aũt cũ aqua multa ſufficienter coctũ tenuius eſt et hũidius.Qua de re nihil acrius in eo reperiẗ:necꝫ eſt inflatiuũ:neqꝫ vomitus ꝓuocatiuũ.ſꝫ edẽtiũ corpa cito perforat ac velociter nutrit. pectoriſqꝫ lenit aſꝑitatẽ et vrinã adduxit. Mel aũt qḋ coctũ eſt ſine aqua ⁊ diſpumatũ multũ plus ceteris hꝫ



acuminis ⁊c.Qḋ ſimiliter voluit Raſis in.iij. Almanſoris.c.xx.dicens. Mel calidum eſt:citoqꝫ in cholerã vertitur rubeã: atqꝫ phlegma quaſi lãbẽdo deſtruit. Quod ſenibus frigidã habentibus naturã et cõplexionem confert. In eſtate autem et his qui calidam habent complexionẽ malum exiſtit.Qḋ iterũ replicauit in.xxij.continẽtis.c.cccccciij.et idem ſenſit Haliabas in.v.Theorice.c.xxvij.dicens.Mel calidum eſt ⁊ ſiccũ in ſcḋo gradu:frigidas habẽtibus cõplexiones opportunũ:⁊ cui phlegma dominatur ac ſenibus:generat enim in eoꝝ corporibus ſanguinem bonũ:et caloris ſubſtantiam cõfortat naturalis maximeqꝫ ſi tẽpus hyemale ſit. Si autem cuius calida eſt cõplexio ſeu cuius corpori cholera dominatur: vel etiam iuuẽtutis eſt etas illud acceperint:malum eſt:⁊ in eorum corporibus cholerã rubeam morboſqꝫ illis generat acutos ac calidos:magis aũt ſi tẽpus fuerit eſtiuũ: hoc enim tempore potius in cholerã mutatur ꝙ ſanguinem generet ⁊c. Que quoqꝫ fuit Gal.ſentẽtia in ſcḋo de virtutibus naturalibus.c.viij.⁊ in.iiij.de ſimplici medicina diſtinctione.iij.c.v.dicẽtis. Nõ eſt mirum necꝫ immanifeſtũ:qm̃ mel eſt dulcius omni re:⁊ generet in corpore humorem qui eſt amarior humoribus oĩbus:et facit illud in iuuẽtute ꝓprie: et in habentibus naturas calidas: ⁊ in febricitantibus proprie permutationem: et in cõuerſionem ſuã ad choleram:et cauſa in illo eſt intellecta:et res eius eſt manifeſta: et illud eſt qm̃ ſicut mel quando approximatur extrinſecus igni tꝑe longo fit amari ſaporis. Similiter eſt proprietas eius in corporibus hominũ: q: qñ inuenit caliditatem fortẽ generat humorem cholericum. In corporibus autem in quibus ſuperfluã frigiditatem inuenit:aut propter etatem:aut cauſa cõplexionis naturalis: aut infirmitatis conuertitur et permutatur ad ſanguinẽ bonum tẽperate cõplexionis cum facilitate ⁊c. Ex quibus patet quibus cõueniant mel et condimenta facta cum eo:et in quo tempore anni:quibuſqꝫ nociuum exiſtat.quare ⁊c.

¶ Capitulũ.ccxviij.oſtendit naturam proprietates et iuuamenta mellis canne quod zuccarum dicitur.

El canne a quibuſdam:et ab alijs zaccarum dicitur: quod nos cum vulgaribus zuccarũ appellamus:de quo dicamꝰ poſt ſermonem mellis apum: priſcos patres imitando qui poſtꝙ de illo dixere:ſtatim et de hoc determinare conſueuerũt.Incipiamus ergo cum Haliabate in.v.Theorice.c.xxvij.ſic ſcribẽte. Zaccara temperate eſt complexionis:ſed ad calidum in oĩbus ſuis habitudinibus aſſimilaẗ: niſi ꝙ ſitim nõ mouet:eiuſqꝫ nutrimentum maius eſt ꝙ mellis. Zaccara aũt tebarzeda:alba.ſ.et ſolida et plurimum excocta ceteris melior eſt ſpeciebus et ſubtilior ⁊c.A quo iuniores videntur accepiſſe.ſ.Auerrois in.v.colliget cũ dixit. Mel cãne:qḋ etiã eſt mel:eſt minoris caloris alio melle ⁊ minoris abſterſionis:nec habet illã mordicationẽ quam habet mel. Idcirco eſt maioris iuuamenti alio melle mẽbris que nocẽtur nimia abſterſione ſicut ſtomachus:pulmo:et veſica. Auicẽ.ſimiliter in.ij.canonis.c.ccccxcvij.ſic ait.Et mel de cãnis eſt calidum in primo:et poteſt eſſe vt ſit humidũ in primo:et nõ eſt vt mel apum ſiccũ. Et hoc etiã ſignificatur et diuerſificatur ſcḋm maiorẽ aut minorẽ eius purificationẽ et albedinẽ:vnde quãtomagis rubeum tanto calidius exiſtit:et albũ ecõtra:qḋ zuccarum tabarzet a medicis nũcupaẗ.de quo Princeps in.ij.canonis ſpeciale fecit.c.d.cclj.dicẽs.ꝙ frigidius eſt.i.minus frigidũ zuccarũ tabarzet⁊ eſt ſublimius: vniuerſaliter tamẽ zuccarũ calidũ eſt in fine primi:et antiquum declinat ad ſiccitatẽ in primo:et eſt humidum in ipſo.ſ.anteꝙ antiquetur:et quãtomagis antiquatur:tanto magis exiccatur:eſt lenificatiuũ: abſterſiuum:lauatiuum: et ſubtiliatiuũ.Et zuccarũ nõ eſt inferius melle in abſtergendo et mundificando:et quãto plus antiquatur fit ſubtilius:eſt bonũ ſtomacho in quo nõ generatur cholera:ipſum enĩ ledit qm̃ ad choleram conuertitur:et eſt aperitiuũ oppilationũ:et in ipſo eſt virtus faciens ſitim minorẽ tamẽ ſitim ꝙ facit mel:et ꝓprie antiquũ qḋ generat ſanguinem feculentum:et abſtergit phlegma ſtomachi:⁊ rubeũ vehementioris eſt lenificationis ⁊c. Iſaac quoqꝫ in particularibꝰ dietis ſic ſcripſit de ipſo.Zaccara calida eſt in fine primi gradus:humida in medio: choleram diſſoluit et extenuat:et ventrem abſqꝫ vlla morſura ſui humectat:et ſtomachũ mundificat:q: paſſibilis ſubſtantia eſt: nõnunꝙ tamẽ in cholerã rubeã mutatur. Raſis ſimiliter in.iij.Almãſoris.c.xx. in fine dixit.Zuccarum guttur et ventrem lenit:necꝫ calefacit niſi parũ.ſ.zuccarũ tabarzet.et in.xxij.lib. cõtinẽtis. c.cccxcv. dixit auctoritate Gal.in.vij. Vires zuccari ſunt vt vires mellis in abſterſione:deſiccatione: ⁊ diſſolutione:ſed cũ tenuitate ipſius nocet ſtomacho ad modũ nocumẽti mellis:necꝫ infert ſitim vt facit mel: q: ipſum in vtroqꝫ in huiuſmodi remouetur a melle. Et dixit Bimmaſui de cãnis zuccari. ꝙ ſunt calide in primo:et humide in vltimo eius:et conferũt aſperitati accidenti in pulmone:et pectore:et gutture: et veſica:et leniunt naturam:et conferunt ſtomacho ex abſterſione illius qḋ in eis fuerit. Sed nocẽt habẽtibus in ſtomacho choleram rubeã excitãdo eam cum dulcedine ipſarũ.Et infra dixit auctoritate eiuſdem. Zuccarum nigrũ.i.rubeũ:calidum eſt et humidũ: ſed vetuſtũ calidũ eſt et ſiccũ:et valet ad ventoſitates vẽtris:et diſſoluit naturã:et ſi bibitur cũ oleo amygdalarum dulciũ confert colice:veteri etiã phlegmati qḋ eſt in ſtomacho:ſed tamen ſitim infert ⁊c.Fugiãt ergo iuuenes zuccarum rubeũ et res conditas cũ eo: ⁊ albiſſimo potius vtantur:quod frigidius eſt vt diximus.i.minus calidum:niſi phlegmatici eſſent:et velut femine: et in hyeme regioneqꝫ frigidiſſima. Tunc enim eis poteſt zuccarum rubeum cõuenire: ſicut et

ſenibus noſtris rubeum bonum erit longe vtilius albiſſimo. Quare idem de cõfectionibus iudicium fieri debet. Si enim ex zuccaro albo ⁊ bono facte fuerint: minus nociue ſunt illis: quarum libra vna pro ſolidis octo habetur. Quãplures enim ex bono foro decipiũtur: queẽadmodũ auariſſimus quidam cõciuis noſter ditiſſimus: cum nuptias feciſſet venetias iuit: et capſam vnam dictis confectionibus impleuit: eo ꝙ parum expoſuerat: cũq; domum reuerſus eſſet: ecce filij inquit quid bene mercari conferat: et loquẽdo capſam aperit: et ex confectionibus farinam ſine mola cõtritam intuentur. Unde ſenex erubuit: ſimulq; indoluit auariciam cognoſcendo.

¶ Capitulum. ccxix. oſtendit naturam et proprietates ſape ſeu vini cocti ſimul cum nocumentis ex vſu eius prouenientibus.

De ſapa ſiue de vino cocto dicemus cum Michaele noſtro ſic in ſua practica ſcribente. Reperitur rob: vinum: ⁊ carenum. Rob vini dicitur quãdo decoctio fit vſq; ad cõſumptionẽ medietatis: ⁊ dicitur vinum coctũ. Carenũ vero q: tertia parte carẽs: ⁊ etiã dicitur vinum coctũ: aliqñ itaq; decoquitur intãtum vt ad ſpiſſitudinẽ mellis veniat: et tunc ſcd̃m quoſdã proprie dicitur rob vini: et vt exiſtimo calidũ eſt ⁊ ſiccum in ſecundo. nam etſi caliditatẽ per decoctionem recipiat: etiã de eius calore naturali reſoluit̃: dure eſt digeſtionis inflatiuũ multum nutrit: et eſt cõgruum patiẽtibus in pectore: ⁊ pulmone: et vulneratis in renibus ⁊ veſica: eſt eñ mundificatiuũ et cõſolidatiuũ: et eſt doloris mitigatiuum in emplaſtris poſitum cũ furfure frumẽti ſale et hmõi. Et iſta mihi videt̃ fuiſſe Iſaac ſententia in dictis particularibus circa finẽ dicentis. Sapa groſſior eſt ⁊ durior inflatiua: que ſi digeratur multum dat nutrimentum: et eſt cõgrua patiẽtibus in pectore: ⁊ pulmone: et vulneratis in renibus et veſica: eſt eñ mundificatiua et ſolidatiua. Et ideo pro cõdimento et in dulcorãdis ſaporibus quibuſdã poſſumus ea in modica vti quãtitate ꝑmiſcentes ipſam cum agreſta vel aceto: ⁊ huiuſcemodi frigidis ad remittẽdam eoꝝ frigiditatem ⁊ acredinẽ. Et ſicut de melle apũ ſupra diximus: ꝙ iuuenibus et calidis et precipue in eſtate nõ cõueniebat: ſed ſenibus magis ⁊ phlegmaticã habẽtibus cõplexionẽ in hyeme conſtitutis et talibus: ſic et de ſapa mihi videtur eſſe dicẽdum. Et quia groſſa eſt: vt Iſaac inquit vbi ſupra: ideo timẽtes oppilationes in epate aut ſplene ipſi non aſſueſcãt: quia oppilatiua eſt et ratione dulcedinis et ratione groſſiciei: vt manifeſtũ eſt. Et hec ſententia colligi poteſt ex dictis Galieni in pleriſq; locis: ſed maxime in commento. ij. tertij libri regiminis acutoꝝ dicentis. Dico ergo ꝙ cũ omne vinũ dulce calefaciat ⁊ ſit groſſum in ſubſtãtia ſua: oportet vt virtutes particulares que apparẽt ab eo qñ bibitur nõ ſint niſi ab iſtis duabus qualitatibus: ſcilꝫ dulcedine et groſſicie: quod eſt quia colori in ſe non eſt virtus in nocumẽto aut iuuamẽto: ergo quãtitas groſſitudinis vini huiꝰ eſt illa: et tarditas penetrationis eius. Oportet ergo vt non ſolum non aperiat oppilationes alicuius membrorum: ſed faciat in eis oppilationes: ⁊ propter hanc cauſam fit nocumentũ eius epati: quãdo in ipſo eſt infirmitas nocumentum magnum: et proprie quando in eo eſt apoſtema aut duricies: ⁊ nocet etiam huic membro nocumento nõ pauco quando oppilationes que ſunt in eo accidunt ab humoribus groſſis. Et ſubdit infra. Deinde mẽbrũ ſcd̃m cui aduenit nocumentum poſt epar de vino dulci eſt ſplen ⁊c. Cum autem ſapa ſit huiuſmodi: immo dulcius vinum: et groſſius longe magis ꝙ̃ vinum illud de quo intellexit Gal'. in loco preallegato: maxime debet eſſe a predictis ſuſpectum: et propterea tutiſſima res erit: aut ipſam totaliter dimittere: aut in modica in condimentis accipere quãtitate: ne in incommoda ex groſſicie prouenientia incurramus incidamuſve. de quibus in. c. xlvj. libri huius abundantiſſime pertractauimus.

¶ Capitulum. ccxx. oſtendit naturam et proprietates ſalis ſimul cum eius iuuamentis et nocumẽtis.

Sal quid eſt? genus terre eſt: que terra incenſa inquit Gal'. in libro de iuuamento anhelitꝰ. c. vltimo auctoritate Ariſto. vbi aũt Ariſto. hoc dixerit ipſe non expreſſit. Nos autem dicimus ꝙ ex libello de ſenſu et ſenſato: Et ex ſecundo Metheororum id facile elici poteſt. Sal ergo adeo in omnes fere cibos condiendos ingreditur: ꝙ a vulgaribus exiſtimetur: vt inter omnes ſapores ipſe principatũ obtineat. Non eſt autem ita cum amarus ſit et ſtipticus. vt Princeps ait in ſecundo canonis. capitulo. ccccccxix. et ſit calidus et ſiccus in ſecundo: et quanto plus eſt amarior: tanto plus eſt calidior. Et abſterſiuus: reſolutiuus: conſtrictiuus: exiccatiuus: et confert humorum groſſiciei: et ſal omnis facilem efficit ſuperfluitatum egreſſionem et deſcenſionem cibi. Iſaac autem in particularibus dietis ſic inquit de ipſo. Sal calefacit moderate: multum tamẽ deſiccat: quia compoſitum eſt ex duabus qualitatibus. Una eſt colatiua et inciſiua. Altera vero eſt coadunatiua et conſtipatiua: que vtreq; deſiccatiue ſunt: ideoq; ſal deſiccat in tertio gradu: et calefacit in ſecũdo. Quod duobus modis eſt: metallinum ſcilicet ⁊ marinum: maxime autem fit in lacubus qui ſaline a vulgo vocantur: vt fit de aqua maris eſtiuo tempore cocta. Metallinum laudabilius eſt maxime quod caret lapidibus: et ſit clarum obtuſum et equale. Marinum vero bonum eſt ſi ſit candidum: non tñ quale metallinum. vnde dixit Diaſcorides. Sal metallinũ fortiꝰ eſt mari



no. quod Gal'. negauit. dixit enim actionẽ illoruꝫ fore equalem ambo initio diſſoluunt: et mundificant groſſorũ humorum ſuperfluitatem et putredinem: deinde que ex eis remanent deſiccant et conſumũt. Quibus finitis naturalem corporis coadiuuant humiditatem et conſtrictam conſeruant: et poros cutis claudijt: vt illa hũiditas putredini nõ appareat: ⁊ dãt cibis cõdimentũ ſaporitatẽ atq; acceptabilẽ humiditatẽ adiuuãtẽ ⁊c. Raſis etiã in. iij. Almãſoris. c. xvij. ſic ait de ipſo. Sal calidus eſt et ſiccus: qui cibis auferens faſtidiendi nocumentum ſubtiliatq; appetitum excitat et acuit. eorum preterea ſanguineꝫ qui multam ex eo ſumunt quãtitatem adurit: viſum quoq; debilitat atqꝫ ſperma minuit: et pruritum gñat: ⁊ ſcabiẽ. et in. xxiij. libro continentis capitu. cccccccj. dixit auctoritate Diaſcoridis. Sal habet virtutes ſtipticas abſterſiuas et mũdificãtes et diſſoluentes ⁊c. et Gal'. in. vj. dixit de ſale fodito et marino: vires habent ſimiles: tamẽ diuerſi ſunt. quia ſal foditus vehemẽtioris eſt ſtrictiõis: et groſſitudo et ſtipticitas exinde fiunt in eo maiores. dixit etiam Oribaſius. Uires ſalis compoſite ſunt abſterſiue et ſtiptice: ſed he due qualitates conſtringunt: ideo ſal deſiccat humiditatem q̃ eſt in corpore: et etiã conſumit et colligit membra ſolida cum ſtipticitate ipſius: ideo deſiccat corpora et cõſeruat ea a putrefactione ꝙ nõ putreſiant. Idem quoq; dixit Paulus. et Bimmaſui ſic de eo ſcripſit. Sal calidus eſt in ſecundo: et ſiccus in fine tertij: diſſoluit valde habens in ſe ponticitatẽ modicam comprimentem: humiditates que fiunt in corporibus deſiccat eas: liquefacit humores congelatos in corpore: et conſeruat corpora cum ſiccitate ipſius: lenit naturam: et confert in corpore phlegmatico ⁊c. et dixit Bugerig. Sal calidus eſt et ſiccus: et mixtus cum nutrimentis frigidis mutat de natura ipſorum: ita ꝙ vertuntur in calida et ſicca: et propterea bonum eſt vti ſale in cibarijs frigidis: et humidis que calefieri et deſiccari oportet ſicuti diximus ſupra capitulo. lxxviij. libri huius. vbi Iſaac adduximus dicentem. Studuerũt antiqui artificialiter adaptare carnem pinguiſſimã cum multo ſale ⁊c. et infra. Iteruꝫ caro pinguis nõ dꝫ comedi: niſi aſſata cũ multo ſale ⁊c. Ecce igit̃ ꝙ pinguiſſima cibarioꝝ ⁊ inſipida m̃lta ſalis quãtitate ꝓ ſuo idigẽt cõdimẽto: ⁊ ꝑcipue cũ a phlegmaticis accipiunt̃. Cholerici v̾o ⁊ macri ab eiꝰ vſu ſupfluo tãq; ab inimico caueãt: pariterq; a rebus ſalitis: et per maxime in eſtatis tpe.

¶ Cap. ccxxj. oſtendit naturam proprietates et iuuamenta ſeminum aniſi et aneti in via condimenti.

Dicamus modo de condimentis ciboruꝫ factis cum ſeminibus et ſpeciebus magis vſitatis: poſtq̃ compleuimus ſermonem de his que ſunt liquores aut eis ſimiles: et obſeruando premiſſum ordinem alphabeti: dicemus in primis de aniſo cuꝫ Auerroi in quinto colliget ſic ſcribẽte. Aniſum calidum et ſiccum in tertio gradu: ideo quia ſubſtantia ignea ſuper ipſum dominatur. et ſignificat ſuper hoc acuitas ſui ſaporis cum aliquantula dulcedine: cuius operationes ſunt: quia valet ad carminanduꝫ ventoſitatẽ: et prouocat vrinam: et aperit oppilationes. que fuit ſententia Gal'. in. vj. de ſimplicibus medicinis. cap. xlvj. dicentis. Aniſum in ſua acuitate eſt prope medicinas comburentes: et eſt in tertio gradu ſiccitatis. et ſimiliter eſt in caliditate: et propter hanc cauſam prouocat vrinam. Auicẽna vero in. ij. canonis. capitulo. j. ſcd̃i tractatus aliter de caliditate eius ſentire videtur cum ait. Aniſum eſt ſemen feniculi romani: ⁊ eſt minoris acuitatis ꝙ̃ nabathi: et melius eſt et ponderoſius: calidum eſt in ſcd̃o: et ſiccũ in tertio: eſt aperitiuum cum ſtipticitate pauca: et eſt ſedatiuum dolorum et reſolutiuũ vẽtoſitatum: ꝓuocat lac: abſcindit ſitim factã ex humiditatibus baurachijs: et confert oppilationi epatis et ſplenis generate ex hũiditatibus: ꝓuocat vrinam: et mundat matricem a fluxu humiditatuꝫ albarum: mouet coitum: et expellit nocumẽtũ venenoꝝ et venenoſorũ. hec ipſe. Que fuit etiã ſententia Raſis in. xxj. continẽtis capitulo. cxxx. dicẽtis auctoritate Diaſcoridis. Aniſum habet virtutem calefaciendi et deſiccãdi: mitigat dolorem: et diſſoluit inflationem: cõſtringit ventreꝫ: et prouocat vrinã et ſudorẽ: diſſoluit ſuperfluitates: et extinguit ſitim. et cõfert omnibus venenoſis morſibus reptiliuꝫ: ⁊ ꝓhibet fluxũ humiditatum albarũ ad matricẽ: ⁊ excitat coitum. Ideꝫ quoq; dixit auctoritate Gal'. Oribaſij. Pauli: et filij Meſue que dimittamus breuitatis gratia. De aneto vero dicimus ꝙ licet magis ſit medicinale ꝙ̃ cibale: tñ ⁊ ipõ pro cõdimẽtis a quibuſdam vtitur: ideo dicemus cum Auerroi in. v. colliget de ipſo. ꝙ calidum eſt in primo gradu: et attingit parum ex ſcd̃o: et eſt ſiccũ in principio ſcd̃i et in fine primi: ⁊ idcirco eſt diſſolutiuũ et mitigat dolorẽ et inducit ſomnũ. Quod etiã ſenſit Auicẽ. in. ij. canonis. ca. lxxij. dicẽs. Calefactio aneti eſt inter ſcd̃m ⁊ tertiũ: et eius exiccatio inter primũ et ſcd̃m: eſt maturatiuum frigidorũ humorũ: ⁊ ſedatiuũ dolorũ ⁊ carminatiuuꝫ ventoſitatum. facit ſomnũ: et eius comeſtionis aſſiduatio debilitat viſum: et facit abundare lac in ſorbitionibus. ⁊ vt dixit Gal'. nocet ſtomacho: et vomitũ inducit: ⁊ confert dolori ventris pungitiuo. Qd̃ etiã dixit Iſaac in dietis particularibus. et Gal'. in. vj. de ſimplicibus pharmacijs. et Serapio auctoritate Abẽmeſui: Pauli: et ceteroꝝ antiquorum. ⁊ ideo nobis vr̃ cõcludẽdũ eẽ: ꝙ q: anetũ calidũ eſt et ſtomacho icõueniẽs et nauſeã faciẽs: q̃uis lac augmentet: ⁊ vẽtrẽ leniat: ꝙ vſus eiꝰ ꝓ medicinis tm̃ et nõ ꝓ cibis neq; ꝓ cõdimẽto ſit habẽdus. cum nullũ habeat ad cõdiẽdũ laudabilẽ opationẽ quaꝫ ⁊ alia ſimplicia tot nocumẽta nõ habẽtia nõ cõtineãt. q̃re nr̃o cõſilio potiꝰ alijs ꝙ̃ ipſo ꝓ cõdimẽto erit vtendũ. Iſaac

tamen in particularibus dietis ſuper multa rectificanda eñ videtur adminiſtrare: ſicut etiã ⁊ cuminuȝ: ⁊ multa alia que in italia nec placerẽt nec equideȝ videri: vt ita dicã: nedũ poſſunt manducari eo ꝙ horridi ſint odoris abominabiliſq; ſaporis. Nos autẽ delectabilia ⁊ ſuauia debemus aſſumere ſi ſanitatẽ volumꝰ cõſeruare: vt in.c.lvj.libri huiꝰ declarauimus.

¶ Capitulũ.cclxij.oſtẽdit naturã ⁊ ꝓprietates coriãdri ſimul cũ iuuamẽtis ⁊ nocumẽtis eius.

Coriandrũ frigiduȝ eſt in fine primi vſq; ad ſcḋm: ⁊ ſiccũ in ſcḋo: ⁊ apud quoſdaȝ in tertio: apud me vero ſiccũ eſt declinans ad caliditatẽ paruaȝ: vt inquit Auicẽ.in ij.canonis.c.cxliiij.⁊ ſubdit. Sed Gal'. in toto facit declinationẽ ad caliditatẽ: ⁊ forſitã illud eſt ꝓpter ſubſtantiã in ipſo ſubtileȝ que reſoluit. Et deinde ſubiunxit.in ipſo eſt ſtipticitas ſtupor: ⁊ eius ꝓprietas eſt ꝓhibere vaporẽ a capite: ⁊ propter hoc ponit in cibo patiẽtis epilepſiã ex vapore ſtomachi. ⁊ cõfert etiã vertigini facte a vapore cholerico ⁊ phlegmatico: multa tñ eius comeſtio generat tenebroſitatem viſus: confert tremori cordis calido: eſt tarde digeſtionis: ⁊ cõfortat ſtomachũ calefactum: et ſedat eructuationẽ acidã poſt cibũ: ⁊ ſemen eius ſiccũ frãgit virtutẽ coitus ⁊ erectionẽ virge deſiccãdo ſpma. Auerrois aũt in.v.colliget dixit. Coriandrũ calidū eſt in primo gradu: et eſt cõpoſituȝ ex ſubſtãtijs contrarijs: hoc eſt ex ſubſtãtia amara et ſubſtãtia aquea et ſtiptica: et ſcḋm hoc facit diuerſas oꝑationes ⁊c. Et ita fuit ſentẽtia Yſaac in particularibꝰ dietis.c. ꝓprio dicẽtis. Coriãdrum diuerſe virtutis eſt: quod teſtatur varietas ſui ſaporis: habet eñ amaritudinẽ et põticitatẽ: ideoq; Hippocrates dixit ipſum habere calorẽ pro ſua amaritudine et põticitate: et dixit ipſum eſſe ſtipticũ: ⁊ ꝙ poſt cibum acceptũ ſomnuȝ preſtet: ſed Diaſcorides intendit ipſum frigidũ eſſe: dixitq; illud ſcrophulas diſſoluere: qḋ Gal'. dixit eſſe impoſſibile ſcrophulas frigiditate curare q̃ groſſi ſunt et duri humoris: intentionem aũt hanc intelligere non valeo ſcrophulas frigiditate curare: et coriãdrum frigidũ eſſe dicẽtis: ſaporem eius amaruȝ eſſe: amaritudo enim ſignificat calorem extenuantẽ. Secundo vero cibũ durum eſt coriandrum digeſtioniq; inobediens ⁊c. Hãc aũt cõtradictionẽ Diaſcoridis et Gal'. princeps Auicen. vbi ſupra ſic videtur remouere tenendo cum Diaſcoride dicens. Galienus remouet frigus a coriandro contradicẽdo Diaſcoridi Ego autem dico ꝙ iam teſtificati ſunt frigus eius Ruffus ⁊ Archigenes: et alij ab eis. Et infra dixit. Inquit Gal'. cũ coriandrũ reſoluat ſcrophulas quomodo ergo eſt frigidum. et ſoluens dixit. Et poſſibile quidem eſt: vt dicatur ei ꝓpter ipſius proprietatem: et quoniam in ipſo eſt ſubſtantia ſubtilis ꝓfundans penetrans: nõ autem profundatur ſubſtantia frigida. Et videtur etiam fuiſſe ſententia Raſis in iij. Almanſoris. capitulo.xix. dicentis. Coriandrum recẽs frigidum eſt: de quo nõ multa ſumẽda eſt quãtitas: forſitan enim mors ſequeretur: cuius parua quãtitas eadẽ que et lactuca operatur: verũ tamen ipſum nõ humectat. ⁊ in libro.xxij. continentis cap. cccccclvj. idem dixit auctoritate Pauli. Bimmaſui. Bugerig: Cuzi: et alioꝝ plurium ſapientũ. Qui oẽs in hoc cõuenerũt ꝙ coriãdrũ ſit frigidũ et ſiccũ. Galieno excepto: cuius contradictionẽ et ipſe ibideȝ poſuit. Que ſolui põt vt diximus de mente principis. Et ad id quod Yſaac cũ Gal'. videtur ꝯcludere Diaſcoridem ſcȝ: ꝙ ſi coriandrũ eſt amarũ: quomõ eſt frigidum. Dicere poſſumus ꝙ et cicorea eſt amara: et tamen eſt frigida. et ſimiliter roſa et opium et multa talia ſunt amara cum ab omnibus frigida ꝓnũciẽtur: ratione tamen quarũdam partium calidarũ cum frigidis tali cum modo ſubſtantie permixtarum qḋ totum inde reſultãs redditur amaruȝ: et ſic poſſunt ſaluari Diaſcorides et reliqui coriãdrum frigiduȝ eſſe aſſerentes. Quicquid tamen ſit cõueniunt ipſi omnes: vt parua quantitas ex eo manducetur propter nocumenta que ab ipſo poſſunt induci. quare ⁊c.

¶ Capitulum.cclxiij.oſtendit naturã ꝓprietates ⁊ iuuamenta cinamomi: vt eo pro condimẽto vtimur.

Canella a vulgaribus dicitur: quod nos cinamomum appellamus: calidum et ſiccũ in ſcḋo gradu et in ſiccitate plus extenditur: et hoc quia compoſitum eſt ex ſubſtantia terreſtri cuȝ ſubſtantia aerea eq̃liter: et hoc teſtificatur Gal'. et cum hoc habet ſubſtantiam ſubtilem igneam: a qua habet ſuam aromaticitatem: et ſtipticitas ſuo cum modico acumine ſignificat terreſtrem ſubſtantiam: ⁊ aneloſitas ſua ſignificat ſubſtantiam aeream ſuper ipſam dominantem. et hoc ſcitur propter naturam cãnarum: cuius iuuamenta manifeſta ſunt in ſtomacho et epate: q: eſt ex medicinis in quibus inueniuntur aromaticitas et ſtipticitas et acumẽ: et ꝙ habet tam nobilem complexionem roborat omnia membra ⁊c. Hec inq̇t Auerrois in.v.colliget. Princeps vero in.ij.canõis ca.cxxviij. inter alia de eo ꝙ melius eſt illud quod eſt boni odoris et acutum: quod habet ſaporẽ ſine mordicatione: et calor eius eſt purus nõ commixtus ⁊c. Calidum eſt et ſiccum in tertio: et vltimum eſt in ſubtiliatione. attractiuum aperitiuum et rectificans putrefactionem omnem virtutem corruptam: et omnem ſanioſitatem humorum corruptorum. confert tenebroſitati oculi comeſtum et collyrizatũ confert tuſſi et mũdificat quod eſt in pectore. aperit oppilationes epatis: et confortat ipſum: et cõfortat ſtomachum. et deſiccat humiditatem eius. et confert morſui vermium venenoſorum ⁊c. Hoc etiam voluit Yſaac in particularibus dietis cum inquit. Cinamomũ



calidum eſt in tertio gradu: ſtomachum confortat: q: aromaticum eſt oppilationem epatis aperit: ⁊ prouocat vrinã. ſimiliter Raſis in.iij. Almanſoris.c.xvij. dicens. Cinamomum calidum eſt et ſiccum: quod ſtomachum ⁊ epar roborando digeſtiuam adiuuat atq; ventoſitatem expellit. Et in.iiij. libro ſuorum aphoriſmorum ſic etiam ait. Cinamomum virtutem habet bonum faciendi odorem et bonum ſaporem: ⁊ cõfortat cor: et addit in ſperma. Et in libro.xxij. continentis.cap.cccxxij. dixit auctoritate Gal. in.vij. tractatu ſimplicis medicine. Cinamomũ eſt in vltimitate tenuitatis: non tñ in vltimitate caliditatis: ſed eſt in ea in gradu tertio: et non eſt in aliqua medicina calefactiua que deſiccet admoduȝ deſiccationis ipſius ex cauſa tenuitatis ſubſtantie eius. Qḋ etiam dixit auctoritate Diaſcoridis. et demum auctoritate Pauli ſic inquit. Dixit Paulus in.vij. tractatu. ꝙ cinamomũ eſt in vltimitate ſubtilitatis partium: et non eſt in vltimitate caliditatis ſed in tertio gradu eius: ⁊ nulla medicina cõparatur ei in calefactione et deſiccatione ex tenuitate partium eius. et poſtea ſubdit. Et dicit in libro cibariorum: ꝙ cinamomum eſt calidum et ſiccum: ideo beneficium preſtat ſtomacho conferens frigiditati que eſt in eo et in epate: prouocat vrinam: aperit oppilationes: abſtergit caliginem viſus: et deſiccat humiditatem que erit in capite ⁊ in ſtomacho: et proprietatẽ habet ſi comeditur ꝙ prodeſt caligini viſus accidenti ex parte humiditatis: et propterea ꝓ condimẽtis eo vti poterimus: et precipue puluere eiꝰ ſup cibos ſupflue humidos et frigidos ſtomacho nocentes ⁊ capiti: quoniã bonum: immo optimum erit correctiuum pro malitia ipſorum.

¶ Capitulum.cclxiiij.oſtendit naturam proprietates et iuuamenta croci quod a quibuſdam ȝafaran dicitur.

Crocus: teſte Auerroi in.v.colliget. calidꝰ eſt in ſcḋo gradu: et ſiccus in primo: eſt digeſtiuus et cõfortatiuus cordis: et habet ſubſtantiam calidam ſtipticam: et ſtipticitas ſua eſt ex rebus que adiuuant ad digeſtionem quam facit ⁊c. Auicen. vero in.ij.canonis c.cxxx. dixit ſimiliter ꝙ calidus eſt in ſecundo gradu: et ſiccus in primo: etiã ſtipticus reſolutiuus et aperitiuus: ⁊ eiꝰ caliditas eſt tẽperata. Gal. vero dixit ꝙ eius caliditas eſt fortior ſtipticitate ipſius. et Alchanȝi dixit ꝙ nunq̃ alterat humorem: immo conſeruat eum ſecundum qualitatem et rectificat putrefactum et conſeruat viſcera: et potus ipſius colorem efficit bonum: verumtamen facit ſoda et ipſe nocet capiti: ⁊ facit ſomnum: et obtenebrat ſenſus: confortat cor: et ipſe eſt lenificatiuus: facit nauſeam et deijcit appetitum: propterea ꝙ oppoſitus eſt acetoſitati que eſt in ſtomacho ex qua eſt appetitus: ſed tamen ipſe confortat ſtomachum: propter illud quod in ipſo eſt ex caliditate et preparatione et ſtipticitate: et eſt bonus ſpleni: vt quidam dixerunt: excitat coitum et prouocat vrinam: et bibitus accelerat partum mulierũ ⁊c. et hec fuit ſententia Raſis in tertio Almanſoris.cap. xxij. dicentis. ȝafaran calidum eſt et ſiccum: quod ſtomacho congruum exiſtens: tamen nauſeam capitiſq; dolorem et grauedinem facit: ſomnumq; prouocat ⁊c. et in libro.xxij. cõtinẽtis.c.cccliiij. auctoritate Diaſcoridis ſic ait. Crocus habet vires digerentes: leniẽtes: et reſtringentes: prouocat vrinam: preſtat beneficium colori: tollit ebrietatem bibitus cum vino cocto incitat appetitum ad coitum: prouocat ſomnum ⁊c. et dixit Gal. In croco eſt res ſtiptica modica: ⁊ iam manifeſtauimus ꝙ pars ſtiptica eſt terreſtris: tamen preualentior eſt ei qualitas calida: vnde erunt vires eius in calefactione in gradu ſecundo et in ſiccitate in primo gradu: ideo in eo eſt pars aliqua digeſtiua: et ſubuenit ei ſuper hoc ſtipticitas modica que eſt in ipſo ⁊c. et dixit Paulus. Crocus eſt calidus in ſcḋo: et ſiccus in primo reſtringit et digerit: et ſimiliter dixit Bimmaſui: et proſequitur. Digerit cibarium: aptat ſtomachum ex parte ponticitatis ipſius modice que eſt in eo: corroborat epar: tollit difficultatem anhelitus: et appetitum cibi prouocat et vrinam: et bonum colorem facit: tamen malus eſt cerebro. et ſuper abundantia aſſumptionis eius non laudatur: quia tollit appetitum cibi. et poſt multa ſubiunxit. excitat actus venereos inferens dolorem capiti: et dixit Coſta. Cor letificat. demum propria auctoritate ſic inq̇t Dico ꝙ erat quedam parturiens et ſumendo de eo drachmas duas peperit ſtatiȝ ipſa hora: et expertus ſum hoc pluries et ita ſemper inueni: et q: ſtomachi delet appetituȝ et capiti nocet et viſui: nõ vtamur eo in condimentis noſtris in multa quantitate. et precipue eſtatis tempore: et multo magis. ſi cõplexio recipientis cholerica fuerit et regio calida et exercitium laborioſum et huiuſmodi que prohibent quantitatem calefacientium poſſe ſalubriter exhibere: vt vnuſquiſq; ſani capitis facile poteſt intelligere. quare et cetera.

¶ Cap.cclxv. oſtendit naturam proprietates et iuuamenta garioſilorū et galange.

De feniculo nihil hoc in loco dicere debemus: cum ſupra in capitulo.cclvij. de eo locuti fuerimus. nec etiam de cimino cuȝ horribilis ſit ſaporis et odoris quo nobiles permaxime minime ſolent vti. Sed de garioſilis: quorum ſpecies ſunt plurimum vſitate ratiõe delectabiliſſimi odoris potius q̃ ſaporis. Dicamus cum Auerroi in quinto colliget capitulo de rebus marinis: ſic dicente. Garioſili calidi ſunt et ſicci in ſecundo gradu et attingunt ad tertium. Et ipſi cõfortant omnia membra principalia: valent etiam contra paſſiones frigidas: et conſtipant ventrem. Et di

xit Galienus ꝙ eorum proprietas eſt confortare virtutem digeſtiuam. Auicenna quoqꝫ in ſecundo canonis. c.cccxviij. ſic de eis ſcripſit. Gariofilus calidus eſt ⁊ ſiccus in tertio: corporis odorem bonum efficit: confortat ſtomachum et epar: et confert vomitui et nauſee. Que fuit ſententia Raſis in tertio Almanſoris. c.xxij. dicentis. Gariofili calidi ſunt et ſicci: ſtomachum confortant atqꝫ corrobuſta faciunt: et propterea in condimentis frigidis et humidis conuenientiſſimi exiſtunt bonum eis preſtantes odorem: ſed non in multa quantitate ponatur de eis ꝙ amaricare faciunt: et ſuperfluam inducunt caliditatem: et potius in hyeme ꝙ̄ in alijs tēporibus vtantur: ⁊ a phlegmaticis ⁊c. ¶ De galanga ſimiliter dicemus cum principe in ſecundo canonis. c.cccxxj. ſic ſcribente. Galanga calida eſt et ſicca in ſecundo: cuius operationes et proprietates he ſunt: quia eſt ſubtilis reſolutiua ventoſitatum: odorem oris efficit bonū: confert colice ⁊ dolori renum: et adiuuat ad coitum: eſt bona ſtomacho et eſt digeſtiua cibi. Serapio quoqꝫ in capitulo Rulungen ideſt galanga: dixit auctoritate Iſaac abenamraz. Eſt vena in groſſitudine caſu lingue ⁊ cortex eius eſt rubeus: ⁊ interius eius eſt puluerulentuz: defertur ex ſcithia eſt calida et ſicca in tertio gradu: ⁊ cōfert phlegmaticis et humiditatibus ſtomachi: facit digerere cibū ꝓpter ſuā caliditatē ⁊ reſolutionē quā infert ſtomacho: ⁊ propter diſſolutionem ſuā in phlegmate confert colice: et facit bonum oris odorē: calefacit renes: et cōmouet ſperma: et quādo tenetur ex ea in ore fruſtum: facit magnam virge erectionem. Et dixit Abēmeſui. confert ſubſtantie ſtomachi: et facit oris odorem bonum: et digerit cibū: et eſt medicina antiqua que auget in ſpermate multū: et cōfert frigiditati renuz: et conuenit habentibus eructuationes acetoſas. Que fuit etiam Raſis ſnīa in. iiij. li. ſuorum aphoriſmoꝝ dicētis. Galanga ſtomachū confortat: ⁊ frigiditati ⁊ retentioni vrine cōfert. Poſſumus itaqꝫ et puluere eius in cōdimentis frigidis vti: vt ſupra diximus de gariofilis: niſi veneris ſtimulū timuerimus: tūc enim oīno pretermittēda foret: ſicut ⁊ alia q̄ nos in. ca. xxxviij. libri huius expreſſim⁹. quare ⁊c.

¶ Cap. ccxxvj. oſtēdit naturā ꝓprietates ⁊ iuuamēta nucis muſchate.

Nux muſchata ſepenumero in condimentis nobiliū ponitur: cū bonū odorē et bonū ſaporē habeat: ideo de ipſa hoc in loco dicamus cū principe noſtro Auicen. in ſecūdo canonis. c.ccccciij. ſic ſcribēte. Nux muſchata eſt calida ⁊ ſicca in fine ſecūdi: in q̄ eſt ſtipticitas: et odorē oris bonū efficit: cōfortat viſum: epar: ſplenē. ⁊ ſtomachū: et proprie os eius conſtringit: et prouocat et confert difficultati vrine. et prohibet vomitum. Qd̄ etiā ſenſit Serapio in. c. ieuzaue vel iuſbaue dicens auctoritate Iſaac abenamram. Meliores ex eis ſunt rubee: pingues: graues. ⁊ deteriores ſunt nigre leues et ſicce: et ſtringunt ventrē: et aromatizant ſtomachū et epar: et extenuant ſplenem: et molliunt apoſtemata dura epatis: ⁊ odorē oris efficiunt bonū: auferunt fumoſitates a ſtomacho: digerunt cibū: ⁊ expellunt ventoſitates: et corroborāt ſtomachū et epar ⁊c. Et dixit Abēmeſui. Natura eius eſt ſicut natura gariofiloꝝ: et eſt calida et ſicca in tertio gradu. ⁊ eſt bona ſtomacho et epati frigidis. Ipā igitur vtantur qui talē habēt cōplexionē in ſuiſqꝫ cibarijs: ſecuriſſime ponāt phlegmatici melācholici ⁊ huiuſmodi. Qui aūt calidi ſunt cholerici vel ſanguinei: ab ea caueant et precipue in eſtatis tēpore: ne ex ea inflammētur. qd̄ ſepius replicamus nō ſine cauſa: qm̄ pleriqꝫ decipi ſolent audiētes qn̄qꝫ rem aliquā a medicis cōmendare: putant eam oībus hominibus cōplexionibus etatibus ⁊ temporibus cōuenire: ſicut fecit quidam amicus noſter venetus: qui cū ſtomachi debilitatem a frigida cauſa pateretur et humida: intelligens a medicis ꝙ zinziber conditum ei multū conferret voluit experiri: et cū expert⁹ eſſet: vidit ſic eſſe: et vt fortior ſtomachus eius poſt cōualeſcentiā fieret: etiam ſanus et eo amplius non indigens ipſo quotidie vtebatur: et inde ad inflammationem epatis et ad ictericiam citrinam fortiſſimam peruenit: ex qua magna cū difficultate: et non niſi poſt plures mēſes oīno potuit ſubleuari. Hoc igitur volui annotare vt legentibus hunc librū aliquid tale non contingeret. Et ideo intelligant ꝙ cū rem aliquā commendamus: cōſideramus eam in ſe: q2 talium operationū per ſe in corpore tēperato eſt productiua. Per accidens aūt poteſt oppoſitū facere: vt qn̄ oblata fuerit naturis hoīm ea nō indigētibus: aut in tēporibus vel in quātitate nō competentibus. Et ideo vnuſquiſqꝫ in rebus iſtis debet cōſilio ſapientis medici regi dirigi vel gubernari vt in. c. xv. libri huius diximus.

¶ Cap. ccxxvij. oſtendit naturā proprietates ⁊ iuuamenta piperis et ſpecierum eius.

Dixit Auerrois in. v. colliget. ꝙ aliquod eſt piper nō maturū et eſt album: et quando eſt maturū eſt nigrū: et ambe ſpecies ſunt calide et ſicce in tertio gradu. et quidam dicunt in quarto. Auicē. aūt in ſecūdo canonis. c.ccccclij. dixit auctoritate Gal. ꝙ in primis cū elenat fructus eſt longū piper: deinde ſeparat in grana piperis: ⁊ ꝓpter hoc ē longū piper hūidius ⁊ ideo corrodit ⁊ mordicat parū poſt principiū ſui guſtus. et albū eſt debilioris caliditatis ⁊ hūiditatis. Quidā vero dixerūt ꝙ nigrū iā exiccatū eſt: et cecidit virtus acuitatis eius. ⁊ remanſit in albo: qd̄ nō peruenit ad vehementiam exiccationis. Natura tamen piperis eſt: quia calidum eſt: et ſiccum tendens ad



quartum. In ipſo eſt attractio: reſolutio: ⁊ abſterſio: et calefacit neruos: et eſt conueniens ſanis: et in calefaciendo neruos ⁊ lacertos nō eſt ei par: eſt digeſtiuū faciens appetitum: et confert dolori ventris et inflationi: et album magis conueniens eſt ſtomacho: ⁊ vehementius confortat ipſum: et longum piper facit cibum deſcendere: facile eſt deſiccatiuū: conſumit ſperma. Longum vero piper et album augmētum efficit in coitu propter humiditatē ſuā ſuperfluam. Iſaac etiam in particularibus dictis ſic de eo ſcripſit. Piper calidum et ſiccū in quarto gradu: valet frigidos et humidos habētibus ſtomachos: adiuuat digeſtiuam virtutē: ⁊ ſcd̄m medicinā valet contra diuturnā tuſſim quando de groſſis humoribus eſt: et pectus: et pulmonem: et ſtomachū de viſcoſo phlegmate mūdificat: ventris inflationē et ventoſitatē aufert: ⁊ vrinam prouocat ⁊c. Que fuit etiam Raſis ſentētia in libro. iiij. ſuoꝝ aphoriſmoꝝ dicētis. Piper vrinā preparat ſicut zinziber ventrē humectat. Et in. xxij. continentis. c.cccccxxvij. dixit auctoritate Diaſcoridis. Album piper debilius eſt nigro: ⁊ ſummarie vires piperis calefaciunt: et digerunt nutrimentū: prouocāt vrinam: attrahunt: et diſſoluūt: ⁊ abſtergūt. Deinde dixit auctoritate Gal. ⁊ Oribaſij ea verba p̄ciſe que ſupra poſuit Auicen. Poſtea vero auctoritate Bimmaſui ſic inquit. Piper calidum eſt et ſiccū in medio quarti gradus: et prouocat vrinā: et cōfert torſioni ⁊ ventoſitatibus groſſis accidentibus in ſtomacho et in inteſtinis: incidit phlegma viſcoſum in pectore: et pulmone: et ſtomacho: et inteſtinis: ⁊ digerit cibum. Et dixit etiā ꝙ piper longū eſt calidum ⁊ humidum digerēs cibum: diſperdēs vētoſitates de ſtomacho: ſed nociuū eſt perſonis calidis. Et dixit Gal. in regimine ſanoꝝ. ꝙ piper albū melius eſt ad ſtomachū et magis conferens ſtomacho frigido. Et in libro queſtionum dixit. Si abundans ſumptio fiat de pipere: prouocat vrinam ſi minus ſoluit vētrem: ſicut ſcamonea econtra facit. et de li. Mabal dixit ꝙ piper extenuat corpus: et deſiccat ſperma. idem etiā pluries replicauit de mente Ioannitij: Bimmaſui: et reliquoꝝ veterum ſapientū: quoꝝ dicta breuitatis gratia pretermittemus. Cōcludentes ꝙ in hyeme ⁊ a frigidis perſonis et in frigidis precipue et humidis cibarijs et condimentis conueniens ſit vſus ſpecierū eius: et permaxime cōpetēs pinguibus ⁊ quietis hoīb⁹ qui groſſos viſcoſos ⁊ frigidos humores habent per viā indigeſtionis coaceruatos.

¶ Cap. ccxxviij. oſtendit naturā zinziberis cum iuuamentis et proprietatibus eius in via cibi.

Zinziber: vt inquit Auerro. in. v. colliget. eſt calidū in tertio gradu cū multa ſtipticitate ⁊ humiditate: ideo tardat in calefaciendo corpus qd̄ nō facit piper: q2 calefactio zinziberis eſt a calore corporis: ⁊ permutatio piperis ab eodem: ſicut permutatio lignorum viridiū ⁊ ſiccorū ab igne. Et piper longum eſt ſimile zinziberi: et propterea debet poni zinziber in primo gradu humiditatis. Auicen. vero in. ij. canonis. c.d.ccxl. ſic inquit zinziber eſt ſimile piperi in naturis ſuis: ſed nō ineſt ei in naturis ſuis ipſius ſubtilitas: ⁊ accidit ei vt corrodatur propter humiditatem ſuaz ſuperfluam. ⁊ propter illud calefactio eius durabilior eſt calefactione piperis: et illud eſt ꝓpter ſpiſſitudinē ſuā: calidū eſt in fine tertij ⁊ ſiccū in ſcd̄o: ⁊ in ipſo eſt humiditas ſupflua. Et nutrimentū eius calidū eſt et ſiccū: et nō eſt in ipſo multitudo humiditatis ſupflue eius caliditas eſt fortis: ſed nō calefacit niſi poſt tempus propter illud qd̄ in ipſo eſt de humiditate ſuperflua: et eius calefactio eſt fortis eſt lenitiuū reſolutiuū inflationis. Cū ergo nutritur cū melle accipit quidā humiditatis eius ſuperflue: et exiccat plus digerit: ⁊ cōuenit frigiditati epatis et ſtomachi: ⁊ exiccat humoroſitatē ſtomachi: et qd̄ accidit in eo ex humiditatibus ⁊ comeſtione fructuū: excitat coitū nutritū et nō nutritū: ⁊ lenit ventrē leuiter. licet Alcanzi dixerit immo retinet. Ego autē dico ꝙ cū fuerit a malicia digeſtionis et lubricitate humoris viſcoſi retinet ⁊c. Iſaac etiā in particularib⁹ dictis ait. zinziber calidū eſt et ſiccū in tertio gradu. humiditatē habet: licet ſenſui nō appareat. qd̄ teſtificatur: q2 putredini apparatū eſt. vtile eſt frigidis: ventrē ſoluit: humiditatē deſiccat: digeſtiuaz virtutē adiuuat: et ventrē humectat ⁊c. Hec quoqꝫ fuit Raſis ſententia in. xxij. continētis c.ccclviij. dicentis auctoritate Diaſcoridis. zinziber habet vires calefactiuas ſubuenientes ad digerendū cibum: ſed lenit naturam leuiter: et valet ad ſtomachū et ad obſcuritatem oculorum: et vires eius ſunt vt vires piperis. Deinde dixit auctoritate Gal. in. vj. tractatu quecunqꝫ ſupra diximus de mente Auicē. Deinde ſubiunxit. Et dixit Bimmaſui. zinziber caliduz eſt in vltima parte gradus tertij. et humidum in vltima parte primi. Et ſignificat ſuper humiditatē eius corroſio ipſius et putrefactio eius: confert oppilationibus accidentibus in epate ex frigore ⁊ humiditate ſubuenit ſuper coitū: ⁊ digerit cibū: diſſoluit ventoſitates groſſas accidentes in inteſtinis ⁊ ſtomacho: et lenit naturam: et confert caligini oculorum generat ex humiditate ſi eis imponitur. zinziber etiam conditum eſt calidum et ſiccum: quia mel tollit humiditatem eius: excitat coitum: auget caliditatem ſtomachi ⁊ corporis: conſumit phlegma. Et confert ſenio et phlegmati corpori condominanti. Idem ſimiliter dixit auctoritate Perſi: Sarac: et aliorum. Ex quibus apparet: quod quomodocunqꝫ adminiſtretur corporibus frigidis plurimum iuuet. Conditum enim: vt inquit Meſue in quarta diſtinctione. confert ad frigiditatem. Et mollificationem ſtomachi: et ad maliciam digeſtionis et corruptionem ipſius: et ad eructuationem acetoſam. Et lenitatem viſcerum: et multitudinem ventoſitatum faciens cibum

cito penetrare ad epar et corpus. Et apparet etiam ꝙ puluis eius in condimentis frigidis ſit cōueniēs. Et ſic eſt finis de ciborum et eorum cōdiētium magis vſitatorum pertractatione ad laudē omnipotentis dei patris et filij et ſpiritusſancti. Amen.

¶ Capitulum.ccxxix. oſtēdit quid ſit potus: ⁊ quare hominibus bibere ſit neceſſarium.

Oſtq̄ in ſuperioribus declaratū eſt que: quot: et quanta ſint neceſſario a ſanis in comeſtione obſeruāda: qui etiam cibi faciant ad ſanitatem: et qui minime: et demum quomodo et cum quibus condiendi ſi conditura indigeant. Nunc conſequenter de potu et obſeruandis circa ipſum loquemur: qm̄ non ſolum nobis eſt neceſſarium manducare. vt in.c.xlij. declarauimus: ſed bibere etiam non minus oportet: vt ſatis patere poteſt ex diffinitione potus a Conciliatore poſita in differentia.cxviij. ſic dicēte. Potus eſt res nō naturalis actu humida ciborum in vētre permixtiua: et eorūdem in partes corporis delatiua. Et quia potus multipliciter capi poteſt: vt idē dixit vbi ſupra: non de medicinali potu: ſed de hoc tātum qui nutritione deſeruit intendim⁹: qui neceſſarius eſt ad cibi ſolidi permixtionem: et ad ipſius penetrationē. vt ſenſit Haliabas in.v. Theorice.c.xxix. dicēs. Dico ꝙ potus duarū cauſa vtilitatū neceſſarius fuit. Altera eſt vt corpus humectaret repleretq̧ locū carū que diſſoluuntur humidarum ſubſtātiarū. Altera vero vt cibum tranſmittat: et ad omnia perferat mēbra corporis: ⁊ illi preſtet tenuitatē qua eius facilitef tranſmiſſio per meatus et vias ⁊c. A quo videt Iſaac accepiſſe in particularibus dietis.c. de aqua cū inquit. Potus et aque neceſſitas eſt: q: portat cibū per totum corpus cum ſui ſubtilitate et liquore diſſoluēdo et attenuando ipſum vt poſſit venas penetrare: ⁊ ceteras vias corporis: et poſſit bene digeri: quod equidem non fieret niſi liquor potabilis ſolido cibo comeſto admiſceretur: vt noſter etiā probat Padubanenſis loco allegato dicens. Permixtio et vnitio ad digeſtionem ordinatur: et hec ad nutritionem ⁊ tandē ea in ſalutis conſeruationem. Permixtio autem elegantior fit cum ſimul comeditur ⁊ bibitur: eo ꝙ cibū groſſioris ſubſtantie oportet ad bonam commixtionem ſubſtātie liquide admiſceri: vt mixtio indicat elementorum diuerſarum naturarū exiſtētium. Et etiā quia digeſtio eſt perfectio a proprio et naturali calido econtra iacentibus paſſionibus. vt dixit Ariſtoteles in.iiij. Metheoror. Vbi ergo magis ſaluabitur digeſtionis ratio: perfectior nutritio ſubſequef. Hoc autem eſt in ſimultanea permixtione cibi cum potu: cum amplius contraiacentes adueniant paſſiones qualitatum primarum ſe adinuicem contēperantes. Quod etiam firmatur: quoniam oportet quod digeritur reddi ſimile in ſubſtantia maſſe ptiſanarie. Vnde.j. canonis fen prima. Nutriens cum digeritur fit ſua eſſentia in multis animalium auxilio eius quod ei admiſcetur de eo quod bibitur plerūq; chilus: ⁊ eſt ſubſtantia liquida ptiſane in ſpiſſitudine ſimilis. Cū autem cibus ſit groſſius: vtplurimum et penetrationis tarde: admiſceri ei opus eſt quod eum liquidum reddat et penetrare faciat: hoc tamen eſt potus: ideo bibere fuit neceſſarium ſemper cum comeditur: niſi cibus ita liquidus eſſet vt ſubſtantiam fere potus habeat: cum quo aut non potare aut non ita neceſſe eſt cum ſua ſubſtantia iam permixta ſit et ſubtiliata: vt ſufficiens ſit penetrare. hoc tamen raro cōtingit. Et propterea concludamus ꝙ potus aque vel vini ſit nō modo ad ſanitatis: ſed etiā ad vite conſeruationem neceſſarius pluribus etiam alijs de cauſis: ſed que dicte ſunt breuitatis gratia ſufficiant. Verum quia licet bibere neceſſarium ſit et vtile: vt diximus multotiens: tamen eſt cauſa egritudinis atq̧ mortis perſaccideus cū indebitū fuerit: ideo dicendū eſt deinceps que et quot circa potum: ſi ſalubris dici meretur: debeant obſeruari: vt vnuſquiſq̧ etiā ſine medico aſtante ſuam per ſe poſſit ſanitatem conſeruare.

¶ Capitulum.ccxxx. oſtendit ꝙ ſtomacho ieiuno nequaq̄ ſit bibendum propter nocumenta que inde ſequuntur.

Icet per ſe aliquid ſit iuuatiuum ad ſalutem: per accidens tamen pōt eſſe nociuū pernecans et mortiferū: vt in pleriſq̧ eſt videre de numero quorū eſt potus qui in hora non competenti propinatus: plurima facit nocumenta cū tamen de ſe iuuatiuus ſit vtilis et neceſſarius: et ob hanc cauſam precipitur a ſapientibus vt cū ſtomachus vacuus fuerit ⁊ ieiunus nō bibatur potus aliquis ſiue vinum ſiue aqua fuerit niſi forſitan gratia medicine: ſed nos hoc in loco intelligimus de potu aſſumpto gratia nutrimenti. Et ꝙ ita ſit apparet per Auicen. in tertia primi doc.ij.c.viij. ſic dicentem. Scias ꝙ bibere aquā cū aliquis eſt ieiunus ⁊ poſt exercitium ⁊ balneationem ⁊ proprie vētre vacuo vehementer eſt impediens ⁊c. Et poſt aliqua ſubdit. Multā quoq̧ aquā frigidam bibere eſt malū: qḋ ſi vehemēter neceſſariū fuerit: ſit poſt ſufficientē comeſtionē: ⁊ iterū in pceſſu magis ait. Amplius ſapiēs ſibi prohibere debet ne ieiunus vinum bibat aut anteq̄ mēbra in hūectatis aq̄ reficient: aut poſt motū fortē: quoniam hec duo magnū cerebro faciūt nocumentum et neruis: et ad ſpaſmū perducunt: et ad amentiā: aut in egritudine aut in tempore calido. Quod etiā voluit.xj. tertij tractatu ſecundo.c.viij. cū inquit. Cū vacuitas et fames adeſt: non approximetur ei vinum purum: quia fortaſſe accidet ex eo commixtio rationis ⁊ ſpaſmus. Et in parte ſecunda canticorum textu commenti.xxxiiij. ſimiliter dixit. Non eſt bibendum in ieiuno ⁊c. Cuius rationem poſuit



Auerrois in cōmento dicens. Quoniam potus vini eſt nociuus in ieiuno. eo ꝙ vinum habet potentiam percutiendi neruos et nocendi eis. Que fuit ſentētia Raſis in quarto Almanſoris.c.v. cū ait. In potationis regimine obſeruanda eſt regula: ne aquam ieiuni vel ſuper menſam niſi poſtq̄ comederint et ventris ſuperiora alleuiata fuerint: ſumere preſumant ⁊c. Et infra ſubiunxit. Nullus etiam ieiunus aquam bibere debet: niſi qui magnum habet ardorem ⁊c. Et poſtea ſubdit. Homo autem famelicus et vacuus vinū bibere non debet: neq; poſt cibum acutum: neq; poſt balneum: neq; poſt motum fortem ⁊c. Et ideo dicebat Galie. in ſecundo aphoriſmorū cōmento.xxj. Si quis famelicus vinum ante cibum acceperit: cito in ſpaſmum et mentis alienationem incidit. Non eſt igitur ſtomacho vacuo bibendum gratia ſcʒ nutritiōis vt diximus. Gratia vero medicine: vt etiā inquit Cōciliator in differentia cxviij. ante cibum licet quandoq; parum vini abſorbere: cū ſcilicet humores fuerint in ventre frigidi: ⁊ tunc potus ceu vinum parue quantitatis optimum et vetus vt doricuʒ competit: quod ſtomachum mirabiliter ⁊ calefacit et cōfortat eos humores alterando: vt ſirupus faceret. Similiter aquā ſcilicet potare medicine gratia cum ſtomachi fortem ardorem extinguere intendimus: vt ſupra de mente Raſis in Almanſore diximus. Que omnia vera ſunt in non aſſuetis: quoniam in conſuetis non videmus predicta accidentia contingere: q̄uis inanito ſtomacho multum etiam bibant vini quantitatem. Et propterea dicebat Padubanenſis noſter vbi ſupra: ꝙ vt dixit Princeps in tertia primi. Vſus ſunt res extra rationem exiſtentes ceu oſtendunt bibuli pataui: qui conſuetudine deprauata fere illeſi tabernas ante luciferum expoſtulant. Multotiens tamen et ipſi cū ſua conſuetudine repente moriunf: vt Antonius Guarnerius Papienſis teſtatur ſe vidiſſe cū Iacobo forliuienſi eius preceptore ſummo quodā mane bibulū vnū ſtatim mortuum eſſe. quare ⁊c.

¶ Cap.ccxxxj. oſtēdit ꝙ poſt cibū non ſit bibenduʒ anteq̄ ipſe deſcendat de ſtomacho niſi parum. Poſt autem deſcenſum cibi conceſſum ſit bibere copioſe.

Oſſet quiſpiaʒ dicere: vos prohibetis potum in ieiuno: ſed poſt prandiū vel cenam ſi ſitis mihi accideret: poſt vnam duas vel tres horas poſſum ne bibere: cui dicemus de mēte ſapientum minime: et precipue magnam vini vel aque quantitatem: ſed modicū quid: paulatim abſorbendo: vel vt Terentius inquit. Pitiſſando: ſi fortiſſima ſitis ei intolerabilis affuerit concludemus. Et ꝙ ita ſit patet ex verbis Auicen. in tertia primi doc. ſcda.c.viij. dicentis. Poſt comeſtionem multa non eſt bibenda aqua: que inter cibum et corpus ſtomachi ſeparationem faciat: et ipſum faciat natare. Sed expectandum eſt: et non bibendum donec de ſtomacho deſcendat. quod quidem declarat ſuperioris ventri leuitas. ꝙ ſi ſitis ei neceſſitatem fecerit modicum aque frigide ſugendo ſumat: et quanto plus fuerit frigida: tanto minus ex ea ſufficit. et hec quidem quantitas ſtomachum alleuiat et colligit. Et in.c.viij. eiuſdem ait. Scias ꝙ ſiti mēdoſe nocturne obedire: quemadmodum crapulatis accidit et ebrijs ⁊ cum natura in digerendo ſtudet ſacietate aque iam ſufficienter precedente vehementer eſt impediēs. Et ſi multa quidem fuerit neceſſitas: oportet vt aere frigido temperetur: et collutione oris ex aqua frigida. Deinde ſi hoc non ſuffecerit: cū vaſe bibat ſtricti orificij. et poſtea ſubdit. Et ſiti quidem mendoſa impeditus ſcire debet ꝙ dormire ⁊ ſitim tolerare ipſam ſedat: natura enim tunc materiam ſitis reſoluet ⁊c. Et adiunxit, et oportet preterea ne ſitim habēs mendoſam aquam in gurgitando ſumat immo ſugendo: qḋ etiam de vino pariter eſt intelligendū: cū dicat idem in.c.vij. ſuperius allegato. Vinum quoq; poſt cibum eſt ex rebus magis impedientibus quoniā digeritur velociter ⁊ penetrat ⁊ facit penetrare cibū cū nondū ſit digeſtus ⁊ facit hereditare oppilationes ⁊ putrefactionē. Quod ſimiliter voluit Raſis in quarto Almanſoris.c.v. dicens. Si quis aqua cauſa reprimendi ſitim vti voluerit non ad ſatietatem ſed parū ex ea ſumant. Poſtq̄ vero ventris ſuperiora alleuiata fuerint: cibuſq̧ ab eo deſcēderit: ſatiari ex ea vel vino debent: et infra dixit. homo non debet bibere vinū poſt ciborum ſaturitatē niſi poſtq̄ deſcenderint cibi: neq; poſt crapulam. et in libro.xxv. continentis.c.j. cām dictorum expreſſit cū inquit. Quotiens ſequif cibū potus abundans prohibebit ꝙ nō circunferat ſuper ipſum ſtomachū et nō digeratur: vnde ſup cibū ſumatur in potu aqua in quātitate mitiganti aliquā ptem ſitis non in toto: abſtinētia fiat ſitis dū digeretur cibus: ⁊ deinde bibat ad ſuū velle: quoniā tunc ſubtiliabit ⁊ illum ſupportabit. Que fuit ſententia Gal. in libro de diſſolutione continua ſic ſcribentis. Nō oportet vnq̄ ꝙ quis accipiat ex vino multū in principio acceptionis cibi: ne deſcendat cibus cum vino et prohibent digeſtionem propterea ꝙ ſeparet inter ſubſtātiam ſtomachi et inter cibum. ⁊ quādo nō tangit ſtomachus cibum non mutat in ſimilitudinem corporis cōuenientem ſed remanet in ipſo indigeſtus. et debent iſti qui accipiunt cibum cū ipſo ſumere de vino quod ſolū ſedet ſitim ⁊ abſtineant ſe cum quātitate qua poſſint: ⁊ quieſcant donec digeſtio fiat poſtea ſumant de vino prout optauerint. nam ipſuʒ adiuuat ad deſcenſum cibi et ſubtiliat vt penetret et vt ingrediatur venas ſubtiles. hec ipſe ibi. Quod etiam ſenſit in primo Terapentice.c.vj. cum di. Nō oportet bibere in cena ſtatim anteq̄ digeſtus ſit cibus: innatāt enim cibaria bibentibus eis vt non tāgant ea vētris corpus media ſtante humiditate. Si vero ſiticuloſi fuerint: abſtinere eos penitus triſte et inutile paucū autem dandum: vt mitigetur triſtitia ⁊ humilietur ſi

ris. Cū autem bene digeſſerint cibū: concede eis copioſe bibere: vt. ſ. cibus iam digeſtus deferatur ⁊ melius penetret: et nō vt permixtio fiat melior: quoniā illa prius ſufficienter facta fuit. Unde ſciēdum vt etiā notat Conciliator in differentia. cxviij. ꝙ duplex eſt. potus vt propoſito pertinet. Quidā dicitur permixtiuus: vt ille qui vna ſumitur cum alimentis. Alter vero delatiuus: ſicut ille qui exhibetur facta digeſtione in ventre et dimidiata in epate: vt cibum faciat vt diximus penetrare. Quod in conſuetis: et in his qui volunt impinguari conuenientiſſimum eſt. Qui autē nō ſunt aſſueti ⁊ ſufficienter in menſa biberunt: id eis neceſſarium non opinamur.

¶ Cap. ccxxxij. oſtendit ꝙ ſuper quaſdam operationes ⁊ quedam cibaria non ſit bibendum et precipue vinum: licet nec aqua.

Vidimus ſupra ꝙ poſt cibum aſſumptū nō erat bibendum: nunc aūt videamus ſi poſt aliquā rem vel aliā operationē ſit nobis bibere interdictū. Et breuiter dicamꝰ ꝙ poſt exercitium coitum ⁊ balneū a potu ſcd'm illuſtrium antiquorum ſniam oporteat abſtinere. et ꝙ ita ſit apparet per Auicen. in tertia. p. d. ij. c. viij. ſic dicentē. Bibere aquā poſt exercitiū ⁊ balneationē ⁊ proprie ventre vacuo eſt multū impediēs ⁊c. Qd' etiā ſenſit Raſis in. iiij. lib. Almanſoris. c. v. dicēs Debet preterea quiſq; ieiunus: vel poſt balneum: vel poſt coitum: vel poſt fortē motum qui hominis anhelitum frequentē facit: cauere ne multum aque frigide ſubito bibat ⁊c. Et infra ſubiunxit. Homo autem famelicus ⁊ vacuus vinum bibere non debet: neq; poſt cibū acutum: nec poſt balneum: nec poſt fortē motū ⁊c. Cōcludamus igitur hanc primā capituli partē. ſ. ꝙ poſt quoſcūq; motus fortes vinū nec aquā bibere debeamus: quod quidē elici pōt ex ſentētia Ariſto. in v. problematum problemate. xxx. dicentis. Quemadmodum enim poſt laborioſum exercitiū illico non eſt comedendū: vt in. c. xxxj. li. huius declarauimus. pariter nec bibendum ob aſſignatas ibidē cauſas ꝑ Paduanenſem noſtrum: quas qui videre voluerit allegatum capitulum percurrat ⁊c. Obſeruandum eſt pterea ꝙ vinum precipue ſuper mala cibaria non accipiatur: niſi forſitan gratia medicine ⁊ corrigende illorum malitie in pauca ſumptorum quantitate vt ſuperius diximus cum de fructibus loqueremur. gratia enim nutrimenti tunc medici non concedunt vinum accipere fundati ſuper ſententia principis in. iiij. p. doc. ij. c. viij. dicentis. Vinum quidem poſt quodlibet cibariorum bibere eſt malum. Et ſubdit cauſam aſſignando dicens Quoniam ſupra cibum mali chimi bibere vinū dum comeditur: aut ante aut poſtq̄ digeritur. eſt malum: quoniam facit malum chimum in extrema corporis penetrare ⁊ ſimiliter ſuper fructus et ꝓprie melones ⁊c. Et in parte. ij. canticoꝝ textu cōmenti. xxxiiij. ſic etiam dixit. Nō eſt continuandꝰ omni die potus vini: nec eſt bibendū in ieiunio: nec etiam poſt aſſumptionē cibi ſubtilis vel acuti. Cuius quidem dicti ratio eſt in promptu: qm̄ acuta cibaria vt allium: cepe: bulbus ⁊ huiuſcemōi ſunt calida valde: vinū etiā ſimiliter calidū eſt ſaltē in ſcdo vt in ſubſequētibus apparebit. Ideo duobus modis nocet. Uno quidā. qm̄ cū acuta malum chimū generant: vt ſupra appuit in ꝓprijs capitulis: vinum facit humorē illū illaudabilem in extrema corporis penetrare. Altero quidē mō nocet qr calidū vinū exiſtens ſup calida mittitur cibaria et inde corporis ſequitur inflammatio: in humoribuſq; grandis alteratio: ⁊ in toto pericoloſa diſcraſia: ad quā febris putrida ſepenumero cōſequitur: aut ſaltē preuia ad ipſam diſpoſitio. Quare poſt hec ⁊ ſup alia huiuſcemodi calida vinum nequaq̄ accipiatur: ſed potius aqua aut vinū aquoſum album paruiſſime potētie quod nature aque vicinū exiſtit: vt in poſterioribꝰ declarabitur: tale nāq; vinū aut aqua ſuper acuta cibaria bibita ſupfluam caliditatē ipſorū remittit vbi vinū potens eam intenderet. Et propterea iuſſit Ariſto. in. xxij. problematū problemate. viij. ꝙ ſup fructꝰ calidos aqua biberet: ſuper frigidos vero vinum bonum ⁊ parum rectificationis gratia.

¶ Capitulum. ccxxxiij. oſtendit nocumenta conſequentia ad multitudinem potus vini ſuperflui et ad ebrietatem.

Non ſolum ſufficit volenti ſanitatem conſeruare ſcire ꝙ ante cibum aut poſt ipſū nō ſit bibendum: ſed oportet etiam vt intelligat quantū cum cibo: dum comedit. bibere debeat: quod qui neſcierit: multis equidē nocumentis ꝑtimendiſq; periculis ſe exponit: ⁊ precipue ſi in nimia potus quātitate peccauerit: queādmodū ſenſit princeps in tertia primi doc. ij. c. vij. cū ait. Vehemēs repletio in qualibet diſpoſitione eſt pernecabilis: ſiue ex comeſtione ſit: ſiue ex potu Quot nanq; homines ſe ſuperflue repleuerunt ⁊ ſuffocati interierunt. Et infra ſubdit. Deterior potus eſt qui temperamētū egreditur et in ſtomacho natat Et propterea nemo debet ſuperflue bibere: tum propter cauſam aſſignatam: tum etiam ne ebrietatē incurreret: quia nihil inimicabilius ſaluti: dicente Haliabate in quinto Theorice. c. xxx. Ebrietas nanq; ſi frequentetur plurimas affert corpori leſiones: quarum alique he ſunt: mentis corruptio: animi attenuatio: virtutum animalium eneruatio: repletionem: ſcilicet venarum et ventriculorum: naturalem ſubmergit calorem: eumq; refrigerat: qua ex re apoplexia ſit paralyſis: eneruatio: obſtupefactio: epilepſia: tremor ⁊ ſpaſmus. A quo videtur Princeps accepiſſe cū dixit in capitulo octauo. Fen et doctrina. prealegatarum. Frequens ebrietas eſt mala: que epatis ⁊ cerebri complexionem corrūpit: et neruos debilitat: et ad neruoꝝ egritudinem perducit: ⁊ ad apoplexiā: et ad mortem ſubitaneam. Vinum nāq; multum in quorūdam ſtomachis in malam choleram rubeā conuertitur: et in alioꝝ ſtomachis in acetum purū: ⁊ eorum amboꝝ nocumentum eſt magnum. Et in prima tertij trac. iiij. c. xiiij. dixit. Repletio ex vino facta nocet valde ſenſibus interioribus. Quod etiam in tractatu. v. eiuſdem. c. v. replicauit. Et in. ij. tertij. c. j. ſic etiam ait. Vinum plurimum et ebrietas multa propter vehementiam mordicationis: et reſolutionem ⁊ acetoſitatem infrigidantem nocet neruis. Qd' etiam ſenſit Auerro. in ſcda parte canticoꝝ. cōmēto. xxxiij. dicens. Vinum habet potentiam percutiēdi neruos et nocēdi eiſdem. Quod licet teſte Gal'. ſit ex magis conuenientibus calori naturali: ⁊ ſit reſpectu eius in gradu in quo oleum eſt ad lumen: vnde ſicut multū ⁊ ſuperfluum oleum extinguit lumen: ſic etiā multum vinum extinguit calorē naturalem. Et ideo perpulchre dicebat Iſaac in particularibus dietis. Quādo vinum prout oportet bibitur: plurima in corpus facit iuuamenta. Sed ſi vſq; ad ebrietatem bibitū fuerit: generabit predictis cōtraria: quia ebrietas rationalis anime lumen extinguit: et ex ipſa beſtialis vis confortatur: vnde permanet corpus velut nauis ſtās in mari abſq; gubernatoribus: et militia indigēs ductore: propter hoc fauet rei non annuende: et laudat quod illaudandum eſt: immo quod diximus ſapiētibus facit. Sed cum in ſtultis ⁊ malignis ebrietas generatur: in primordio facit irrationabilia loqui cū furore: ira: atq; ſuperbia: et mouet eos de loco ad locū vbi ſolent eſſe: et tandem incidunt in adulteria in furiam homicidia et cetera vitia. Ideoq; volētes familiā cuſtodire: oportet vt ſe a vino cuſtodiāt: niſi quod expedit nature ⁊c. Raſis quoq; in. iiij. lib. Almāſoris. c. v. dixit. Frequenti quoq; ebrietate nullo modo eſt vtēdum: malas enim generat egritudines. Que fuit Gal'. ſententia in. ij. de accidenti et morbo. c. iij. dicētis. Cauſa frigidi morbi plenitudo potus erit. Nā plurimum ſit cauſa epilepſie ⁊ percuſſionis ſenſus ⁊ motus aliorum morborum frigidorum. Et in lib. v. eiuſdem. c. ij. dixit. In bibendo vinum puriſſimū qui modum excedunt: tremorem incurrūt: maxime ſi neglectis exercitijs nimia ſe aſſuefaciāt crapuloſitate. Et in ſcdo de febribus ad glauconē ait. Plurima vini potatio quibus multus abundat ſanguis inimica eſt. Et in tertio de complexionibus. c. ij. inquit. Cū multa vini quantitas bibitur: ita ꝙ corpus illud moderari non poſſit et vincere: elongatur ab hoc vt animalis calefaciat corpus: ſed ex eo generantur egritudines que ſunt in vltimo frigiditatis. Potione enim vini ſuperflui fiunt apoplexie: et paraleſes: et epilepſie: et ſpaſmi: et tetani: et multe alie egritudines. Et hoc eſt quod dixerat Ariſto. in. xxx. problematū. problemate primo. ſcilicet ꝙ extinguit caliditas vini ſuperflui naturalem caliditatem: ⁊ hec eſt cauſa omniū predictorum malorum. quo etiam in loco ipſe ſubdit Vinum occupans infrigidatos facit eos ſobrios et taciturnos paulo autem plus potatum loquaciores facit adhuc autem plus rhetoricos et audientes procedentes ad operandum timidos: amplius vero magis bibitum iniurioſos: deinde maniacos: valde autē multum diſſoluit et facit ſtupidos ſicut epilenticos ⁊c. Et ideo caueant omnes et ebrietatem ⁊ multam vini quantitatem: et permaxime qui debile caput habent: ⁊ ſimiliter religioſi: et quicunq; caſte viuere deſiderant ⁊ omnipotenti deo placere. Non enim decet: vt inquit Beda: vino in quo eſt luxuria: inebriari eum qui muſto ſpirituſancti deſiderat impleri: quare et cetera.

¶ Capitulum. ccxxxiiij. oſtendit que ſit vnicuiq; cōpetens potus quantitas: declarando etiam quomodo curanda ſit eius malitia: ſi quandoq; ſuperfluxerit.

In ſuperiori. c. declarauimus ſuperfluam potus quātitatē ſimul cum ebrietate fugiendas eſſe propter nocumēta que poſſent inde contingere. Nunc autem dicamus ꝙ ſi quis omnino ob aliquam cauſam vt propter plurimam ex itinere exiccationem vel aliam huiuſcemodi: multum vellet preter conſuetudinem bibere: hoc ſaltem debet obſeruare: vt tunc parū manducet iuxta principis ſententiā in. iij. primi doc. ij. c. viij. dicentis. Amplius qui multum vinum bibere voluerit comeſtione non repleatur: ⁊ diuretica in ſuo epulo non ponat ⁊c. Et poſtea ſubiunxit. Qui autem vino repleri voluerit: cibo non repleatur: neq; rē tūc dulcem comedat: ſed bibat ſafeam vnctuoſam ⁊ micas vnctuoſas comedat et carnem pinguedine mixtā ⁊ inungatur et non laboret ⁊c. Tutius tamen videtur ad ſanitatis conſeruationem ſcire appetitui ſenſuali imperare: ⁊ debitam potus quantitatem aſſumere. Que autem ſit huiuſmodi quantitas: nō videtur poſſibile aſſignari: cum adeo diuerſificentur homines in complexione: etate: regione: exercitio: conſuetudine: ⁊ huiuſcemodi a quibus ſumitur indicatio in potus quantitate. attamen princeps in. xiij. tertij tractatu primo capitulo. xxix. vniuerſalem dedit de hoc regulam vnicuiq; conuenientem dicens. Summa vini in ſtomacho tanta ſit ne natet ſuper ſtomachum: ⁊ ne rugitum faciat. Quod etiam ſenſit Raſis in quarto Almanſoris capitulo. v. cum inquit. Neq; vini tanta ſumēda eſt quantitas: vt ex ea grauet ſtomachus: niſi aliquis poſt eius potū ſibi medicari velit. Que quidem fuit ſententia Gal'. in. j. terapentice. c. vj. dicentis. Intentio quantitatis in potu quidē eſt: vt nūq̄ nauigent in ventre cibi: et vt fluctuationes nō operent aliquē ſenſum ſicut in cibarijs: maxime quidē ſi poſſibile eſt: vt neq; grauent vnquam in ventre. Hec

igitur eſt debita potus menſura: que ab vnoquoqꝫ diligentiſſime eſt obſeruanda. Si tamen ipſam quis neglexerit: ⁊ ſuperfluitate peccauerit: biberitqꝫ vltra q̄ ei fuerat opportunū: vel plus q̄ opoꝛtebat comederit: neceſſe fiat vt hanc euacuet repletionē: ne forſitan putreſcens ad putridam febꝛē vel alterā grauiorem egritudinē ipſum perducat. Et hoc eſt qđ preceperat Auicē. in loco et. c. ſuperius annotatis cum inquit. Si ex cibo aut vino repletio acciderit ipm̄ euomat: et hydromel bibat: ⁊ poſtea ipſum etiā euomat: deinde os ſuū aceto ⁊ melle abluat: ⁊ faciē aqua frigida ⁊c. Et poſt aliqua ſubiūxit. Scias ꝙ maius nocumētoꝝ vini nō eſt niſi in cerebꝛo: ex ipſo igitur nemo debile cerebꝛum habēs bibat: niſi parum ⁊ mixtū: et ei quidem qui vino impletur melius eſt vt ad vomendum feſtinet ſi facile fuerit: ꝙ ſi nō aquā ſolam ſuper ipſum bibat: aut cū melle: et poſt vomitū in tina balneetur: deinde ex oleo multum inūgatur ⁊ doꝛmiat. Et iterum ait. Si alicuius vinū caput impedierit: minuat ex ipſo: et tēperet ipſum et clarificet: et poſt comeſtionē vtatur talibus qualia ſunt citonia qđ in ſtomacho nocumētum fecerit: ⁊ ipſum calefecerit: comedat ſemina myꝛti toꝛrefacti: aut aliquid in quo ſit ſtipticitas et acredo ⁊c. Multa alia preter hec ponit ipſe et Raſis in. iiij. Almanſoꝛis. c. xij. que remouēt nocumenta vini: que nos impꝛeſentiarū nō ſcribemus: ne pꝛopoſitū noſtrū egrediamur: cū hec ad partē medicine curatiuā magis ſpectare videātur. Sufficit autem hoc in loco concludere: ꝙ qui vult nocumēta vini nō percipere: ab eius ſuperflua quātitate caueat moderate bibendo plus vt nature ſatiſfiat neceſſitati q̄ gule dānoſe voluptati: et ſic nō indigebit alijs medicinis maliciam vini coꝛrigentibus. quare ⁊c.

¶ Cap. ccxxxv. oſtendit ꝙ vinū et quilibet alter potus non debeat eſſe valde infrigidatus.

Quāplures frigidiſſimo potu adeo delectantur: ꝙ guttā vini vel aque bibere nō poſſint: niſi pꝛeinfrigidatus fuiſſet. Qui non cognoſcētes quātum errent: in pꝛoceſſu tēpoꝛis in diuerſas ac malignas cadunt infirmitates. Et propterea hoc in. c. decreuim⁹ pꝛo viribus hunc erroꝛē ipſis manifeſtare: vt a nocumētis ex potu frigidoꝝ accidētibus valeāt ſe cauere. Et ꝙ infrigidati potus adeo ſint ſuſpecti: ⁊ ad ſalutē coꝛpoꝛis periculoſi: apparet per oēs antiquos excellentē frigiditatē vnanimiter deteſtātes. Dixit em̄ pꝛinceps Auicē. in. iij. j. c. viij. doc. ij. Cōplexionibus tēperatis aqua cōueniētioꝛ eſt que frigiditatis foꝛtitudine tēperata exiſtit: et cuius infrigidatio cū niue defoꝛis non fit: qm̄ in niue mala hmōi exiſtit diſpoſitio: ꝙ id qđ ex ea reſoluiť neruis ⁊ mēbꝛis anhelitus nocumētum facit: ⁊ oībus interioꝛibus: neqꝫ tolerat eā: niſi vehemēter ſanguineus: ꝙ tn̄ ſi nō alicui nocumētum ilico fecerit: ſcđm longitudinē dierū faciet: et cū in annis pꝛoceſſerit. Et in. ij. pꝛimi. ſumma de pulſibus. c. xj. ſic etiam dixit. Cum vinū in coꝛpus penetrauerit et fuerit calidum: non elongabitur multum a natura: et accidit velox reſolutio. Quod ſi cū eſt frigidum penetrauerit: fiet ex nocumento quod non fit ex alijs frigidis rebus: qm̄ ille tardantur donec caleſiant: neqꝫ earum penetratio eſt ita velox ſicut iſtius: ⁊ pꝛecipue in coꝛpoꝛibus q̄ hoꝛripilationi ſunt apta. Quod ſimiliter ſenſit Iſaac in particularibus dietis cum inquit. Poꝛro aqua frigidiſſima plurimum eſt neruoꝛum pectoꝛis et inteſtinoꝛum percuſſiua: generatqꝫ doloꝛem in ventre: et ſtricturā in pectoꝛe: ⁊ omnibus inſtrumētis ſpiritus: et crepaturarum in ſuis venis: quam qui aſſuete biberit: incidet ſpaſmum: et mēbꝛoꝛum doꝛmitationem patietur et thetanū atqꝫ epilepſiam ⁊c. Idē quoqꝫ voluit Raſis in quarto Almanſoꝛis. c. v. cum ait. Summopere autem cauendū eſt ne aquam niuis bibant: neqꝫ aquam in menſa accipiāt niſi frigidam: frigida enim cum fuerit: parua ex ea ſufficit quātitas. Ab aqua preterea niuis neruos habentes debiles: quoꝛum ſtomachus et epar frigida ſunt: atqꝫ qui in digeſtione ſua inuenit diuerſitatem: ⁊ cuius anima debilis ac quaſi conſumpta cernitur: ſibi cauere debent. Qui autem carnoſus fuerit: ⁊ ſanguinem multum atqꝫ coloꝛem rubeum habuerit: et illi etiam quoꝛum appetitiua foꝛtis extiterit: nihil ab aqua timere debēt. ſ. ab aqua frigida: ab ea autem que frigidiſſima ſine dubio. Que ſententia colligi poteſt ex Hippocratis. xvij. aphoꝛiſmo particule quinte ſic dicentis. Frigidum ſpaſmos et thetanos facit et nigrioꝛes: ⁊ febꝛiū rigoꝛes ⁊c. Et ex aphoꝛiſmo ſequēti ſic ſonante. Frigidum eſt inimicum neruis. oſſibus: dentibus: cerebꝛo: ſpinali: medulle ⁊c. Ex. xxiiij. quoqꝫ eiuſdem dicente. Frigida velut nix: aut cryſtallus pectoꝛi ſunt inimica tuſſes commouentia ⁊c. Similiter Gal. in. ij. regiminis acutoꝛum commēto. xl. hoc voluiſſe videtur cum ait. Nocumentum aduenit neruis ex omnibus rebus frigidis ī naturis ſuis ⁊c. Plurima quoqꝫ alia pꝛo pꝛeſentis negocij cōfirmatione poſſent adduci: que bꝛeuitatis gratia relinquamus. Id igitur concludemus: ꝙ qui pꝛeceptum hoc non obſeruauerint: immo aquam vel vinum valde frigida biberint: monitus medicoꝛum ſpernentes: ſine dubio expectēt quod eis pꝛomittit Iſaac in. c. xj. dietarum vniuerſalium cum ait. Et ſi frigida vt nix: bibita in coꝛpoꝛibus iuuenum ledere non appareāt: nocumentū tamen eoꝛum paulatim ſe adunat: licet ipſi non ſentiant: ſed exeuntes a iuuentute et ſubeuntes ſenectutem multos et diuerſos moꝛbos incidūt qui incurabiles ſunt: et diu in viſceribus permanent: et articulis ⁊ neruis: quia frigiditas ſemper mēbꝛa percutit debilia et multum ſenſibilia. quare ⁊c.

¶ Cap. ccxxxvj. oſtendit quid ſit vinū: et que de ipſo conſideranda ſint: demū quibus hominibus eius potus ſcđm pꝛiſcos ſapientes interdicatur.



Volentes modo ad ſpecialioꝛa deſcēdere: et iam de potu vini ſermonē facere: rationabile eſt vt quid ipſum ſit pꝛius exponamus cum dicat Ariſto. in. j. poſterioꝝ. Ante omnem demonſtrationem opoꝛtet pꝛecognoſcere quid ⁊c. Dicamus ergo cū Petro padubanenſi noſtro in. iij. pꝛoblematum cōmēto. j. ſic ſcribente. Vinū eſt ſubſtātia liquida ex vuis expꝛeſſa: ex cuius ſuſceptione coꝛpus nutritur: et nutrimētū per partes coꝛpoꝛis illo poꝛtatur. Et in ſui Conciliatoꝛis differētia. lxx. Vinum eſt ſuccus ex vuis maturis expꝛeſſus: et liquoꝛ ceteris nature humane amplius accommodatus: gaudet enim ipſo q̄ maxime cū pꝛopoꝛtionetur eidē magne: cuius cōplexio calida eſt et humida: niſi antiquū ſit et quattuoꝛ annoꝝ et ſupꝛa: tunc enim calidum eſt et ſiccū: vt ibidē dixit Cōciliatoꝛ: et colligi poteſt ex ſentētia Ariſto: in. xj. ꝓblematum. pꝛoblemate. xxxvj. Ipſum aūt vinū plurimū diuerſificatur: et pꝛimo quātū ad ea que ſibi inherēt: et hoc modo in eo quinqꝫ cōſiderabimus: liquoꝛem ſeu ſubſtantiā: virtutē: odoꝛē: ſapoꝛē: et coloꝛē: ⁊ eius ſpecies: de quibus oībus infra dicendum erit: ⁊ hec ſunt que pꝛima pars rubꝛice capituli huius ꝓmittebat.

¶ Quātū vero ad ſcđam: dicimus ꝙ licet vinū in ſe laudabile ſit et iuuatiuū: per accidens tn̄ pōt eſſe nociuū: et pꝛecipue ratione quātitatis ſuperflue (vt ſupꝛa declarauimus) vel ratione ſuſcipiētis indiſpoſiti vt hoc in loco oſtēdemus. Multi em̄ ſunt: vt ſapiētibus viſum eſt: a vino ꝓhibiti: inter quos pueri ſunt ⁊ nutrices infantiū: que nō debēt vino appꝛoximare: ſicut pꝛobat noſter Padubanēſis in differētia. lxx. niſi foꝛſitā gratia medicine: ſed alimēti gratia nequaq̄ et vinū pꝛecipue potēs: de quo intēdimus: oīno debēt euitare: qm̄ vt Pꝛinceps inquit in. iij. pꝛimi. doctrina. j. c. iiij. Vinū pueris nō eſt dādū: et pꝛopꝛie ei qui calide cōplexionis fuerit ⁊ humide: qm̄ nocumentum qđ ex vino timetur: eſt qꝛ ipm̄ eſt cholere rubee in potatoꝛib⁹ generatio eis cito adueniet: et vtilitas que ex vini potatione generatur: eſt vꝛine ꝓuocatio: et humectatio iuncturarū quoꝝ nullo indiget ipſe. ⁊ in. c. viij. ij. doc. eiuſdē inquit. Pueris quidē vinū ad bibēdum dare eſt ſicut ignē igni addere in lignis debilibus. Qđ accepiſſe videť a Raſi in lib. xxv. continētis. c. j. dicente. Infantes ⁊ pueri qui non ſunt etatis xviij. annoꝝ: nō debēt guſtare vinū: qꝛ nō debēt addere ignē ſuper aliū ignē: ſꝫ iuuenes poſſunt ipſo vti cū tēperie ⁊c. Hoc idē ſenſit Haliabas in pꝛimo pꝛactice cū dixit. Nō conuenit pueris vinū pꝛopinari: neqꝫ aſſueſcere ipſi. ⁊ Auerrois in. vj. colliget ait. Scias ꝙ vinum et ceruiſia mala ſunt pueris: eo ꝙ eoꝛum capita replent malo caloꝛe: calefaciunt enim eos: ⁊ mentē eoꝛum perturbant. Que fuit Gal. ſentētia in pꝛimo de regimine ſanitatis dicentis. Eucratus puer vſqꝫ ad plurimum nō debet guſtare vinum: quia bibitum ſufficienter humectat et calefacit coꝛpus: et implet caput vapoꝛibus: et cū omnis immoderātia obſit eis: hec que circa calidum et humidum maxime eſt eis nociua: ⁊ cauſam aſſignans infra ſic ait. Pueri bonis que fiunt ex vino non indigent: et ſolum eius nocumentum percipiunt: nullus igitur pꝛudens id dabit cum nullam inferat vtilitatem: nocumentū vero habens immenſum. Et in libꝛo de virtutibus aīalibus c. x. auctoꝛitate Platonis ſic etiam inquit. Legeꝫ ſtatuimus pꝛimo quidem ꝙ infantes vſqꝫ ad. xviij. ānos penitus vinū non guſtare docentes: quoniā nō opoꝛtet ignē ſuper ignē deriuare offendendo coꝛpus ⁊ animam anteq̄ ad laboꝛes incipiant pergere maniacuꝫ vitando habitum iuuenum. Poſt hoc aūt de vino quidem guſtare moderate vſqꝫ ad. xxx. annos: ab ebꝛietate autē et multo vino penitus iuuenes abſtinere. Et poſt aliqua ſubiunxit. Nullus ſit dux exercitus cum hoc potu: ſed cum potu aque opoꝛtet eſſe hoc tempoꝛe toto: ⁊ in ciuitatibus nūq̄ fieri: neqꝫ illi qui pꝛincipantur illo anno quo pꝛincipantur: neqꝫ gubernatoꝛes: neqꝫ iudices vinū guſtent penitus: neqꝫ quicūqꝫ vult in cōſiliū dignū verba facere: neqꝫ de die neqꝫ de nocte: neqꝫ hoc excogitet facere infans vel mulier neqꝫ aliquis qui intellectū et mentē rectā vult habere hec ipſe. Ariſt. quoqꝫ fuit huius ſnīe dicēs in libꝛo de ſomno ⁊ vigilia. Pueris nō cōferunt vina neqꝫ nutricibus. ⁊ in. iij. ꝓblematū pꝛoblema. vij. cum ait. Pueri nō deſiderant vinū: neqꝫ eo indigēt ſicut viri: ⁊ hoc propter eoꝝ humiditatē ⁊c. Similiter debiles aut infirmos neruos habentibus vinū nocet gratia alimēti potatū qđ in quā quoniā gratia medicine in vniuerſali declinatione pōt cōuenire: vt etiā refert Conciliatoꝛ in differentia. clxxxv. Et ꝙ ita ſit patet per Auicē. in. ij. tertij dicentē. Vinū materias in neruis penetrare facit et plurimū quidē ipſius qñqꝫ aceſcit in coꝛpoꝛibus eoꝛū ⁊ fit acetū: acetū autem eſt ex rebus nocibilioꝛibus eis: vt ideꝫ dixit. ⁊ in. c. xij eiuſdem inquit. Vinum nocet tremoꝛi ⁊ omni egritudini neruoſe: cui⁹ cauſam adduxit Gal. in cōmento. v. libꝛi quinti aphoꝛiſmoꝛū dicens vinū vniuerſaliter implet neruos calidum: ⁊ omne aūt calidū cito perfoꝛat coꝛpus maxime ſi vinū fuerit nō groſſum. vnde qꝛ vinū multū ebibitū ⁊ calidū et cito coꝛpus ꝓfoꝛās ⁊ neruos implēs cito facit ſpaſmū: ſed tn̄ aliqñ in bonitate ſua qđ infirmū eſt reſtaurat. Abſtineant ergo qui dicti ſunt: ⁊ pariter qui debile caput habent: a vini ſoꝛbitione: quoniam eis plurimum nocet: teſte Auicen. in. iij. pꝛimi. c. viij. dicente. Maius nocumentoꝛū vini nō eſt niſi in cerebꝛo: ex ipſo igiť nemo debile cerebꝛū habēs bibat niſi parū ⁊ mixtū. ⁊ in pꝛima tertij. c. xxix. Omnis q̄ cōqueritur de egritudine frigida in capite nocetur a vino ⁊c. Qui aūt debile caput habēt vt plurimū aliqua tali laboꝛāt paſſione. ⁊ in tra. v. eiuſdē. c. x. Vinū purum nocumentum facit in cerebꝛo: qꝛ vehemēter replet ipſum in. c. ſequēti idem dixit. Que fuit etiam Gal. ſnīa in lib. de ſubtiliante dieta. c. vltimo dicentis. Quecūqꝫ vero vinoꝛum ſunt odoꝛifera et calidioꝛa alijs vinis merito tangunt caput: ⁊ hec vitare opoꝛtet eos qui

laborant cephalea vel hemicranea:et alios cephalargicos:epilepticos:et maniacas: ⁊ in ſumma dicendo omnes quibus patitur caput. Concludẽtes ergo dicamus cum Hippocrate in tertio regiminis acutoꝝ ſic dicente. Si dolorem capitis timeas:mentiſqꝫ percuſſionem:ab vſu vini tibi ſummopere cauendum eſt: dandum ergo pro eo tantum aquam: aut vinum palmarum colori ſimile ſine odore aquoſum et plus mixtum: poſt quod etiam aque propinãdum eſt parum quod eius virtutem minuat in capite et in mẽte. hec ipſe. Idem quoqꝫ de alijs prohibitis a vino ſupradictis intelligẽdum eſſe arbitramur.ſ. ꝙ aut aqua aut vino albo planẽ ſi aquoſo naturaliter ⁊ artificialiter: et vt vulgares dicunt paruiſſimo vtantur. quare ⁊c.

### ¶ Capitulum.ccxxxvij.oſtendit quod vinum perfectum ſit et optimum: et quibus perſonis vtile ſit cũ non ſuperfluum accipitur.

IN ſuperiori capitulo viſum eſt quid ſit vinum:et quibus nõ cõueniat hominibus. In hoc autem conſequenter oſtẽdamus quale vinum inter omnia ſit laudatuꝫ ab antiquis : quibuſqꝫ perſonis tale conueniens ſit cum immoderata ſumitur quantitate. Sed iam primum aggredientes dicamus cum Auicen. in iij.primi.doc.ij.c.viij.ſic ſcribẽte. Scias ꝙ ex vinis illud eſt melius quod inter vetuſtatem et nouitatẽ eſt equale ⁊ eſt clarum quod ad rubedinem trahit:bonũ habens odorẽ:equalis saporis: et quod neqꝫ eſt acre neqꝫ dulce ⁊c. Auerrois autem in.vij.colliget inquit. Vinum quod melius reperitur eſt aromaticũ:cuius caliditas penetrare poteſt per totũ corpus:quod ſit ſine amaritudine et ſtipticitate:et eſt illud vinum qđ eſt vinoſum pungitiuum in principio:et poſt delectabile ſine aliqua amaritudine et ponticitate. Que fuit ſententia Gal'.in tertio Techni textu cõmẽti.ccv.dicẽtis. Potus aptus eſt vinum etate quidẽ medium forma vero purum:lucidum: in colore albũ aut ſubrubeum:odore vero ſuaue:in guſtu vero neqꝫ aquoſum omnino:neqꝫ aliquam vehementem qualitatem oſtẽdens:nec ſtipticam:nec amarã:neqꝫ dulcem. Tale igitur vinum optimum inter cetera ab auctoribus commendatur:quod conueniens eſt vnicuiqꝫ vinũ ⁊ eius potum requirenti: ⁊ permaxime ſenibus ſi in debita ſumatur quantitate:ratione laudabilium ſuarũ operationum:ſicut in ſequẽti capitulo apparebit. Verũ tamen ſi ſuperfluam ex ipſo quantitatem ſenes acceperint:non modo eis fiet inutile:verũetiam permaxime inconueniens:cum dicat Iſaac in particularibus dietis. Vinum eſt conueniens omnibus etatibus tẽporibus et regionibus ⁊c. Et poſt pauca ſubiunxit. Decrepitis autem licet optimum videatur ad cõfortanda corpora eorum: et ad confortandum eorum naturalem calorem:et ad excludendam ſuoꝝ humorum ſuperfluitatem: multo minus tamẽ ꝗ̃ iuuenes tolerant vini quantitatem propter defectionem capitis ipſorum et ſuorum neruoꝝ molliciem. Actio ergo vini nõ eodem modo operatur in ſenibus et in iuuenibus et adoleſcentibus. In ſenibus enim ſcđm medicinã:quia calor vini repugnat eoꝝ frigiditati. In iuuenibus vero ſcđm cibum:quia natura iuuenũ naturis ſimilis eſt. Adoleſcẽtibus vero et pueris eſt ſcđm cibum et medicinã:quia calor eoꝝ naturalis licet ſubſtantialiter ſit fortis: nõdum tamẽ eſt in perfectione propter abũdantiã eoꝝ humiditatis:proinde vinum naturali calori dat augmentum et nutrimentũ: ⁊ eorum deſiccat humiditatẽ ⁊c. Que fuit etiã Gal'.ſententia in.v.lib.de regimine ſanitatis dicẽtis. Senes ad multum opus habent vretico vino:quia ſupabundat in eis aquoſa ſuperfluitas. Et infra dixit. Vinũ amplius morans in ventre nullum familiare:neqꝫ vtile ſenibus affert:ſiue fuerit album: ſiue nigrum. Nigrum enim vinum ſenibus non eſt vtile: neqꝫ ante cibum:neqꝫ multomagis alio tẽpore: quia nullũ groſſum vtile eſt ſenibus:qm̃ oppilantur ex eis renes et epar: ⁊ ſplen ⁊c. Rationem quoqꝫ aliã adduxit in.vij. aphoriſmorum commẽto.vij.cũ dixit. Calor naturalis ſenũ congelatus ⁊ extinctus a vino nimio ſuperatur:ſicut flamma a lignis multis ſolet extingui:et lucerna multo oleo ſibi appoſito. Caueãt itaqꝫ ſenes a multa vini etiam laudatiſſimi quãtitate:licet ipſoꝝ nonnulli lac eoꝝ eſſe huiuſmodi vinũ predicent. Quibus hac in re non eſt fides adhibẽda:cum (vt prediximus) vinum ſit eis magis pro medicina ꝗ̃ pro cibo propinandum: et propterea contenti ſint de tẽperata vini et reliquoꝝ omniũ quãtitate. Chryſoſtomum audientes dicentẽ in homelia. Nihil ita virtutẽ deſignat ſicut nõ ſuperfluis vti. Qđ ſi monitus noſtros ſpreuerint:et ad libitum bibere voluerint:non erit cũ eis contendẽdum: cum ſe plus ſapere in omnibus ꝗ̃ iuniores exiſtiment. Sed illud tantum diui Auguſtini ipſis oſtendẽdum eſt dicẽtis. Ille ſe interimit qui precepta medici ſeruare non vult: aut contemnit ⁊c. Qui ſi adhuc in ſua permanſerint duricie: extinctioni propinque commendati relinquantur.

### ¶ Cap.ccxxxviij.oſtẽdit iuuamẽta et vtilitates vini laudabilis in ſpiritus animã et corpus peruenietis.

IUuamenta et vtilitates vini iam dicti in ſuperiori.c.ſi in ſufficiẽti ac moderata bibatur quantitate:nemo equidẽ ſine verborum longitudine poſſet demonſtrare: et ſi minimam etiam illorum partẽ vellet enarrare:quod et mihi non aliter poſſibile videt̃ eſſe: vnde veniam a legentibus expoſco ſi preſens:plus ꝗ̃ alia:capitulum prolongauero:cum intẽdam declarare ꝙ vtilitates vini non ſolum in ſpiritus et corpus: ſed vſqꝫ in animam ipſam ſe extendãt ad eamqꝫ perueniant. Et ꝙ ita ſit apparet per Auicennã in tertia primi.doctrina.ij.capitulo.viij.ſic dicentem. Ex po



tu vini moderato tãtũ clarificatur ingenium: ꝗ̃tum ante alijs vicibus non clarificaretur. Et in primo tertij.tract.iiij.cap.xiiij. Sicut repletio ex vino facta nocet ſenſibus interioribus valde ſic parum ipſius:id eſt moderatus potus dilatat animam et cõfortat ſpiritum:et facit ipſum bonũ. Et in tract.iiij.capit.xix. eiuſdem ait. Cõplexio vini eſt cõueniens ſpiritui ipſum cõfortans. et in tract.v.capit.xj.iterum dixit. Repletio vini valde nocet:ſed parum ex ipſo ſumptum dilatat animã: ⁊ confortat ſpiritum :et acuit ipm : et excuſat a multitudine aque cũ multiplicatio eius ſit nocibilior res. Et in.x.tertij trac.ij.cap.vj.inquit. Vinũ eſt magis oĩbus nutritiuũ ſpiritus. In libro quoqꝫ de viribus cordis.cap.v.ſic ait. In bibentibus laudabile vinum leticia multiplicatur intãtum aliquando ꝙ putãtur ſine cauſa ridere cũ tamen non ſit ita: ſed cauſa eſt:quia vinũ quãdo bibitur moderate copioſum generat ſpiritũ moderate complexionis et ſubſtãtie et vehemẽtis luminis et ſplendoris : vnde ad leticiã valde diſponitur:et idcirco valde letificat. Et hoc nõ ſolũ Auicẽ. ſed Iſaac etiã voluit in particularibus dietis cũ inquit. Non ſolũ bonitas vini in corpore oſtenditur:ſed etiã in aĩa operatur : facit enĩ illam obliuiſci triſtitiã et anguſtiam:datqꝫ ſibi leticiã et confortat eam ad inueſtigandã ſubtilitatem ac difficilem rem:eiqꝫ tribuit ſolicitudinem et audaciaꝫ ⁊c. Que fuit ſentẽtia Gal'.in libro de ſequela potentiarum anime ad cõplexionẽ corporis capitulo.iij.dicẽtis. A triſticia omni et anguſtia alleuiat euidẽter vinũ bibitum:quotidie enĩ hoc experimur .et zeno vt aiunt dicebat. Quoniam ſicut amari lupini infuſi in aqua fiunt dulces:ita ⁊ ipſe a vino diſponebatur. Et poſt pauca ſubiunxit. Theogius enĩ dicebat. Vinuꝫ cum bibitur multũ malũ eſt. ſi vero id aliquis bibat ſapiẽter nõ malũ eſt:ſed bonũ. Vere enim ſi moderate bibatur digeſtioni et diſtributiõi ⁊ ſanguificationi et nutritioni multũ cõfert:et cum hoc animam noſtrã manſuetiorem et audaciorem efficit per mediam videlicet complexionem corporis:qua rurſus ipſam operatur per medium humorum ⁊c. A quibus ſumpſit Raſis cum dixit in.iiij.Almanſoris.cap.xiij. Vinum ſtomachum et epar calefacit : inflationẽ quoqꝫ diſſoluit:cibũqꝫ digerit atqꝫ vrinam prouocat et ventrem ſoluit:et preter hoc animã letificat et gaudere facit:hunc autẽ poſtremũ bonitatis vini modum nõdum inuenimus aliquid ꝙ vicem vini compleat : in alijs autem modis quandoqꝫ reperiri poſſunt quedam vicem vini ſupplentia : licet in his operationibus vino debiliora exiſtant. Vinum itaqꝫ animam letificat.et ideo dicebat Ariſtote.in.xxx. problematuꝫ problemate primo. Omnes vinum multum bene ſperantes facit. Quantũ vero vinum faciat ad corporis confortationẽ patet per Raſim in libro.xxij. cõtinẽtis.capitulo.ccccxlj.dicẽtẽ auctoritate Ruffi. Vinũ auget caliditatem innatam et eã ſuſcitat:vnde exinde digeſtio erit melior ⁊c.et infra ſubdit. Dico ꝙ ſi in modico quãtitate bibitur impinguat conualeſcẽtes et leſos:et inducit appetitum cibi:digerit phlegma: deponit aliquã partem cholere rubee:et cõtemperat quod non deponitur:de eo tollit malitiam ipſius:ſolicitat animam:et inducit eam ad motum:auget prudentiam:prouocat vrinam et ſudorem:infert autem relinquẽtibus illud triſticiam et malum animum et maciẽ:et infrigidat corpus ipſorum:tamẽ omnes vtilitates huiuſmodi ſunt in moderato potu ipſius ⁊c. Et in fine capituli auctoritate Alexandri dixit. Vinum bibitum equale:bonum dabit iuuamentum et magnum in digerendo inducendo nutrimento:in generando ſanguinem et nutricationem : leuem facit animũ ⁊ robuſtum. Patent ſimiliter iuuamenta vini per Haliabatẽ in.v.theorice.ca.xxix.dicentẽ. Vtilitas vini eſt vt cibum deferat:et ad omnia tranſmittat membra:et vt corpus paſcat ac calefaciat ſanguinẽqꝫ augeat:et ſpiritum et calorem cõfortet naturalem et in corpus diſpergat:digeſtionẽqꝫ adiuuet ⁊c. Et in.c.xxx.eiuſdem ait. Vinuꝫ eſt inter opportuniores et meliores ꝗ̃ ſanitatem tuẽtur cauſas:ſi temperato ſumatur modo : et cum opus fuerit.naturalem nãqꝫ confortat calorem ⁊ auget : explicatqꝫ in omnia mẽbra:animã confortat:et ei leticiã affert et gaudiuꝫ et inſegnitiem:audaciam virtutibuſqꝫ addit : humores temperat cholericos:et per vrinam purgat ac ſudorem. Temperat etiam choleram nigram ſua calefactione et humectatione.naturam mollit : membra humectat principalia:corporaqꝫ quibus ſiccitas accidit ex immoderato calore:et ab infirmitate ſurgentium corpora ſuſtollit et corpulẽtat:auget nãqꝫ ciborum appetitum:digeſtionem adiuuat eorũdẽ:et ad membra tranſmiſſionem humiditatemqꝫ ad ea perfert:aque ventoſitatem diſſoluit et inflatiõem. Hec omnia facit ſi in moderata ſumatur quantitate. hec ipſe. Ab his autem princeps videtur accepiſſe cum dixit in ſecundo primi ſumma de pulſibus capitulo.xj. Vinũ ſua eſſentia fortes efficit ſanos:propterea ꝙ velociter probet augmẽtum in ſubſtãtia ſpiritus ⁊c. Et in.iij.primi doct.ij.cap.viij. Vinũ eſt cibo bonus penetrator in toto corpore incidit phlegma et reſoluit ipm: ⁊ cholerã rubeã in vrinaꝫ ⁊ alijs extrahit:et choleram nigrã labere facit et facile exire ⁊ ei⁹ flectit nocumẽtum propter cõtrarietatẽ ⁊c. Et in.iij.primi cap.ij.inquit. Vinũ tẽperate bibitum in humectando eſt forte.et rectificat colorem plũbeum:teſte eodẽ in prima.iiij.tract.iiij.capitu.xij. Similiter Iſaac in vniuerſalibus dietis.cap.viij.ſic ait de ipſo. Vinum augmentat calorem naturalem et cõfortat : cibus vero fatigat ⁊c. Et in particularibus inquit. Vinũ bonũ dat nutrimẽtũ corpori:ſanitatẽ reddit et cuſtodit ſi ſic accipiat̃ ſcđm ꝙ opꝫ: ⁊ quantuꝫ natura valebit ſufferre:cõfortat enĩ ꝟtutẽ nõ ſolũ in ſtomacho:verũ etiã ſcđaꝫ q̃ ẽ ĩ epate. Quare ꝓculdubio phiſici ꝯcordati ſũt:ꝙ ĩpoſſibile ſit actionẽ ꝟtutꝭ digeſtiue ꝯfortari abſqꝫ caloris naturalis fortitudine:neqꝫ vllus ci-

bus inuenitur aut potus qui adeo ſit naturalis caloris cõfortatiuus ⁊ augmẽtatiuus ꝓut vinũ ꝓpter familiaritatis cõſortium qꝺ cum natura habet: ⁊ quia humanis eſt cõueniens corporibus: eius calor ſimilis eſt calori naturali: atqꝫ cito cõuertit in naturalem ⁊ mundiſſimũ ſanguinẽ. vnde Ruffus ait. Uinum nõ ſolum cõfortat calorẽ naturalẽ: verũ ⁊ turbidum clarificat ſanguinẽ: ⁊ aditus totius corporis: ⁊ maxime venaruꝫ aperit: tenebroſam fumoſitatẽ triſticie generatiuaꝫ a corde expellit: totiuſqꝫ corporis mẽbra corroborat. Et circa finẽ ſic ait. Uinũ vniuerſaliter ⁊ temperate bibituꝫ ſcðm etatẽ tẽpus regionem conſuetudinẽ atqꝫ naturã: ⁊ quãtum natura ferre valebit: ſanguinẽ laudabileꝫ augmentabit: ꝓpter ſui naturã liquorẽ calorem ſanguini aſſimilanteꝫ: bonum ſaporẽ cibis ⁊ potibus preſtat: cibiqꝫ deſideriũ excitat: libidinẽ ⁊ coitũ irritat: quia vitalis ⁊ animalis virtus per illud confortatur. et naturalis que eſt in tempore toto temperatur: vigorem et fortitudinẽ ſuſcipit: ſtomachum adiuuat ad cibum retinẽdum et ad feces excludẽdas. cõpoſitiões etiam ⁊ cõplexiões anime et corporis cum ſui odore et mundificatiõe regit et corroborat. quod teſtatur eius actio: qꝛ palam eſt: nã cõſpicimus illud tollere triſticiã et anime ꝓuocare leticiam: ⁊ mutat viciũ nature anime in virtuteꝫ: vertit enim ab impietate ad pietatem: ab auaricia in largitatẽ: a ſuperbia in humilitatẽ: a pigritia in ſolicitudinẽ: de timore ad audaciam: mentis etiã deſidiaꝫ et taciturnitatem ⁊ ignauiã in aſtutiã: facũdiam ⁊ in ingeniũ mutat. Rurſus teſtatur perſos ⁊ elenos ſemper vino vti volentes diſputare: vel cum alio ratiocinari: ſeu conſiliũ dare ad regendã rempublicam: ⁊ cognoſcebant quia vinũ eſt mẽtis confortatiuũ et rectitudinis et veritatis demonſtratiuũ. Eleni quoqꝫ eo vtebantur cũ volebãt verſus cõponere ſeu ludere cũ inſtrumẽtis muſicis arti pertinẽtibus. ꝙ experimento inueniebãt mentẽ eoꝝ acui vino ⁊ rationẽ augmẽtari: et eam in eſſe de poteſtate in actum prouehi: hoc vero fit cũ prout oportet bibitur ⁊c. Et per hoc poſtremuꝫ nulla poteſt inter hec et dicta Platonis ſuperius oriri cõtradictio: ille enim timebat quãtitatem ſuperfluam: hic vero moderatam intelligit. Ecce igitur quot et quanta ſint laudabilis vini iuuamẽta. quare ⁊c.

¶ Cap. ccxxxix. oſtendit ꝙ magnum ſiue ꝙ plurimũ eſſe vini nutrimentũ cũ qbuſdã alijs eiꝰ vtilitatibus.

Licet ex ſuperiori cap. ſufficienter intelligi poſſit quantum ſit in corpus noſtrum vini laudabilis nutrimentũ: ad plenioreꝫ tamen intelligentiã: ⁊ ad grandiorem vini cõmendationem: ſuperiorũqꝫ dictoruꝫ perfectionẽ dicemus in preſenti: ꝙ inter oĩa nutrientia et cito reſtaurantia vinum bonum obtineat principatum: quẽadmodum ex dictis antiquorum colligitur. Dixit eñ Auerrois in ſeptimo colliget capitulo de cibatione et fricatione et balneatione febricitãtiũ. Uinũ et carnes porcine ſunt plurimi nutrimẽti. et infra in capitulo de ſincopi ⁊ ſuis particulis: et de omnibus accidẽtibus impediẽtibus curationem febris inquit. Uinũ digeſtioni citius preparatur omnibus alijs cibis et medicinis: ita ꝙ dicitur ꝙ in ſtomacho non moratur ad digerendum: niſi in epate ſolũ. quod ſenſiſſe videtur Gal'. in ſecundo aphoriſmoruꝫ cõmento decimooctauo dicens in fine. Omnium velociter et ſubito nutrientium eſt vinũ. et in tertio libro de alimẽtis capitulo antepenultimo ſic ait. ꝙ ex nutrientibus ſit vinum oẽs confitẽtur: et ſi nutriẽs omne alimẽtum eſſe dicendum eſt: dicendum eſſe et alimẽtoꝝ vinũ. et in tertio libro de complexionibus, capitulo ſecundo dixit. Hec quidem res omni cibo cõmunis eſt: vino autem proprium exiſtit a corpore permutari velociter: quemadmodũ proprium eſt pingui ligno tede pini et coto et ſtupe et pici velociter ab igne reſolui. et in cap. ſequẽti inqt. Uinũ nõ eſt calidum potẽtia: niſi qꝛ in ſanguinẽ cito permutatur et facile. Et ꝙ ita ſit ſcilicet ꝙ vinũ plurimum nutriat: dedit nobis ſignum Ariſtoteles in. xxvij. problematũ problemate quarto dicens. Amici vini vt frequenter fortes fiunt. et in tertio corũdem particula ꝓblemate primo dixit. Uinum venereos facit: et recte dicitur Bacchum ⁊ venerẽ ſimul eſſe: qꝺ ꝓfecto nõ eſſet ſi plurimum ex vino nutrimentum non reciperemus. Habemus ergo inter ceteras hanc potiſſimaꝫ et nobis neceſſariã ipſiꝰ vini vtilitatẽ: ⁊ ꝓter hãc alias quoqꝫ ꝙ plures: tẽperat enim noſtri corporis humores: quẽadmodum voluit Gal'. in. vij. aphoriſmoruꝫ cõmento. lvj. dicens. Uinum tẽperatum totum corpus calefacit membra perforans: humores temperans: et calorem naturalem excitans. et in. iiij. de regimine ſanitatis. c. j. dixit. Uinũ ſuper omne illud digerit ſemicrudos hũores et ſudores: ⁊ vrinã ꝓuocat ⁊ ſomno cõfert. et in libro. ij. de accidẽti ⁊ morbo. c. iij. inquit. Si vinum ſumat tẽperate calorem naturaleꝫ augmẽtat qm̃ cõſimile et cõueniens eſt ei. Et ꝓpterea ſcripſit Yſaac in particularibus dietis. Antiq aſſimilauerũt vinũ tyriace magne: quia inuenerunt ipſum duarum cõtrariarum rerũ eẽ iuuatiuũ: calefacit eñ frigida et infrigidat calida: humectat ſicca: ⁊ extenuat humida: eius tamẽ calefactio ⁊ deſiccatio eſt naturaliter: humectatio aũt et infrigidatio accidẽtal'r: quia cum ſui ſubtilitate et perforatione portat aquã ad membra que neceſſe eſt refrigerari et humectari ⁊c. Habet preterea vinum non ſolum humores temꝑare: ſed etiã malos expellere: et bonos conſequẽter purificare. Qm̃ vt dixit Auicen. in. iij. primi doctri. ij. c. viij. Uinũ cholera abundãtibus rubea confert: propterea ꝙ cholerã rubeã vrinã ꝓuocãdo expellit: ⁊ humidis etiã cõfert: ꝓpterea qꝛ humiditates maturat: et quãtomagis eius odor fuerit bonus et ipm̃ fuerit meliꝰ ⁊ ſaporis melioris: erit magis ꝯferẽs. Que fuit



Gal'. ſentẽtia in primo de regimine ſanitatis dicẽtis: Uinum iuuenibus quidem aptum eſt ad euacuationem cholericarum ſuperfluitatum ⁊c. A quo ſimiliter ſumpſit Auerr. in. vj. colliget. c. de regimine corporis temperati dicens. Uinũ et ceruiſia duabus reſiſtunt choleris: et eas a corpore expellũt: melancholie vero a tota ſpecie reſiſtũt: ſed choleram rubeã per vrinam educunt: et mẽbra humectant: in quibus ſiccitas ſuperuenit ⁊c. Ex quibus ergo cõcludere poſſumus vini bonitates et iuuamenta: dicentes cũ Yſaac in particularibus dietis ſic ſcribente. Patet ergo iuuamẽtum vini animam et corpus vna cõprehendere: quod cum ita ſit: neceſſe eſt vt ſit conueniens omnibus etatibus: temporibus: ⁊ regionibus: cum ſumptum fuerit ſcðm vim et cõſuetudinẽ bibentis ⁊c. Et poſt aliqua ſubiunxit. Palã eſt ergo vinum eſſe bonũ omnibus ſi ſcðm ꝙ oportet accipiatur: quod nullus phyſicus aliquibus hominibus ſeu tẽporibus laudat: nec vituperat niſi ſcðm quantitatem quã bibũt vel commixtionem aque cũ eo: quia ſi multũ ⁊ purum fuerit conuenit hyemali tempore et in frigida regione. In eſtate vero calidaqꝫ regione vini paucitas multumqꝫ commixti neceſſario congruit.

¶ Cap. ccxl. oſtendit nocumenta vini aquati: et proprie per commixtionem aque in menſa cum vino puro: vt veneti pluresqꝫ alij facere conſueuerunt.

Quia in calce ſuperioris capituli mentionem fecimus de vino cum aqua cõmixto: quod in eſtate precipue videtur conuenire eo ꝙ refrigerat et humectat propter aquã cum eo permixtã: tum etiã quia repugnat aereo calori ne prenimia continẽtis caliditate ſiccentur corpora: et hoc quia vinũ portat aquã cũ ſui ſubtilitate ad totius corporis mẽbra ⁊ valde velociter: vt Yſaac inquit in libro particulariũ. Sup quo dicto ſe fundatus quiſpiã facile poſſet opinari ꝙ quilibet ſemper ⁊ vbiqꝫ ſecure hoc facere poſſet: quẽadmodum quoſdam viros fortiſſimos multe carnis et magni laboris robuſtorumqꝫ interioꝝ id in eſtate ſine aliquo penitus nocumento facere videmus. Qui ſic exiſtimans plurimum deciperetur: cum ita nõ ſit quemadmodum crederet: nec id Yſaac voluiſſe putãdum eſt: immo pleriſqꝫ tale permixtũ vinũ exhibituꝫ permaxime noceret. Et ꝓpterea in hoc capitulo decreuimus duo precipua declarare: quoꝝ primum eſt: qui ſint ab hmõi potu prohibiti: ⁊ ſcðm que nocumẽta proueniãt ex ipſo ſi omnino bibere voluerint. Dicamus ergo ꝙ qui imbecillis ſtomachi fuerit vel cerebri talem vini commixtionẽ pre ceteris debet cauere: qm̃ vt dixit Auicẽ in. iij. j. doc. ij. c. vinũ mixtũ velociꝰ inebriat ꝓpterea ꝙ aqueitas penetrat: ⁊ facit ipſum vinũ velocius penetrare: atqꝫ fortius. que fuit etiam ſnĩa Ariſto. in. iij. problematũ particula ꝓblemate. iij. dicẽtis. Uinũ cũ aqua tẽperatũ ꝓpter eius ſubtilitatem magis inebriat: et ꝓpterea qui debile caput habent in primis debẽt hmõi pretermittere. Similiter qui debiliũ viſcerũ extiterint: qm̃ inteſtinis ⁊ ſtomacho talis potus ꝙ plurimũ nocet: vt patet ꝑ Auicen. in. xvj. iij. trac. iij. c. vj. dicẽtẽ. Uinũ plurime cõmixtionis preparat inteſtina ad colicã vẽtoſam proprie. Apparet etiã per Gal'. in. ij. regiminis acutoꝝ cõmento xxviij. dicentẽ. Uinũ aquatũ cõmixtum debilitat ſtomachũ: verũ bibere quãtitatẽ paruã ex eo eſt conueniẽs ſtomacho q exiccatus eſt. Et in cõmẽto. xxxiiij. eiuſdem inquit. Uinũ aquatũ cõmixtũ mollificat ſtomachũ: humectat eũ: debilitat ipm̃: ⁊ generat in inteſtinis ventoſitatẽ. Sicut vinum purũ facit ſaltũ in tẽporibus: ⁊ grauitatẽ in capite: ⁊ ſitim ꝓpter ſui caliditatẽ: ſic aquatũ facit cõtrarium earum propter humiditatẽ ſuam et frigiditatem. Et propterea cõcludẽdum eſt ꝙ qui debilẽ ſtomachũ aut frigidũ habuerit omnino: ſicut ⁊ debilia habentes viſcera: debet vinum cõmixtũ nõ accipere: ſed illud fortioribus medicine gratia derelinquere qui ſecure ipo quãqꝫ dicta ratione poſſunt vti: et precipue in eſtate et regione calida: teſte Yſaac vbi ſupra. Ipſis eñ has facit operationes. Primo nãqꝫ facit eos melius dormire: dicente Auicen. in. j. iij. trac. iiij. c. xviij. Uinũ plurimũ commixtũ humectat: ⁊ dormire facit. Et in. xiij. tertij tracta. j. c. xvj. inquit. Uinum mixtũ ſcðm mediũ mundificat: abluit et cõfortat: facit preterea ſudare vehemẽter preſertim ſi fuerit album ſubtile multa cõmixtione permixtũ: vt idem etiã dixit in prima quarti trac. ij. c. xxxix. Confert etiam ad ſedandã ſitim plus ꝙ vinũ aut aqua ſimplex. vt voluit Gal'. in primo de ſimplici medicina diſtinctione. iij. c. vj. cũ ait. Si bibatur aqua cũ vino ſedabit ſitim plus ꝙ ſi bibatur ſola: qm̃ vinum adiuuat aquã ad penetrandum: ⁊ facit ipſam peruenire ad loca ad que ſola nõ peruenit. His itaqꝫ de cauſis vino cõmixto poſſunt vti qui ſtomachũ vel interiora imbecilla nõ habuerint: et qui colicam pati vel aliã huiuſcemodi paſſionẽ ex facili cauſa nõ cõſueuerint habere. Quare cõcludamus ꝙ qui cum predictis cõditionibus iuuenis fuerit: carnoſus: in media eſtate cõſtitutus arte laborioſus ⁊ potui cõmixto cõſuetus: vt prehabita conſequatur iuuamẽta: ſecuriſſime vinum cum aqua permixtũ poterit accipere: qui vero diuerſus fuerit minime. Quemadmodũ ex prima quarti et ex pluribus Gal'. voluminibus colligi poteſt. Ideo ⁊c.

¶ Cap. ccxlj. oñdit vtilitates ⁊ iuuamẽta vini aquoſi et ſubtilis naturaliter: et ꝙ ipſum quibuſdã ſanis et febricitantibus plus conueniat ꝙ aqua ſola.

Quia ĩ ſuperiori. c. de vino aquoſo artificialiter ⁊ ex tpe facto diximus: nũc de naturaliter aquoſo ⁊ ſubtili verba facere intẽdimus: et declarare ꝙ ipm̃ plus ꝙ aqua calidis corporibus et febricitãtibus con-

ueniat: et propterea quidam ignari medici pecunijs tantummodo intenti: et nunq̃ bonum aliquē librorum aperientes: loco aque huiuſcemodi vino vti deberēt: cum tamen oppoſitum faciant plerūq; perducentes infirmos nō ſolum ad ſtomachi: ſed ad totius corporis debilitatem et virtutis eius proſtrationem. Qui ſi vnq̃ preſens legerint capitulum: facile poterunt ſimul et errorem ſuum et dānum egrotātium intelligere. Verū ne et ipſi nos reprehendāt: dicamus aperte qḋ ſit vinum illud quod plus q̄ aquā cōmēdamus febrientibus: nō enim quodlibet vinum ſic abſolute ad id approbamus: ſed id tm̄ de quo loquit̃ Gal'. in lib. de vinis cū ait. Vinū aquoſum nomināt homines id qḋ aſſimilāt ſcḋm colorē et cōſiſtētiam aque: diaphanum em̄ eſt et lucidum et purū ꝛ cōſiſtētia ſubtile: et guſtāti videbitur nullum fortē ſaporem habere: et cū cōmiſcetur cū aqua nō tolerat aque multe mixtionē: vnde ab antiquis pauciferū vocatū eſt. Et iſtud etiā eſt de numero illorum de quibus infra dixit. Aquoſa vina inueteraſcunt: quoniam faciliter aceſcunt. Cuius vini ꝓprietates et operationes ipſe in. ij. aphoriſmorum commento. xj. manifeſtauit cum inquit. Vinum aquoſum et ſubtile atq; albū naturaliter eſt aque vicinum: et illius virtuti vicinatur ad nutrimētum: vnde vrinā prouocat: nec corpus inde nutritur niſi paruiſſimum. Et in. v. Terapētice. c. ix. dixit. Vinū aquoſum bibitum vniuerſas mouet excreationes. Et in libro de euchimia. c. viij. ſimiliter tetigit iuuamētum eius de vrine prouocatione cum ait. Quecūq; vinorum ſunt aquoſa et ſubtilia ſcḋm cōſiſtentiam vrinam mouentia pauciſſimū nutrimentum dant corpori. Et infra ſubiunxit. Meliora vina ad vrinationem ſunt que ſubtilia exiſtunt: et caput minime tangunt ꝛc. Et ꝓpter omnes has cauſas calefactis corporibus et febrientibus ſunt cōuenientia. et eo magis ꝙ vt Princeps ſcripſit in. x. tertij trac. v. c. j. Vinū aquoſum eſt cōfortās virtutem plus q̄ aqua: et in potu eius ſunt inciſio ꝛ ſubtiliatio. Et in. xiij. tertij trac. j. c. xxix. Vinum ſubtile declinans ad ſtipticitatem parum tolerans commixtionem propter aquoſitatem ſuam facit penetrare cibum: et viuificat virtutem: et excuſat a potu aque frigide faciētis triſtari et iraſci ſuo frigore. Et in prima quarti tracta. j. c. xxxix. expreſſius ſic dixit. Vinum album ſubtile commixtum eſt melius febricitantibus q̄ aqua propter illud quod eſt in eo de ſudatione et prouocatione. Et infra ait. Vinū fractum per commixtionem confert febricitātibus cholerice in declinatione preſertim: qm̄ infrigidat et humectat vehemēter. Hoc quoq; ſenſit Iſaac in particularibus dietis dicēs. Vinum album ꝛ aquoſum ſecurius datur febricitantibus cum facile fumo ꝛ ſudore egrediatur. Et poſt aliqua ſubdit. Vinum ſubtile aquoſum ſemper inuenitur cum albedine ꝛ claritate: vnde facile eſt ſtomacho: cito enim digeritur ꝛ venas perforat vrināq; prouocat: ideoq; vtile eſt febricitantibus: quia non fortiter calefacit: neq; mētem percutit: nullum etiam cerebro vel neruis infert nocumentum. Si vero fuerit mixtum: erit melius maxime ad extinguendum ſitim. Et iterum infra ſubiunxit. Vinum quod eſt ſubtile debile inſipidum: et nullam ſuſtinens cōmixtionem: minus ceteris calidum eſt faciliorisq; digeſtionis: ꝛ cito venas omneſq; corporis penetrat poros et velociter expellitur: proinde minus eſt ceteris nutribile: et plus alijs infrigidat: et calorē et ſitim extinguit: ꝛ vrinam prouocat ꝛc. Iſtud etiam voluit Auerrois i. vij. colliget. c. de febre ephimera in ſpeciali dicens. Vina aquoſa alba oībus iſtis. ſ. febricitantibus vtilia ſunt ſi bibere aſſueti fuerint: ita ꝙ poſt digeſtionē bibātur. nā plura habēt iuuamēta q̄ aqua: nam vinū natationē cibi in ſtomacho vetat: vētoſitatem reſoluit: vrinam prouocat et ſudorē: animā letificat: et adiuuat naturam ad expellendū ſuperfluitates ꝛc. Et fuit ſent ētia Gal'. in. iij. regiminis acutorum cōmento. x. dicentis. Conueniētius ex vinis omnibus ei qui habet egritudinē acutā eſt vinum aquoſum: et hoc vinū eſt cuius color eſt albus et eius ſubſtātia eſt ſubtilis: et nō oſtēdit̃ in eo ſtipticitas: neq; ponticitas: neq; aſperitas: neq; dulcedo: neq; amaritudo: neq; ventoſitas eſt ei: qḋ eſt quia hoc vinū ſolū inuenitur priuatū nocumētis que proueniunt ex potu aque et omni malicia. quod reperi in multis locis italie et aſie. hec ipſe. Et in. ij. Terapētice. c. iij. dixit. Vinum quod aquoſum eſt viſu et virtute melius em̄ eſt q̄ aqua per omnia digeſtioni auxilians ꝛ ſudores prouocans. Et in quarto de regimine ſanitatis. Vinum ſuper omne aliud digerit ſemicrudos humores et ſudores: ꝛ vrinā prouocat: ꝛ ſomno cōfert. Et in libro de euchimia. c. vbi ſupra inq̇t. Vinū aquoſum eſt bonum ad eductionē que eſt ex pulmone virtutē roborās: et humores humectās ꝛ incidēs moderate: ꝛ febricitantibus impericuloſius dat̃ alijs vinis: et em̄ malicias aque et vini effugit: multotiens capitis dolores ſedat propter fientes in vētre humores. Pertranſeo ꝙ vinum purum ſubtile nedū aquoſum quartanarijs ſit conueniens. teſtib⁹ Auicen. in prima. iiij. tractatu. iiij. c. xij. et Raſi in. x. Almanſoris. et Auerr. in. vij. colliget. Et igitur quantum febrientibus ſit vinum conueniens et precipue corpore purgato et febre iam declinante: quoniā in principio nequaq̄. Cōſiderata tamen conſuetudine bibendi vinum: et hac noſtra frigida regione viniq; aquoſi: ſuperius etiam in acutis laudati multitudine: deberent hi noſtri medici equiuoce patientibus non acute: vinum tale potius q̄ aquam coctam vt faciunt concedere: et tanto magis q̄ veteres preallegati in calidis regionibus exiſtentes: et vinum bibere non aſſueti id potius q̄ aquam calidarum hominibus complexionum et acute laborantibus condonauerint. quare ꝛc.

¶ Capitulum. ccxlij. oſtendit naturam et operationes vini albi planenſis clari et ſubtilis in conſiſtentia.



Et narrationē de vino ſubtili complecam⁹ de albo et planenſi vino ſermonem faciamus: ꝛ naturā eius et virtutes oſtendamus: vt eo libenter vtentes: et ipſum pre ceteris ſanius exiſtimantes: intelligant quantum a via deuiēt veritatis: cum ipſum non ſolum bibant. ſed omnibus alijs tanq̄ melius precioſiuſq; cōmendēt. qui profecto nō cognoſcūt ꝙ huiuſmodi minime faciat ad ſanitatis conſeruationē: cum parum admodum ab aqua differat: vt ſenſit Haliabas in. v. Theorice. c. xxx. cum ait. Vinum album eſt aque ſimile. quod minus reliquis omnibus calidum eſt. et fuit Gal'. ſententia in ſecundo aphoriſmorū cū cōmento. xj. dicentis. Vinum aquoſum et ſubtile atq; album naturaliter eſt aque vicinum et illius virtuti vicinatur ad nutrimētū: vnde vrina ꝓuocat̃: nec corpus inde nutritur niſi paruiſſimum. Et in tertio regiminis acutorum cōmento. viij. Vinū album eſt minoris calefactionis oībus vinis. Quod etiam ipſe voluit in tertio alimētorum. cap. antepenultimo di. Omnibus vinis minime nutriūt q̄ alba q̇dē colore: ſubtilia autē cōſiſtētia cōſimilia aliq̄liter entia aq̄s. Et ꝓpterea dicebat princeps in tertia primi doctrina. ij. cap. viij. Vinum album ꝛ ſubtile calefactis eſt melius: nō enim capitis efficit dolorem: ſed fortaſſis humectabit: et dolorem capitis alleuiabit qui ex ſtomachi ardore prouenit. Et in doctri. iij. eiuſdem capitulo tertio ſic etiam inquit. Vinum album et ſubtile eſt pauci nutrimenti: et datur loco aque. Similiter Auerrois in parte ſecunda canticorum cōmenti. xxxv. dixit. Vinum album eſt melius cui accidit ex potu vini dolor capitis: necnō ſupercalefactio: eſt enim propinqui⁹ ex eius nature aque. Et ideo princeps Auicen. in textu cōmenti. xxxvij. eiuſdem concluſit. Tempore eſtiuo ſumendum eſt vinum album et aquoſum: eo ꝙ ſit ſubtilitati et ſimplicitati ꝓpinquius ꝛc. Huius quoq; ſententie fuit Iſaac in particularibus dietis cum ſcripſit. Palam ergo intelligimus vinum album et nigrum eſſe minus ceteris calidum: ſed album magis q̄ nigrum humiditati pertinet pro ſui ſubtilitate et aquoſitate ſibi dominante: et groſſitate atq; terreſtreitate nigro dn̄antibus ꝛc. Et poſt aliqua ſubiūxit. Nō inuenim⁹ vinū ſubtile ꝛ aq̄ſum: niſi albū et albedini vicinū: ꝓpter hoc albū eſt ſubtilius: minuſq; cōmixtionē ſuſcipit: eſt ꝛ ſenſu facile cito digeſtiuum: et velociter venarū pforatiuum: ꝛ vrine ꝓuocatiuū. parū tn̄ nutrit ꝓpter ſuā leuitatē: vn̄ cito in caput aſcendit et facit ebrietatē cito diſſoluēdā. Nigrum ꝟo ꝯrium facit. Et infra ſic etiā inquit. Albo vino pertinet defectio odoris et ſaporis: nullam ſuffert commixtionem: et raro inuenire poſſum⁹: vt ſit dulce vel pōticum ꝛc. Et quia ſubtile eſt debile et inſipidum et nullam ſuſtinens commixtionem: minus ceteris calidum eſt faciliorisq; digeſtionis: et cito venas oēſq; corporis poros penetrat ꝛ velociter expellit̃: ꝓinde minus eſt ceteris nutribile: ꝛ plus alijs infrigidat: et calorem et ſitim extinguit: et vrinam prouocat. Ex quibus patet ꝙ tale vinum ſit magis febricitantibus: aut valde ſupercalefactis vtile q̄ ſanis nutrimento indigentibus et nō caliditatis extinccione. Et ideo cōcludere poſſumus ꝙ vinum albū planēſe et ſubtile proprius via medicine q̄ via nutrimēti vel roboris ſit propinādum: licet oppoſitum ſentiant aliqui delirantes: vt diximus. quare ꝛc.

¶ Cap. ccxliij. oſtendit naturam ꝛ proprietates vini citrini et potentis: q̇buſq; perſonis ipſum cōueniat.

Vlgares vinū citrinum cōmuni quodam nomine album appellant: vinū ab altero non diſtinguētes: niſi in potentia: et de nominibus parum curare vident̃. Nos autem proprius vinū album eſſe dicim⁹ quod ſuperius deſcriptum eſt ſcilicet ſubtile pallidū et nature aque vicinum: nullam aut modiciſſimā ſuſtinēs commixtionem: qualia ſunt vina planenſia facta ex vuis albis apud nos patauos que nulli⁹ ſunt potentie: ſed vt plurimū ſunt velut aqua. Citrinum vero dicimus vinum lōge predicto potentius. quod in rei veritate citrinum exiſtit in colore: odoriferum atq; potēs ſicuti eſt vinum mōtanū ex vuarū albarū bene maturarum expreſſione factum: cuius naturam ꝛ proprietates hoc in capitulo intēdimus declarare: vt qui eo delectantur intelligāt ꝙ non ita ad ſanitatis conſeruationē faciat ſicut ad gule voracis voluptatem. Dicā ergo de ipſo in primis cum Haliabate in quinto theorice. capitulo. xxx. ſic ſcribēte. Vinum qḋ eſt croceū: fortioris eſt caloris et robuſtioris acuminis: citiuſq; ad mēbra trāſmittit̃: ꝛ rubeam parit cholerā et cephaleā: quod in ſanis etiā ē verū: ꝛ nō in febricitātibus ſolum. De q̇bus locutus eſt Gal'. i. j. regiminis acutorum dicēs. Vinū citrinum eſt malum in eo quo indiget ille qui h̄ȝ febrē: qm̄ eſt calidum vehementis caliditatis. Et Galie. etiā in. iij. eiuſdem commēto. ix. cum dixit. Vinū citrinū vehemētius ledit caput et mentem: qm̄ eſt calidius nigro: ꝛ ꝓpter hāc cām ſit addēs in febrib⁹: qḋ eſt qm̄ cōueniētiora in febribus ſunt vina aquoſa tm̄. A quo ſumpſit Iſaac in ꝑticularib⁹ dictis cū inq̇t. Citrinū g̃ ꝛ glaucum vinū: q̄ ſunt ab extremitatib⁹. ſ. albo ꝛ nigro: quātū opȝ remota: ceteris ſunt calidiora ꝛ leuiora faciliuſq; caput aſcendentia: ꝛ magis ipſa percutientia. Implent enim caput pungitiuo fumo: facileq; commouent ad ebrietatem: ſed tamen leuiſſime diſſoluitur: ꝛ talia vina ſubtilia dicunt̃ propter ſue actionis velocitatem et fortitudinem ſue penetrationis: ſicut piper: cinamomū: zinziber: ꝛ ſimilia que in ſuis actionibus ſunt fortiſſima: nā ſubtiliāt humores eorūq; feces mūdificāt ꝛc. Et ꝙ vinū citrinum ſit iā dictis ſile. patet ꝑ Gal'. in libro. iij. de ſimplici medicina diſtinctiōe. iiij. c. ij. dicentē. Vinū cuius ſubſtātia ē minuta ſubtilis luminoſa: cuius color ꝑtinet citrinitati ꝛ ru-

bedini clarū: cuius odor eſt bonus: tolerat ex aqua quãtitatẽ multã; ⁊ in etate ſua antiquū et purū eſt: tunc ipſum ſanat corpora que infrigidata ſunt etiã preter naturã: ⁊ ab opio ⁊ huiuſmodi: ⁊ confert vltimo iuuamento. Ex quibus apparet ꝙ complexio ⁊ virtus talis vini ſit calida multū. ⁊ ideo de ipſo dicere poſſumus cū Yſaac vbi ſupra ſic ſcribẽte. Uinum quod fortiſſimum eſt: ceteris eſt calidius ⁊ fortioris actionis: citoq; caput aſcendit ac bullire ac feruere facit corporis humores: vnde fumus caput aſcendens nocet cerebro mentẽq; percutit. Neceſſe eſt ergo vt caueant illud quibus dñatur complexio calida: niſi multum fuerit cõmixtū: quia ſi cõmixtū fuerit quantum oportet: et vt decet accipiatur: et ſcdm qd̃ cõuenit etatibus tẽpori: regionibus: et conſuetudini eſt laudabile. quia groſſos diſſoluit humores: vias venarum de putredine mūdificat: atq; putredinem et ſanguinem clarificat. Senibus autẽ et qui eorum etati vicinãtur propter coadunationẽ ſupfluitatis in eorū corporibus fit huiuſmodi optimū vinum: maxime ſi puritati fuerit vicinum: quia eorū calorem confortat: crudorūq; abundantiã diſſoluit humorū: proinde cõuenit quibus collecti fuerint groſſi ⁊ crudi humores ⁊c. hec ipſe. Ex quibus manifeſtum redditur ꝙ maluaticum: vinū grecum: ⁊ omne vinū mõtanū magne potẽtie et caliditatis. quomodocūq; dicatur calidas habentibus cõplexiones bibere non liceat: niſi forſitan gratia medicine: vt groſſos diſſoluat humores in ſtomacho exiſtentes ⁊c. Et propterea in principio cibi et precipue in hyeme eo poſſunt in modica vti quãtitate: in eſtate vero minime: quoniam calido calidū non eſt addendū: vt vnuſq̃ſq; ſatis intelligit. q̃re ⁊c.

¶ Capitulum. cexliiij. oſtendit naturam proprietates et iuuamenta vini rubei et nigri ſimul declarando nocumenta vinorum groſſorum ⁊ turbidorum.

Compleamus vinorum conſideratione ex parte ſubſtantie. ⁊ coloris ipſorum acceptã dicentes prius de vino rubeo cum Haliabate in. v. theorice capitulo. xxx. ſic ſcribente. Uinum quod eſt rubeum ⁊ clarum: fortis eſt caloris et ſiccitatis: cito tranſiens ex ſtomacho: et in corpore ſanguinem generat qui ad acumen declinat: naturalem confortat calorem ſi cõueniens de eo menſura porrigatur. Eſt quoq; vinum ſubrubeum: qd̃ etiã fortis eſt caloris et plurimi nutrimenti bonum generans ſanguinem ſi in moderata ſumatur quantitate. Et poſt pauca ſubiunxit. Eſt etiam aliud vinum: cuius color eſt niger: quod amplius nutrit eiuſq; calor eſt ſub croceo: et in corpus tranſmiſſio tardior. Que videtur fuiſſe Gal'. ſententia in. ij. aphoriſmorum cõmento vndecimo dicentis. Groſſum vero vinum et rubeum nutribilius eſt ceteris: implens cito corpora obnoxia inanitioni. Et in commento. xviij. eiuſdem inq̃t. Uina groſſa et rubea nutribiliora ſunt ꝙ aquoſa: ſed tamen minus ꝙ vina nigra ſunt nutrientia. Et in libro. iij. de alimẽtis capitulo antepenultimo ſimiliter ait. Oim vinorū que rubea ſunt ſimul et groſſa ad generationẽ ſanguinis idoneiſſima. In libro quoq; de vinis dixit. Uina rubea ad nutricationẽ ſunt cõuenientia: ⁊ maxime ſi dulcia: que quib⁹ nutricatiõe indigent: conueniẽtia ſunt ſi aliquod aliud nõ impediat. Et ideo in libro de diſſolutione cõtinua talẽ de eis ordinẽ poſuit cum ſcripſit. Et nutribilius eſt vinum rubeū: groſſum dulce: et poſt hoc nigrū groſſū dulce: ⁊ poſt hoc albū groſſum dulce: ⁊ poſt hoc groſſum rubeum aſperū: poſtea nigrum groſſum aſperū: et poſt hoc vinum ſubtile ⁊c. A quo Yſaac accepit cū in particularibus dietis inq̃t. Uinū ruſum qd̃ eſt de vuis nigris. et aureū quod eſt de albis ſunt calidiora quia calor eorū eſt in tertio gradu: atq; ſunt ab vtriſq; extremitatibus ſatis remota ſtãtq; in media mediocritate. Rubeū vero eſt in groſſitie ⁊ duritie eivicinū: idcirco nutribilius eſt oibus excepto nigro. parum tamen ꝓuocat vrinã. et tarde caput aſcendit. et durã facit ebrietatem diſſolutionẽ difficillimã ⁊c. De nigro vero et groſſo ⁊ turbido dicamus cū Auerroi in iiij. metheororū cõmẽto. xlviij. dicente. Oẽ vinum in quo eſt nigredo ſpiſſa et turbiditas vincit in eo terreſtreitas et aqueitas aut alterum eorū. Et propterea nõ modo nõ laudatur. verūetiã plurimū deteſtatur ab omnib⁹. Dixit enī de ipſo Yſaac in loco preallegato. Uinū terreſtre et groſſum oppoſitū eſt ſubtili et aquoſo: vñ q2 groſſum ẽ plus ceteris grauat ſtomachū: durum ẽ ad digeſtionẽ faciendã: ⁊ difficile ad perforandas venas: vrinam nõ ꝓuocat tardeq; ad caput aſcẽdit ꝓpter ſui fumi grauitatẽ atq; groſſitiẽ. Idcirco nõ facit ebrietatẽ: quod tamen ſi fecerit nõ cito diſſoluetur. Sil'r Auicẽ. in prima tertij trac. q̃nto. c. x. inquit de ipſo. Uinū feculentū ⁊ antiquū ⁊ nouū etiam qd̃ nõ eſt clarificatum gñat ſanguinẽ vaporoſum feculẽtum ⁊ tenebroſum. Et in. iij. tertij trac. q̃rto. ca. iiij. ait. Uinū groſſum turbatū nocet viſui: ⁊ ꝓpterea eſt oino fugiendū. Uinū aūt nigrū groſſum ⁊ nõ turbidum nõ eſt vituperandū: immo ad nutricationẽ ꝓ maxime extollẽdū. De quo princeps in tertia primi doctrina ſcda. cap. viij. dixit. Uinum groſſum qd̃ eſt dulce eſt melius illi qui pinguis vult eſſe ⁊ fortis: ab oppilationibus tamen eius ſibi caueat: vetus autem rubeū eſt meli⁹ oppilationẽ habenti frigidã ⁊c. Et in. xj. tertij trac. ſcdo. capi. viij. Uinū nigrū groſſum ẽ nutribilius et magis faciens declinare humores ad cõtrariū eius quo fit reſolutio. et reducens ſpiritum eſſentia ſua ⁊c. Eſt tamẽ ex medicinis inflatiuis vinum groſſum et dulce propter groſſitiem: vt idẽ ait. in. xiij. tertij trac. v. cap. j. Yſaac quoq; vbi ſupra ſic de eo ſcripſit. Uinum nigrū groſſius eſt et durius ad digerẽdū: et difficile ad penetrandū viã venarum. et ad vrinã ꝓuocandū: groſſumq; dat nutrimẽtum: ꝓinde tarde caput aſcendit: et cum aſcendit facit fortẽ ebrietatem ad diſſoluendū tardum. Et poſt multa ſubiunxit. Uino nigro pertinet groſſities liquoris: grauitas odoris: vnde difficile eſt ad digerendū: tarde ad caput aſcẽdit: multū nutrit: ⁊ venas de groſſo ſanguine implet: ad diſſoluendū tardū. vnde Gal. Uidi homines paleſtribus ludis vtẽtes hoc vinū frequenter et cõſuete bibere: vt ingroſſarent̃ ⁊ fortitudinẽ acciperent. qd̃ eos ingroſſauit: ⁊ magnã vim eis tribuit ⁊ dedit eis nutrimentū carnivicinū porcine: proinde bonū eſt ſi iuuenib⁹ ante cibū datū fuerit. Seniorib⁹ vero ẽ incõueniẽs ⁊ hoc ante cibū: ⁊ poſt cibū q2 ꝓpter defectionẽ caloris naturalis eorū generat oppilationem ⁊ in renibus lapides ſi illo aſſueſcant. Et poſtea ſubdit. Uinū nigrū ſolam habens dulcedinẽ calidius et nutribilius et plus ceteris ventrẽ humectat: ⁊ vrinã nõ prouocat: ventoſitatẽ ⁊ inflationẽ creat: ⁊ ex eo nõ fit adeo nocumentū capiti ⁊ neruis propter ſue fumoſitatis groſſitiem et grauitatem: vnde tardius ad caput aſcendit: ⁊ ꝓpter hoc ab eo tardiſſime inebriatur ⁊c. vnde Gal. Uinū inquit nigredini ꝑtinens non habet tantū caloris quantū glaucū ⁊ citrinū: neq; tantã facit ebrietatẽ. Uinū vero qd̃ dulce eſt ⁊ ponticū groſſius duriuſq; digeſtioni exiſtit: et magis ventoſitatẽ ⁊ inflationẽ generat: lapidẽ etiã in renibus ⁊ oppilationẽ in ſplene ⁊ epate magis ꝙ ceteris: et vomitum prouocat: ⁊ dolorem in capite ⁊ neruis facit. Et poſt aliqua iterū ait. Uinū nigrū dulcem habens ſaporẽ conuertitur in ſanguinem. ſed tamen ſanguis quẽ generat turbidus eſt ⁊ groſſus melancholico pertinẽs humori. Et propterea cõcludere poſſumus cū Gal. in quarto de regimine ſanitatis dicẽte. Fugiẽda ſunt groſſa ⁊ nigra vina vt cachochimia ⁊ tarde incedẽtia: Et in quinto eiuſdem. Uinū nigrū groſſum nõ eſt vtile ſenibus neq; ante cibū neq; multo magis alio tempore: q2 nullū groſſum vtile eſt ſenibus: qm̃ oppilantur ex eis epar renes ⁊ ſplen. Et in tertio almẽtorū. c. ſuperius adducto. Groſſa vina ſunt magis nutritiua ſubtilibus vt natura ipſorū inſinuat et experiẽtia teſtatur. Et infra. Groſſa vina digeruntur quidẽ tardius ⁊ diſtribuunt̃. Et poſtea. Amplius nutrimentū dant corpori: et ſicut ad nutrire ſunt meliora ſubtilioribus: ſic ad vrinationẽ deteriora: ⁊ in libro de euchimia. c. viij. ſic ipſe cõcluſit. Fugere oportet a groſſis ſimul ⁊ fetidis vinis ⁊ indelectabilib⁹ ⁊ auſteris. Que aūt delectabilia fuerint groſſa ⁊ nigra ⁊ nõ turbida: nõ ita fugienda ſunt: niſi a ſenibus ⁊ a timẽtibus oppilationes: vt dictum eſt.

¶ Cap. cexlv. oſtendit naturã ⁊ ꝓprietates vini dulcis ſimul cū nocumẽtis eius ⁊ iuuamentis.

Quantū eſt ex parte ſubſtãtie ⁊ coloris de vino ſuperius determinatū eſt. Nūc aūt de ipſo ꝙtum eſt ex ꝑte ſaporū dicendum eſt. ⁊ primo de dulci: quo maior ꝑs hominum delectatur qui ſenſualem guſtus appetitum inſequūtur: nõ tamẽ intelligẽtes ꝙ licet res dulces humanis corporibus cõuenientiſſime ex ſe et proportionatiſſime ſint: vt in. c. xlix. libri huius declarauimus: per accidens tamẽ nociuiſſime exiſtant ⁊ ꝓ maxime vinū dulce. Quod nõ tantū ratione dulcedinis: ſed ratione dulcis ⁊ groſſi liquoris ſimul. queadmodū innuit Gal. in tertio regiminis acutorū cõmẽto ſcdo cū inquit. Dico ergo ꝙ cum omne vinū dulce calefaciat: ⁊ ſit groſſum in ſubſtantia ſua: oportet vt virtutes particulares que apparẽt ab eo qñ bibitur nõ ſint niſi ab iſtis duabus qualitatibus. ſ. dulcedine ⁊ groſſitie: quod eſt q2 colori in ſe nõ eſt virtus in nocumento aut iuuamẽto: ergo quãtitas groſſitudinis vini huius eſt illa et tarditas penetratiõis ei⁹. Oportet ergo vt nõ ſolum nõ aperiat oppilationes alicui⁹ mẽbrorū: ſed faciat in eis oppilationes. Et propter hãc cauſam fit nocumẽtum eius epati qñ in ipſo eſt infirmitas nocumẽtum magnum: ⁊ proprie cum in eo eſt apoſtema aut duricies: ⁊ nocet etiã huic membro nocumẽto nõ pauco quãdo oppilationes q̃ ſunt in eo accidūt ab hũoribus groſſis. Et ſubdit. Deinde membrū ſcdm cui aduenit nocumẽtum poſt epar de vino dulci eſt ſplẽ. Quod etiã voluit ipſe in li. de vinis cū ait. Dulce vinum neq; ſubtile certitudinaliter neq; lucidū inuenies. ⁊ propterea ſi dulce eſt ⁊ groſſum eſt cõſiſtentia et tardi trãſitus: vnde nõ ſolum obſtruit aliquam obſtructarum particularum: ſed etiam alliciet obſtructionem: ⁊ propetrea nociuū fit epati patienti et maxime phlegmatizanti ⁊ non ſolum epar: ſed etiam ſplẽ nocetur a dulcibus vinis: nõ tamẽ pulmo quãdo groſſum aggregauit humorem. Cuius interpres Auicẽ. ſententiã magiſtri ſecutus inquit in. x. tertij tractatu primo. c. vj. Uinum dulce vehemẽter aperit oppilationem pulmonis: ſicut ipſū vehemẽter generat oppilationẽ epatis. Et in tractatu quinto eiuſdẽ. c. j. dixit. Uinū dulce eſt melius vinum habentibus in pectore egritudinem et proprie illud qd̃ eſt album. nam illud eſt magis adiuuans ad expuẽdum: verū nõ oportet vt bibatur in pleureſi: et in periplemonia niſi poſt maturationem: neq; ſumat̃ in potu ab illo cuius epar aut ſplẽ eſt infirmum. et in xiiij. tertij. c. xix. ſimiliter ait. Uinū dulce facit accidere in epate oppilationem: ⁊ ipſum abſtergit illam que eſt in pectore: ⁊ cauſa in illo eſt ꝙ vinū dulce attrahitur ad epar nõ gradatim propterea ꝙ epar diligit ipſum ex hoc ꝙ dulce: ⁊ ꝓpter ſuam penetrationem ex hoc ꝙ eſt potus. In pulmone vero non ſic: qm̃ ſuperuenit ei vinū dulce cū iam colatū eſt. Yſaac vero de eo in particularibus dietis ſic ſcripſit. Uinū dulce calidum eſt in ſcdo gradu. ⁊ ſiccū in primo: aliquãtulum tamẽ humiditati pertinet propterea eſt groſſum: et illaudabile in ſua actione: niſi q2 ventrem ſoluit: quia in omni re dulci vis laxatiua ⁊ colatiua inuenitur: qd̃ vinum ſi aliquid inuenerit in corpore quod ipſius cõtrarium ſit actioni ⁊ cohibetur ad exeundum calefacit ⁊ bullit aſcenditq; ad ſuperiorem partem ſtomachi et cõuertitur in cholericos humores: ſitimq; ge-

nerat ⁊ ventoſitatē in ſuperiori parte ⁊ lateri nociuam: oppilationem in epate ⁊ ſplene generat: lapideſ in renibus creat maxime: ſi inuenerit hec mēbra talibus paſſionibus preparata: aut digeſtiuam virtutem debilem propter hoc caueant illud quibus groſſa et humida donatur dieta: qꝛ ſi aſſueſcerint eo profecto hydropicam incidēt paſſionē ⁊c. Et poſtea dixit auctoritate Gal. ꝙ oppilat epar: qꝛ peruenit ad ipſum per largas vias: pulmonē aūt minime qꝛ ꝑ anguſtas. Illud tamē caueant, quibus generatur ſitis: eorū enim calorem augmentat: ⁊ hūiditatem ſaliue deſiccat ⁊ ingroſſat: fitqꝫ quaſi creta ⁊ annectitur canalibus pulmonis: ⁊ qꝛ etiā cōuertitur ad cholerā: cauendū eſt dicente Gal. in tertio regiminis acutorū commēto .iij. Poſt mel vinū dulce inter ceteras res dulces eſt facilius in cholerā cōuertibile. Et in lib. de vinis. Dulce vinū in acutis egritudinibus ad expuitionē eſt vtile: inquantum aūt deficiunt a vehemēti caliditate vina dulcia: intantum minus capitis grauedinem faciūt ⁊ nocumentū prudentie. Non aūt ſunt idonea cholericis: materia enim ſunt oīa dulcia p̄ante cholere: neqꝫ febrientibus conferunt eo ꝙ ſunt groſſa. Bona tamen ſunt dulcia vina ad nutriendum ſi ſana fuerint: epar: ſplen: renes ⁊ huiuſmodi mēbra: vt idem refert in .c.viij. Hec igitur ſunt iuuamenta ⁊ nocumenta vini dulcis: a cuius potu tutius eſſe credimus abſtinēdum. Et ſi guſtui delectabiliſſimum ſit: iuxta illud Solonis philoſophi dicentis. Conſule nō que ſuauiſſima: ſed que optima: animum ac rationem ducem ſequere. quare ⁊c.

¶ Cap. cclvj. oſtendit naturā ⁊ oꝑationes vini acreſtini auſteri ſtiptici ⁊ pontici ⁊ ſimilium.

In vno .c. de his oībus breuitatis gratia determinabimus: ⁊ etiā qꝛ vnā ſapiunt ⁊ eandē naturā licet ſcđm plus ⁊ minus de illa participent. Dicamus ergo cū Gal. in tertio regiminis acutorum commento quinto ſic ſcribente. vinum ſtipticum eſt pauce caliditatis quando cōparatur alijs vinis: et propter hoc fit ꝙ potus eius cōfert diarie: verūtamen non prouocat vrinam: et tale eſt cōueniens calidas habentibus complexiones et epar inflammatum: vt placuit Auicen. in .iij. primi doc. ij. capitu. viij. dicenti. Quibus vinum calefacit et inflammat epar: vtantur tali quale eſt ſuccus vue acerbe: hmōi aūt eſt vinum acreſtinum ideo cōuenit. Similiter ſtomacho cōpetit inflammato ⁊ exiccato: qꝛ ſitim remouet ipſumqꝫ refrigerat ⁊c. dicente eodē in .xiij. tertij trac. primo .c.xix. vinū ſubtile declinans ad ſtipticitatem parum tolerans commixtionem propter aquoſitatem ſuam facit penetrare cibum: et viuificat virtutem: et excuſat a potu aque frigide facientis triſtari et iraſci ſuo frigore. Iſaac vero de ipſo in particularibus dietis inquit. Ponticuꝫ vinum et acerbuꝫ durius eſt et grauius: tardiuſqꝫ digeritur: venaſqꝫ difficilius dulci perforat: qꝛ dulce calidius eſt et acceptabiliorem ſaporem habet. Ponticum autem videtur eſſe terreſtre aut parū habens ſaporem vnde difficile eſt ad perforandum venas: neqꝫ vrinam neqꝫ egeſtionem aut ſudorē prouocat: non ergo bonū ſanguinē generat: ventrem tamen et inteſtina confortat: ſtringit ergo egeſtionem de ſtomacho defectione maxime ſi ſolutio cauſa caloris fiat: cuius ſigna ſunt raſura inteſtinorum ⁊c. vnde Diaſcorides. vinum inquit acerbum diureticum eſt: ſed neſcimus qua intentione hoc dixerit ⁊c. ¶ De pontico etiā dicamus cum eodem vbi ſupra, ſic ſcribente. Si vinum fuerit ponticum: neceſſe eſt vt ſit groſſum impoſſibile eſt equidem vt vini pontici liquor ſit ſubtilis: immo vinum taliter exiſtens illaudabile dat nutrimentum durum ad digerendum: vrinam nō prouocat: ventrē conſtipat: tarde ad caput aſcendit: ſtomachum ⁊ cerebrum confortat: et prodeſt malas habentibus aquas figuram corporis diſturbantes: eos etiam iuuat qui frigidiſſimam potauerunt aquam vel niuem: qꝛ ſi corruptibilis aqua bibatur in malos conuertitur humores ⁊c. ¶ De vino autꝫ auſtero dicamus poſtremo cum Gal. in lib. de euchimia ⁊ cachochimia .c.viij. ſic conſulente. Fugere autem oportet a groſſis ſimul ⁊ fetidis vinis ⁊ ab indelectabilibus ⁊ auſteris. Et infra: vinum auſterum non ſimiliter euchimum: ſed robur imprimit debili ſtomacho ⁊ ventri. et maxime ſecundum diſcraſiam calidaꝫ patientibus. Et in lib. de vinis ſic quoqꝫ de eo ſcripſit. Auſterū vinum neqꝫ ipſum eſt diureticum: ſed ſicut groſſum tardat circa hypocundrium ⁊c. Et poſtea dixit. Auſteris vinis gratia roborandi ſtomachum vtimur: album autem ⁊ auſterum eſt inutile: quia infrigidat ſenſibiliter. Ex quibus patet, ꝙ talia vina nō faciāt ad ſanitatis cōſeruationē: ſed potius quandoqꝫ ad medelam vt viſum eſt quare pretermittantur.

¶ Capitulum .cclvij. oſtendit naturam laudes virtutes et iuuamenta vini odoriferi. et ſimul nocumenta oppoſiti.

Conſiderauimus in ſuperioribus vinū ex parte ſubſtantie et coloris et ſaporis: nūc autem de ipſo quantum eſt ex parte odoris non inutilis fiat a nobis cōſideratio: quoniā vt medici ſentiunt ſapientes: vna potioruꝫ requiſitarū in vino cōditionū eſt odor: dicente Aui. in .iij. p. d. ij. c. vij. Sanitatis conſeruator dꝫ vinū bonū odorē bonū habēs bibere. et in .c.viij. eiuſdē. ꝙto magis odor vini fuerit bonus: et ipſum fuerit melius et ſaporis melioris erit magis cōferēs. et .xiij. tertij tra. j. c. xx. ſic etiam ait de eo. vinū odoriferū velocis eſt penetrationis: et pluribus epatibus conueniens in quibus nō eſt caliditas vehemēs. Similiter Iſaac in particularibus dietis ipſum plurimum commendauit cum dixit. vinum odoriferum ſuum liquorem ſignificat eſſe ſubtilē tēperatum: et ex omni ſorditie mūdificatū penituſqꝫ digeſtū: vnde clarū ſanguinem generat ⁊ laudabilē et mundū: cordis ergo eſt confortatiuū: animāqꝫ letificat: ⁊ anguſtiā expellit: qm̄ mundificat ſanguinem a ſorditie in corpore exiſtente: qua expulſa ſanguinis fumus groſſus turbidus et obſcurus ſolitus naturalis caloris lumē offuſcare: expellitur: vnde fit cauſa leticie: ꝓpter hoc ergo hmōi vinū oībus etatibus ⁊ cōplexionibus cōueniēs eſt ſi accipiatur vt oportet et qđ a natura ſuſtinetur. vnde Hippocrates. Vinū inquit odoriferū ſubtilius leuius digeſtibilius ceteris eſt ac nutribilius: qꝛ ſignificat naturā ſuā cōpleuiſſe actionē: et omne contrariū ab eo eſſe ablatū: proinde vrinam prouocat citoqꝫ ad caput aſcēdit: ⁊ facillime ab eo inebriatur: ſed tū cito ab ea liberatur. Vinū vero qđ nullius eſt odoris: innuit ſue fumoſitatis groſſiciē: grauitatē: et indigeſtibilitatē: idcirco illaudabilis eſt nutrimēti: ꝓpter hoc nec mūdificat: nec ſanguinē clarificat: neqꝫ confortat cor: nec creat leticiā: groſſos etiā augmentat humores: et fumū turbidū generat ⁊ obſcurū: quare fit cauſa triſticie: ſed tū ꝓpter ſuā grauitatē et groſſitatē non cito in caput aſcēdit vt ebrietatē generet: qđ ſi fecerit dure tardeqꝫ diſſoluitur. Et ſubdit. Vinū inter ſubtile et groſſuꝫ eſt mediocre: cuius odoris mediocris ſit actio et paſſio eius ſcđm ꝙ eſt ꝓpinquū vel remotū ab eorum extremitatibus. Si eñ remotū fuerit a bonitate: malum erit. Si vero a malignitate bonū erit: qđ ſi ſteterit in medio eorum erit mediocre. Vinum vero qđ grauē ⁊ horribilē habet odorem: eſt peſſimū ſcđm ſui odoris horribilitatem ⁊ grauitatem nocet cerebro: ⁊ grauat et percutit mentem pelliculiſqꝫ cerebri infert leſionē: ⁊ peſſimū generat ſanguinē maxime ſi eſt pōticū. vnde Gal. Oportet inquit caueri a vino horribilem naturā et grauitatē habente maxime ſi pōticū ſit: quia durum eſt digeſtioni: ⁊ digeſtum etiam generat ſanguinē malum. Gal. aūt in libro de euchimia ⁊ cachochimia .c.viij. ſic dicit. vt in nr̄a habemus trāſlatione. Meliora ad euchimiā ſunt odorifera: ſꝫ caput percutiūt. Meliora vero ad vrinationē ſunt q̄ ſubtilia: caput vero minime tangūt. Fugere aūt oportet a groſſis ſimul ⁊ fetidis ⁊ indelectabilibus ⁊ auſteris. Et in libro de vinis cōcludit: et nos cū eo preſens capitulū dicētes. Melius vinum ad euchimiam eſt qđ eſt odoriferū: et in ceteris laudabile magis. Hoc igitur pro noſtre ſanitatis conſeruatione debemus eligere: ſicut oppoſitum ob eius nocumenta que dicta ſunt pretermitterre. quare ⁊c.

¶ Cap̄. cclviij. oſtendit naturam, et operationes vini noui quod muſtum dicitur: et ipſius nocumēta cū purificatū bullitum et ſufficiēter clarū nō fuerit.

Cum vinū ex parte etatis nō minus recipiat diuerſitatem ꝙ ex parte ſupraſcriptorum: rationabile mihi videtur de ipſo vt ſic cōſiderātur aliqua non inutilia cōſequēter perſcrutari. Et quia iſtud duobus modis principaliter contingit: cū aliquod nouum ſit ⁊ aliquod vetus. Ideo de primo ſcꝫ de vino nouo quod muſtum appellatur: primitus dicemus cū Auicen. in prima tertij trac. v. c. x. ſic ſcribente. Vinū feculentum ⁊ antiquū ⁊ nouū etiam qđ non eſt clarificatum generat ſanguinē vaporoſum feculentum ⁊ tenebroſum. Si tamen clarificatum eſſet ſecus contingeret: dicente eodem in .xj. tertij trac. ij. c. viij. In vino quod recens eſt: fortis exiſtit virtus ad aggregandum ſpiritū ⁊ cōfortandū ipſum: ⁊ propterea vinū nouū cōmouet coitum: vt idem inquit in .xx. tertij trac. j. c. xviij. ⁊ in .c. xxxvij. eiuſdeꝫ ait. Illud cui ineſt proprietas generandi ſperma eſt vinum nouum ⁊c. Cū tū putrificatū nō fuerit quale eſt id dequo hoc in loco principaliter intendimus ad plura perducit nocumēta cū dicat Princeps ipſe in .xiiij. tertij trac. quarto .c. j. Scias ꝙ potus plurimi vini paſſi recentis facit cadere in ſolutionem ventris epaticaꝫ: cuius quidem ratio eſt: quia vt Iſaac refert in particularibus dietis. Vino recenti ineſt calor in primo gradu: vnde pertinet frigiditati ⁊ humiditati: idcirco ceteris eſt nutribilius: malos generat humores ⁊ inordinata ſomnia ⁊ vētoſitatē ſtomachi et inteſtinorū. vñ Gal. Vinū quodcunqꝫ recens fuerit: non habet vim ducēdi cibū per corpus: neqꝫ vrinā prouocandi: ideo oportet frigidas ⁊ humidas habentes naturas illud cauere: ventoſitatē eñ ⁊ inflationē faſtidiūqꝫ generat. ideoqꝫ ſi neceſſitas fuerit vinū eligatur clariſſimum: aquoſum: ſubtile diu a torculari expreſſum. ⁊ poſt aliqua ſubiunxit. Vinum ſimiliter qđ vicine a torculari exierit: qꝛ adhuc eſt indigeſtum ⁊ a bullitione nō quieuit: neqꝫ terreſtria ad ſuum locum deſcenderunt naturalem: neqꝫ etiā aereum ad ſuum locum ſaliuit. ſ. ad ſuperiora: neqꝫ liquor eius clariſſimus: mediocriter aūt ſtans mundificatur et lucidiſſimus apparet. Deinde ſubdit. Recens vinum pro ſue humiditatis abundantia ⁊ caloris paruitate: ꝓpter ebullitionem ſuiqꝫ turbiditatem malos generat humores: terribilia ſomnia inducit: ventoſitatem ⁊ inflationem ſtomacho nociuā et oppilationem in vrinalibus creat vijs. Unde Galienus. Decet inquit vini diuerſitates intelligere: quia recens quod vicinum eſt torculari calidum eſt in primo gradu. Vetus vero ſeptem annos tranſiens in tertio calidum exiſtit. Mediocre autem quod eſt a duobus annis vſqꝫ ad quattuor calidum eſt in ſecundo. Quanto enim vinum habet caloris paucitatem: tanto humidius approbatur. Et quanto calidius tanto ſiccius ⁊c. Quantū quoqꝫ vinū nouiter factū vituperatur a Gal. patet per ea que ipſe ſcripſit in libro de euchimia et cachochimia .c.viij. cū ait. Ventris dulcis vina et groſſa ſunt lenitiua: vt nullus ignorat ſicut eſt muſtum qđ eſt inflatiuū et indigeſtibile et pachichimum: et vnam ſolam bonitateꝫ habet ſubducere ventrē. Et ſi de hoc infortunetur nociuiſſimum fit. Et poſt aliqua ſubdit. Fugere oportet ab

antiquorum vinorum potu ſicut a valde iuuenum ſor-
bitione. Illa enim ſuperflue calefaciūt. Iſta vero om
nino nō calefaciunt. Maxime autem a groſſis natu-
ra vinis abſtinere congruit: ꝙ diu fuerint in iuueneſcē
tia: tanto enim deficiunt conferre digeſtionibus cibo
rum: ꝙ ⁊ ipſa vix digeruntur ⁊c. Ex quibus apparet
ꝙ niſi muſtum bene purgatum ſit et clariſſimū ſuffi-
cienterqꝫ bullitū: multorum nocumentorum poteſt eſſe ꝓ-
ductiuum: et propterea nō eſt bibendum: et maxime
ſi dulce fuerit propter maiorē que exinde ſequeretur
oppilationem: licet ꝙplures hoc minime credant be
ſtiales: qui poſtꝙ illo ſe ad libitum repleuerint: pau-
cos poſt admodum dies egrotant multiqꝫ moriunt:
et bene profecto iacent extincti ne ſuis cum volupta
tibus malum proximis prebentes exemplum: illos
corrumpant. quare ⁊c.

¶ Cap. ccxlix. oſtendit naturā et proprietates vini
veteris declarando iuuamenta et operationes eius
quibuſqꝫ et qn̄ conueniens ſit ratione medicine.

QVia poſſet quiſpiam opinari: immo cre-
dere ꝙ vinum antiquū ſanis hominibus
eſſet vtile: ſicuti vinum nouū eſt ab eis fu
giendū: vt diximus: qui nō paruum profe-
cto deciperetur. Ideo mihi videt impre-
ſentiarum dicēdū eſſe de ipſo et operationibus eius
magis ad medicinā ꝙ ad cibum facientibus: ne qs eo
vtēs pro meliori forſitan egrotet: qm̄ vt dicit Prin-
ceps in. iij. primi. doc. ij. c. viij. Vinum vetus eſt quaſi
medicina et pauci exiſtit nutrimēti: ſicuti nouū vinū
impedit epar: et ad epaticam perducit diſſinteriā ꝓ-
pter inflāmationem ſuā ⁊c. et in. ij. tertij. c. iiij. Vinū
antiquū parū valde cōfert egritudinibus neruorum
oībus: ſicuti plurimū ex eo ſumptū eſt res nocibilior
neruis. Cuius quidē ratio ab eo aſſignat in. xij. ter-
tij. trac. ij. c. ix. cū ait. Vinū vetus odoriferū eſt cōfor
tatiuum virtutis expulſiue: ⁊ reſolutiuū materiei ma
le. Et in. xx. tertij. trac. j. c. xviij. inquit. Vinum anti-
quū ſubtiliat vaporē et reſoluit eū: et nocet coitui ꝓ-
pter illud ⁊c. Et hoc ideo: qꝛ calefacit plurimū ⁊ deſic
cat intātum: ꝙ ſi multū bibatur occidit: teſte eodem
Principe in. xiij. tertij. trac. ij. c. xx. dicente. Multo-
tiēs moritur homo ex potu vini veteris inflāmatus
et conturbatus: et ſitiēs. et Gal. in. ij. interiorum. Ser
uus grāmatici bibens vinum vetus inuigil deinceps
factus a febre ac deſipientia captus expirauit. Et ra
tio quidem huius eſt: qꝛ vt Iſaac inquit in particula
ribus dietis. Vetus vinū quod tranſit vſqꝫ ad ſeptē
annos vel plꝰ: calidū eſt et ſiccū in tertio gradu: ⁊ hꝫ
quiddam amaritudinis: ⁊ huiuſmodi vinum parum
nutrit: citoqꝫ caput aſcendit: et mētem percutit pro-
pter ſue punctionis acumē: maxime ſi multum ex eo
bibatur: ⁊ parū aque ibi miſceatur: ꝓpter hoc caueāt
illud neruos debiles habentes: et qui ſenſus acutos
habuerint: magnū nāqꝫ eis preſtat nocumētum: niſi
tantam in ſuis corporibus habeant humiditatē que
bene reſiſtat vini acumini. vnde Gal. Multum inqt
vinū vetus cōueniens eſt his: in quorū vaſis multitu
do humorū crudorū eſt accumulata. Et poſtea ſubiun
xit. Vetuſtiſſimum vero vinum qđ proprium perdit
ſaporem: ⁊ amaritudinem habet ſpernatur. Vnde de
bemus intelligere ꝙ vinum vetuſtiſſimum augmen-
tat calorē vltra temperamentū: nocetqꝫ pelliculis ce
rebri ⁊ mentē percutit: ⁊ nōnunꝙ extinguit naturalē
calorem cum acumine ſuiqꝫ ſiccitate. Et ꝙ vina ma-
gis vetera calidiora ſunt: patet ex ſerie Haliabatis
in. v. theorice ſic ſcribētis. Et quanto amplius vinū
vetuſtum fuerit: maioris erit caloris. Que fuit ſenten
tia Gal. in. iiij. de ſimplici medicina diſtinctione. iij. c.
j. circa finem dicentis. Omnia vina quāto plus anti-
quantur calidiora ſunt: ⁊ accidit vinis ſtipticis quādo
antiquātur: vt acquirāt dulcedinē ⁊ acuitatem ⁊ acre
dinē. ⁊ recedat ab eis quod eſt in eis de ſtipticitate.
Vnde cōcludere poſſumus cum Gal. in libro de eu-
chimia ⁊ cachochimia. c. viij. dicente. Fugere oportet
ab antiquorum vinorū potu: ſicut et a valde iuuenū,
qm̄ ſuperflue calefaciunt: ⁊ hoc intelligendū eſt via nu
trimēti: quoniā loco medicine qnqꝫ ⁊ in quibuſdā cō
uenientiſſima ſunt: vt dictū eſt ſupra: et precipue his
qui frigidi ſunt ⁊ humidi ſuperflue: dicente Gal. in li
bro de vinis. Frigidis ⁊ aceruatis in venis humoribꝰ
que calida et antiqua vina ſunt conueniunt. Ex his
igitur ⁊ ex oībus precedētibus capitulis de vino per
tractantibus: apparet ꝙ vinū inter oīa bonū ⁊ lauda
bile ad ſanitatē dici mereat: ⁊ eſt illud de quo ſcripſit
Gal. in. iij. microtechni textu cōmenti. ccv. dicēs. Po
tus quidē aptus vinū eſt etate mediū: forma vero pu
rum lucidū: in colore vero album: aut ſubrubeum: odo
re vero ſuaue: in guſtu vero nec aquoſum omnino: nec
aliquā vehementem qualitatē oſtendens: nec ſtipticā
nec amaram: neqꝫ dulcem. Tale igitur vnuſquiſqꝫ po
tens ſibi vinum eligat ſi tēperate vel quaſi fuerit cō-
plexionis. Si vero diſtemperate valde quod medico
electo videbitur bibat. Si vero nō adeo potens fue-
rit: vt hec omnia habere poſſit: ⁊ vinū ſibi eligere om
nem laudabilem habens conditionē: illud ſaltem qđ
plures de dictis habuerit aſſumat. quare ⁊c.

¶ Capitulum. ccl. oſtendit quid ſit aqua: et que ſit
eius complexio: quomodoqꝫ non nutriat: neqꝫ nutri
re poſſit.

CVm ꝙplures hoīm a natiuitate: ⁊ multi
etiā ex tpe vinū bibere nō poſſint. ſed tm̄
loco eius aquā: iuremerito poſſent de no
bis cōqueri ſi in hoc noſtro tractatu eligi
bilioris aque cōditiones nō oſtenderemꝰ
ſicut de vino in ſuperioribus fecimus. Et ꝓpterea de
ipſa aqua ⁊ de ſpēbus eius quibus ipſi vtūtur conſe
quēter dicendū eſt: vt eā q̄ facit ad ſanitatis cōſerua
tionē: ab egritudinali diſtinguere valeant. ſed qꝛ dixit



Gal. in. j. de ingenio ſanitatis. Qui vult aliquid inue
ſtigare oportet vt nomē eius diffiniat. Ideo primitꝰ
deſcribamus quid aqua ſit dicentes cū Auicen. in. j.
primi. Aqua eſt corpus ſimplex: cuiꝰ naturalis locus
vt ſit circundans terram: ⁊ circundata ab aere: cuius
natura frigida eſt et humida ⁊c. Ariſto. aūt in libello
de ſenſu ⁊ ſenſato voluit ꝙ aqua ſit ſubtiliſſimuꝫ om
nium humorum: quibus in locis auctores hi aquam
puram quod eſt vnum de quattuor elementis deſcri
pſerunt. de qua Auerrois in cōmento. xv. ij. libri de
anima. dixit. Aqua pura nō calefit ſicuti neqꝫ aer pu-
rus infrigidatur. Et nos hanc aquam nō habemus:
ſed aliā nō ita ſimplicē que alteratur et corrumpitur
vnūquodqꝫ aūt ſimplicium nudorum nō putrefit: ſed
ad aliud conuertitur ſimplex: vt dixit Auicen. in. ij. pri
mi doc. ij. c. ix. Qualēcunqꝫ tn̄ habeamus aquam: ele
mentū eſſe dicimus: cū potius mixtum et elementa
tum dici mereatur. Cuius cōplexio etiam frigida eſt
et humida. vt nobis innuit Iſaac in particularibus
dietis cū ait. Phyſici concordati ſunt: maxime Hip
pocrates ⁊ Gal. ꝙ aqua ſit cōpoſita ex duabus qua
litatibus ſimplicibus. ſ. frigiditate ⁊ humiditate: pro
inde nullum dat nutrimentum corporibus humanis
⁊c. quia eis nō aſſimilatur cū ſimplex ſit reſpectu ſal
tem noſtrorū corporū que cōpoſitiora valde ſunt ipſa
Simplex aūt cōpoſitio diſſimile eſt. Et ꝓpterea aq̄
nutrire nō poteſt: qm̄ nutrimentū nihil aliud eſt ꝙ ci
bi aſſimilatio in corporibus edentium: poteſtate qui-
dem eis ſimile. Aqua aūt non nutribilis eſt: cum nec
ꝓtāte neqꝫ accidentaliter ſit ſimilis calori: nec ſiccita-
ti noſtri corporis ⁊c. Ratione igitur ſimplicitatis et
ſuarum qualitatū non pōt nutrire. Et ꝙ in cōplexio
ne ſua aqua ſit frigida ⁊ humida nō eſt dubitandum
cū nō ſolum Iſaac: ſed etiā Gal. ſic ipſa eſſe affirma-
uerit dicens in libro. j. de ſimplici medicina. Aqua que
vere eſt aqua propria cui nō admiſcetur alia ſubſtātia
eſt in virtute ſua frigida neceſſario: et in diſtin. ij. eiuſ-
dem. c. j. Aqua in natura ſua eſt frigida et humida: tn̄
ſi proieceris in ea ſulfur aut alumen facies eā calidaꝫ
Et in diſtin. ij. c. vj. ait. Aqua cum hoc ꝙ infrigidat eſt
magis humida ꝙ omnis res: cū non ſit aliquid humi
dius ea preter aereꝫ. ſ. Et ſic habemus que ſit eius na
tura et cōplexio: et qn̄o non nutrit neqꝫ ad id eſſen-
tialem aliquā potentiam habeat. Quod dicimus ꝓ-
pterea ꝙ per accidens iuuat ad nutritionem ſubtiliā
do cibum et faciendo ipſum penetrare. et quod ita ſit
apparet per Gal. in tertio regiminis acutorum com
mento. xix. dicentem. Aqua non eſt niſi cōpoſitor cibi
et non cibus. quod non tantū Hippocrates: ſed etiā
reliqui medici dixerunt. et in libello quē de bonitate
aque cōſtruxit inquit. Non nutrit aqua: ſed ſoluꝫ eſt
vehiculum cibi vt Hippocrati et Chriſippo et eraſi
ſtrato videtur. Et propterea dicebat Princeps in ſe
cunda primi. c. ſuperius allegato. Aqua vnum exiſtit
elementorum: que ſola inter omnia elementa habet
proprium: vt in eo ꝙ comedere et bibere ingrediatur
non ideo vt nutriat: ſed quia nutrimentum penetra-
re facit et eius rectificet ſubſtantiam. Nos autem di
cimus ꝙ aqua non nutriat niſi quia nutriens in potē
tia eſt ſanguis: et in alia potentia longiori eſt pars mē
bri hominis: Corpus vero ſimplex non conuertitur
niſi ad formam ſanguineam recipiendam neqꝫ formā
membri humani niſi cōponat. Apparet ergo ex his
que nos in rubrica preſentis capituli promiſeramus
ad quas vero operationes vtilis ſit: et ad quem finē
bibenda ab hominibus et a brutis in ſequētibus ma
gis patefiet. quare ⁊c.

¶ Cap. cclj. oſtendit que iuuamenta et vtilitates ꝓ-
ueniant in corpus ex laudabili aqua bibita.

QVia in ſupiori capitulo dictū eſt ꝙ aqua
ſimplex ſit: et frigida et humida non nu-
triens: potuiſſent aliqui dubitare et no-
bis obijcere: vt Iſaac refert in particula
ribus dietis: hoc modo. Si aqua eſt ſicut
dixiſti: que neceſſitas fuerat vt aqua daretur nature
humane: cum nos videamus animalia nullo modo
poſſe regi niſi rariſſime abſqꝫ aqua. Quibus ſic obij-
cientibus reſpondendū eſt. Aque neceſſitas duobus
modis fit. Vno quia portat cibum per totuꝫ corpus
cum ſui ſubtilitate ⁊ liquore: diſſoluit autem et atte-
nuat cibum vt poſſit venas penetrare ⁊ ceteras vias
corporis. Alio modo quia cū frigiditate et humecta-
tione refrigerat et extinguit caloris extranei et natu
ralis acumen: et ſitim ab eo generatam mitigat pro-
pter contrarietatem quā vtraqꝫ habent: et diſſoluit
fumum circa cor accumulatum: quoniam cōfortat na
turam in actione ſua. Sed tamen ſi inuenerit fortem
caloris quantitatem adeo vt nequeat ei repugnare
mutatur in ipſum patiendo: ſicut videmus in exterio
ribus aquam in ignem tranſire: mutat enim in igneā
naturam pro ſui ſubtilitate: vnde ignis confortatur ⁊
augmentatur. Vn̄ nos oportet vt prouideamus: ſi
hec infirmo tribuatur ingeniare illam admiſcēdo eis
videlicet rem groſſam et eam grauantē que ſit in ſua
cōplexione compoſita ſicut pſilium: panis lotus: et ſi
milia vt fiat groſſior: et grauior: neqꝫ calori obediat
extraneo: ſed per ea extinguatur ſitis ab ea generata
et calor mitiget. Hoc ſimiliter voluit Auicen. loquēs
de aq̄ iuuamento in. ij. primi doc. ij. c. xvj. cū ait Aqua
eſt ſubſtantia que adiuuat ad liquefaciendū nutriens
ſubtiliandūqꝫ vt cito currat et penetret in venas ⁊ in
foramina: nec eſſe pōt abſqꝫ hoc auxilio eius comple
mentū rei nutrimēti. Et in ſumma de pulſibus. c. xj.
Aqua nutrimentū penetrare facit. Et in canticis tex
tu commenti. c. xxxj. ſic etiam inquit. Aque delectabi
les cōſeruēt humiditatē radicalem: et cauſant egreſ-
ſum fecū et ſuperfluitatū: digerūtqꝫ ⁊ deducunt cibū
ꝑ venas. Gal. quoqꝫ iuuamēta laudabilis aque pluri
mū extollit: dicens in. j. de regimine ſanitatis. Bona
aqua omnibus etatibus congruit. quod non de vino

contingit vel cibarijs:et licet ipſa non ſit cibus ſicuti non tantum dixit Hippocrates:ſed etiā reliqui medici:eſt tamē cōpoſitoꝛ cibi:teſte eodem in tertio regiminis acutoꝛum cōmento.xix. Similiter Raſis in.iij. almanſoꝛis.c.iiij.de vtilitatibus eius inquit:aqua naturalis in coꝛpoꝛe cōſeruat humoꝛes:que cibū ſubtilians penetrare facit:ipſa quoqꝫ calorem reprimēdo calefactis calidāqꝫ habentibus complexionē pluſꝙ vinum cōueniens eſt ⁊c. Et in.xxiij.continentis capitulo.cccccccxlvj.dixit auctoꝛitate Ruffi. aqua confert ei cui condominatur humoꝛ niger inflammatus in quo generatur cholera nigra: vel in quo accidit ayda in pꝛincipio moꝛbi laboꝛantibus cholera eruginoſa in febꝛe laboꝛanti ſudoꝛe raritate coꝛpoꝛis ⁊c. Et infra ſubiunxit aqua cōfert ad faciendam bonam digeſtionem et penetrationem nutrimenti:et inductionem ipſius ad membꝛa:et facit bonū augmentū.et bonū ſenſum totius coꝛpoꝛis:et leues motus eius:pꝛouocat menſtrua:cōfert viſceribus:capiti:neruis:laboꝛanti pleureſi periplemonie:doloꝛi gutturis:ſaltui coꝛdis:exituris magnis:digerit hec omnia vitia in potu data aut ſi balneatio fiat in ea calefactionē mitigat: et omnia accidentia que fiunt ex moꝛſu cholere ⁊c. Idem quoqꝫ dixit auctoꝛitate Joannitij et multoꝛum alioꝛum veterū. Sed qꝛ nō eſt pꝛeſentis ꝓpoſiti adducere vtilitates aque facientes ad egritudinū curationē:ſed tm̄ ad ſanitatis cōſeruationē:ideo pꝛetermiſſis illoꝛū dictis:dicamus deinceps que aqua pꝛopꝛie bona ſit:et laudabilis pꝛo potu his qui vinū bibere non conſueſcūt:et in ea pꝛefata cōſiſtere iuuamenta permaxime arbitrandum eſt. quare ⁊c.

¶ Cap.cclij.oſtendit que aqua laudabilis ſit et melioꝛ alijs ad ſanitatē quantū eſt ex parte ſue eſſentie.

Cum omnes ſpēs aque eas quas diximus in ſuperioꝛi.c.nō habeant vtilitates: ſed tātummodo illa que inculpabilis exiſtit. Ideo que ſit huiuſcemodi inueſtigandū eſt cū ipſa ſit oībus neceſſaria:⁊ nō ſolum b ibentibus aquā:ſed etiā vinū bibere cōſuetis vt poſſint vinū limphare:et cū ea ipſum refrangere cum voluerint:valeantqꝫ in ipſa carnes decoqui facere ⁊ cetera que cū aqua ſolent pꝛeparari. Similiter etiā ꝓ infirmis et pꝛecipue febꝛientibus:quibus aquā iubent medici pꝛopinari. Et ꝓpterea q̄ ſit melioꝛ aquarū debemus perſcrutari dicēte Hippocrate in li.de aere ⁊ aqua.c.j. Opoꝛtet te eſſe attentū circa virtutes aquarū vt pote que diuerſe in pondere ⁊c.et in.ij.c.eiuſdē Maximū ſtudiū adhibendū eſt bonitati aquarū vel malignitati earū.ſi paludeſtris ſit:an ſtagnea:an mollis:an groſſa:an digeri dura:neqꝫ in hoc negligentiā habeas:qm̄ ſciētia aquarū multa eſt ad ſanitatis coꝛpoꝛee ingeniū:vt idē dixit in.c.iij.libꝛi eiuſdē. Qđ etiā voluit Gal.⁊ eius cōmētatoꝛ in li.ſectarū cū di. Rationabilis medicus dꝫ ſcire naturas hoīm ⁊ aquarū ⁊ locoꝛū et cauſarū omnium. A q̇bus accepit Halyabas in.v.theoꝛi.c.xxix.cū inquit. Dico ꝙ cū aq̄ vſus neceſſarius ſit et ad ſanitatis cuſtodiā:⁊ ad mēbꝛoꝛū medelā maioꝛ oībus reliquis vtilitatibus:neceſſariū oīno eſt medico aquarū cognoſcere naturas:⁊ carū melioꝛibus vti ⁊ vtilioꝛibus potui reliquaſqꝫ cauere. Dicamus ergo ꝙ aq̄ laudabilis:vt ait Iſaac in particularibus.duo in ſe cōtinet.vnum eſt ex ſui eſſentia: aliud ex ſui curſus oꝛigine.ex ſui eſſentia dꝫ eſſe clara mūda nullū hn̄s coloꝛē aut ſapoꝛē vel odoꝛē vel fetoꝛē qꝛ coloꝛ:ſapoꝛ:⁊ odoꝛ:ſignificant quattuoꝛ cōpoſitiones qualitatū ab actione nature cōpoſitas in coꝛpoꝛibus in ſecunda compoſitione de hūiditate ⁊ frigiditate. Non ergo debet habere aliquod ſupꝛadictoꝛū ꝙ ſi habuerit ſignificat aliam rem in ea eſſe adunatā. Si vero habuerit coloꝛē:neceſſe eſt vt ſit albus:clariſſimus:et nitidus:hoc enim demonſtrat aquā eſſe clariſſimo et tenuiſſimo aere cōmixtā. Si vero habeat ſapoꝛē neceſſe eſt vt ſit acceptabilis cōmunis ⁊ facilis ſenſui.ꝙ ſi odoꝛem habeat:neceſſe eſt vt ſit odoꝛifera omni carens putredine ⁊ grauitate. Quecūqꝫ enim aqua talis eſt:bonum habet ſapoꝛem:⁊ venarum erit penetratiua:⁊ ciboꝛū poꝛtatiua:et nullam auget ventoſitatem rugitū ⁊.grauitatē. Quod ſenſit Gal. in libꝛo.j.de ſimplici medicina diſtinctione.ij.c.j.dicens. aqua pura experitur ⁊ iudicatur de ea per tres ſenſus:qui ſunt:viſus:guſtus:⁊ odoꝛatus. Per guſtum quidem:vt non ſit ei ſapoꝛ omnino:immo ſit inſipidi ſapoꝛis in ſummo:et per viſum quidem:vt ſit in ſummo clara et mūda ⁊ luminoſa:et ſimiliter in odoꝛatu opoꝛtet enim vt non ſit ei odoꝛ omnino.⁊ ſubiunxit. aqua que denudata eſt ab his oībus pꝛopꝛietatibus eſt apud naturā:ideſt pꝛope puram:non munda in fine mundificationis:ſicut nullū ſenſatoꝛum quattuoꝛ elementoꝛum eſt purum cui non permixtum ſit aliq̇d cū eo. Apud ſenſum vero ⁊ viſum aqua longinqua ab illis ꝓpꝛietatibus eſt pura mūda. Que fuit ſnīa Hippocrates in libꝛo de aere et aqua.cap.dicentis. Aqua aliarū optima ſapoꝛata que in hyeme calida:eſtate frigida:⁊ melioꝛ eſt que ab oꝛtu ſolis: et maxime eſtiuo tempoꝛe decurrit:alba perſpicua atqꝫ pꝛoculdubio odoꝛifera eſt. Que autem eſt lenta grauis non currēs minime eſt iuuatiua. Debet pꝛeterea aqua laudabilis in eſſentia ſua leuis eſſe ⁊ ſubtilis:quoniam aqua que eſt leuioꝛ in pluribus diſpoſitionum eſt melioꝛ:⁊ ideo ſcire debes ꝙ pondus eſt ex experimentis adiuuantibus ad cognoſcendum aque diſpoſitionem. Cognoſcitur autem pondus per menſuram:cum in duabus aquis diuerſis duo pāni.aut duo cota vnius ponderis madefiant:⁊ poſtea vehemēter exiccentur:deinde ponderāt:qꝛ aqua cuius cotum fuerit leuius erit melioꝛ inq̄t Auicen.in.ij.pꝛimi doctrina.ij.c.xvj. Qđ etiam voluit Raſis in.iij. Almāſoꝛis.c.iiij.dicēs. Aq̄ inſuper que pondere leuioꝛ eſt:caloꝛēqꝫ ⁊ frigiditatē velocius ſuſcipit:ſapoꝛē retinet melioꝛē que.ſ.ad dulcedinem pariter declinatur melioꝛ iudicāt:que ſimi



liter fuit Gal. ſententia in pꝛimo de ſimplici medicina diſtinctione.ij.c.iiij.dicētis. Aqua quāto ſubtilioꝛ eſt:tāto velocius ſuſcipit impꝛeſſionē: ⁊ ſubtilioꝛ quidē aqua eſt in qua fex terrea minoꝛ eſt. et ipſe quoqꝫ ab Hippocrate accepit in.v.aphoꝛiſmoꝝ.aphoꝛiſmo xxvj.ſic ſcribēte. Aqua que cito calefit et cito infrigidāt leuiſſima eſt:eo qꝛ ſubtilis eſt et rara: in qua multum de aere eſt admixtum. Et pꝛopterea hmōi eſt ex parte ſue eſſentie laudabilioꝛ et eligibilioꝛ aqua. Et poteſt etiā pꝛobari:vt Iſaac inquit:accipiēdo lineos pannos tenues et veteres: eoſqꝫ medios diuidendo equaliter ⁊ malefaciendo in duabus aquis: et in vno loco ſuſpendantur:et in vno tempoꝛe: et qui pꝛimus erit ſiccus:aqua erit leuioꝛ ⁊ ſubtilioꝛ: et tali in potu coctionibus huiuſmodi:pꝛo quibuſcūqꝫ opoꝛtuerit: vtendum eſt.

¶ Cap. ccliij.oſtendit que aqua et pꝛecipue fontina laudabilioꝛ ſit ex parte ſue oꝛiginis et loci ad quem tendit:necnon ex parte luti ſuper quod tranſit.

Hoc capitulū erit pꝛecedētis cōplemētū: cum per ipſum clarius apparebit q̄ aqua laudabilioꝛ ſit ⁊ magis faciens ad ſanitatem quantum eſt ex parte ſue oꝛiginis et loci ad quem tendit et alioꝛū:vt per pꝛoceſſum pateſiet. Dicamus ergo cum Iſaac in particularibus ſic ſcribēte. Oꝛigo curſus laudabilis aque neceſſe eſt vt ſit contra oꝛientem aliquantulū: ſeptentrionali pertingens plage: ſeptētrionalis et oꝛientalis ventus eā perflet. Fluxus vero eius neceſſe eſt vt ſit fixus et velox currens ſuper lapidem paruū ⁊ arenas clariſſimas:nullam habens immundiciā:aut curſus ſuper cretam ſapidā nimiſqꝫ mūdā: coloꝛqꝫ eius rubeus aut niger: huiuſmodi enī aqua ſubtilis eſt et leuis:que poſita ad ignē ſeu ſolem citiſſime calefit:calefacta vero ad aerem ponatur et velociter refrigeratur:et citiſſima eſt eius mutatio de qualitate in qualitatem: ⁊ de vtero expulſio eſt ſignificans leuitatem et oſtendens illam quicq̄ terreſtre nō habere. Quod etiam ſenſit Raſis in.xxiij. continentis.c.cccccccxlvj. et Auicen.in.ij.pꝛimi.c.xvj. dicentis. Aque vero que ſunt alijs melioꝛes ſunt aque fontiū:neqꝫ tamen omnium fontium:niſi fontium terre libere:in cuius territoꝛio nulla diſpoſitionum qualitatum extranearū ſuperat:aut aque que ſunt petroſe:quia ſunt dignioꝛes ne terreſtri putrefactioni putreſcant. Illa tamen que eſt terre libere melioꝛ eſt petroſa: neqꝫ omni fonte terre libere: ſed tantum illa que pꝛeter hoc eſt currens: neqꝫ omnis currens niſi currens que eſt ſoli et ventis diſcooperta: hoc namqꝫ eſt ex eo ꝙ currēs nobilitatem acquirit:neqꝫ omnis currens diſcooperta: niſi illa que ſuper lutum incedit. Et debes ſcire ꝙ illa que ſuper lutum vadit: melioꝛ eſt ea que ſuper petras fluit:lutum enim mundificat aquā: et aufert ab ea res extraneas ſibi admixtas que ſunt in ea: et colat ipſam:ſed lapides non faciunt illud.opoꝛtet aūt vt lutum ſuper quod tranſit ſit liberum et non fetidum:neqꝫ lacunoſum: neqꝫ aliud aliquod tale. Qđ ſi hec aqua fuerit multa ⁊ foꝛti cucurrerit curſu:que pꝛopter ſui multitudinē illud quod ei admiſcetur in ſuā cōuertat naturam:⁊ que ſuo curſu ad ſolem tendat ſcꝫ ad oꝛientē ⁊ pꝛopꝛie ad eius eſtiuū erit melioꝛ aq̇s ⁊ quanto magis cum multum a ſuo elongabitur pꝛincipio:⁊ poſt hanc que ad ſeptentrionem vadit:illa nāqꝫ que ad occidentem tendit ⁊ meridiem eſt mala: et ꝓpꝛie cū meridionales exufflauerint venti:et illa quidem que a locis deſcendit altis cum alijs bonitatibꝰ eſt melioꝛ. Et illa que eſt ſic quaſi dulcis eſſe imaginatur:⁊ eſt pondere leuis:⁊ cito infrigidatur:⁊ cito calefit:ꝓpterea ꝙ eſt reſoluta frigida in hyeme:⁊ calida in eſtate:in qua nullo modo ſapoꝛ ſuperat aliquis neqꝫ aliquis odoꝛ.⁊ cito deſcendit ab hypocundrijs ⁊c. Auerrois etiā in commento.cxxxj. canticoꝛum ſic de eis inquit.aque fontine ſecundum opinionē Hippocratis ⁊ Gal. ſunt melioꝛes.et ex eis maxime oꝛiētales:⁊ ſuper arenam incedentes ⁊ in.v.colliget: ſimiliter ait. Melioꝛ aquarum ſecundum Hippocratem eſt aqua fontium oꝛientalium:que ſcaturit ex terra q̄ non habet nimis groſſam ſubſtantiā nec nimis mollem vel luteam:ſed ſit mediocris inter has:⁊ pꝛopterea hec aqua eſt ſuauioꝛ et leuioꝛ ⁊ citius permutatur a calido ⁊ frigido. Galienus quoqꝫ in.j. de regimine ſanitatis dixit. Quicūqꝫ fontes verſus ſeptentrionē quidem fluunt ex petris expꝛeſſi duras habēt aquas ⁊ tarde incedentes. Qui vero verſus oꝛientē:bonas ſi per terram colantur puram:et calefiunt ⁊ infrigidantur velociter. Et poſtea ſubiunxit. Fontis aqua recens eſt bibenda:que nullam adiectam habeat perniciofam qualitatem. Et hec fuit Hippocratis ſnīa in libꝛo de aere ⁊ aqua.c.j.dicentis.aque vero fontiū ſcđm oꝛtum ſolis exiſtentium omnium ſunt melioꝛes ſcđo vero ille que inter eſtiualem ⁊ hyemalem oꝛtum habent. Quarū etiam melioꝛes ſunt oꝛientis oꝛtu ꝑtinentis:poſtea vero que inter eſtiualem ⁊ hyemalē. Sed harum omnium peioꝛes meridionales. Que autem ſunt inter hyemalem oꝛtū:⁊ hyemalē occaſū exiſtunt inter illas medie. Ille vero que in ſeptētrionis ꝑte ſunt illis melioꝛes exiſtunt. Ex quibus ſatis patent que in rubꝛica capituli huius declarari pꝛomittebantur.quare ⁊c.

¶ Cap.ccliiij.oſtendit malitiam aquarum fluminū: ⁊ pꝛecipue per ciuitates tranſeuntium vel pꝛope illas exiſtentium paucis admodum exceptis.

Si poſſemus fontium aquas habere continue: ⁊ illas pꝛecipue quas in ſuperioꝛi capitulo commendauimus:alijs quippe ſicut fluuialibus ⁊ huiuſmodi nequaq̄ vtendum eſſet. Verū quia illas ſemꝑ habere non valemus:cū a fontibꝰ pleruqꝫ remote ſint

ciuitates ad quas flumina ſolēt peruenire. Quorum
aqua illarū hoīes vti diuerſimode cōſueuerūt: neſciē
tes forſitan an bona vel mala ⁊ illaudabilis ad ſanita
tem exiſtat. Ideo de aquis fluminū dicamus impre
ſentiarū quid ſenſerint antiquiores: vt dictis eoꝝ ple
ctis: ſciat vnuſquiſqꝫ bonas illarū a malis ſecernere.
Et primo referamus que ſcripſerit Iſaac in particu
laribus dietis cū ait. Poſt aquā pluuialē cōmenda
mus aquā fluminis magni a ciuitate remoti: cuius li
quor eſt clariſſimus ſuper arenas nitidas vel lapides
currēs: tū melius eſt ſi fluat ſuper lapides ꝙ̃ ſuꝑ are
nas: lapides enī illidūt aquam eiuſqꝫ groſſiciem atte
nuant: que vero ſuꝑ arenas fluit nitidas melior eſt ꝙ̃
pluuialis in ciſterna longo morās tpe ⁊c. Auerro. au
tem in. v. colliget ſic de eis inquit. Raſis ſenſit ꝙ me
lior aqua ſit fluminū magnoꝝ ductuū. Et Hippocra
tes dicit ꝙ iſte aque ſunt diuerſarū ſubſtātiarū eo ꝙ
tranſeunt per diuerſas terras: et propterea qꝛ ingre
diuntur eas multi riui. Et mihi videtur ꝙ Raſis nō
laudauit flumina magis groſſa: niſi ꝓpterea quia ſol
operatur in eis vnā operationē propter quā ſeparā
tur partes groſſe a ſubtilibus: ⁊ ꝓpterea coquūt me
dici aquā illis qui habent debilē ſtomachum et epar.
Ergo opus qđ fit in aqua eſt diuerſum ab aqua: ſed
qđ eſt inſpiciēdum in aqua eſt diuerſitas terrarū: qꝛ
nō poteſt eſſe quin in eſtate nō defluāt ad flumina aq̄
multitudo ex aqua pluuiali. Et ꝓpterea quāto plus
elōgatur flumē a ſuo ortu eſt deterius: et ꝓpterea no
ſtrum flumen melius eſt in corduba ꝙ̃ in ſibilia: et eſt
deterius in ſibilia ꝓpter cremētum ⁊ decremētum: ⁊
propter admixtionē aque ſalſe in eo: quāuis illud nō
ſentiat ⁊c. Et ſubdit. Impoſſibile eſt vt aque magno
rum fluminum non ſint turbide: et propterea inueni
mus in fundo pitarioꝝ qn̄ ponimus in eis aquā flu
minum multū de ſabulo et terra: ⁊ ſic accidit in terra
noſtra qđ nō accidit de aquis fontium. hec ipſe. Aui
cen. quoqꝫ in. ij. primi. doc. ij. c. xvj. ſic de ipis ſcripſit.
Sunt autē qui aquā nili maxima laude extollunt: et
eius bonitates in quattuor cōprehēdunt: in longitu
dine manationis eius ⁊ bonitate locoꝝ ꝑ que vadit:
et qꝛ in curſu ſuo a meridie tēdit ad ſeptētrionē ſub
tiliās illud qđ in ipſo currit ex aquis: in multitudine
vero ſui: quia alie cōmunicāt ei: in aquis autē alijs ſi
quotidie eas de vno vaſe in aliud mutares quotidie
manifeſtā videres deſcēſionem ⁊c. Ex quibus nobis
videt ꝙ Princeps aquas fluminū nō cōmēdet: imo
implicite dicat ipſas terreſtres et turbidas eſſe. Qđ
eſt ita in rei veritate ꝓpter canales ⁊ ductus particu
lares ꝙ̃ plurimos turbidas ⁊ infectas malis qualita
tibus aquas in ea flumina perducētes. Et precipue
aqua fluminum ciuitatibus propinquoꝝ ſuperfluita
tes ⁊ immūdicias excolātium in quibus pāni lauant
et res multe mortue et fetide proijciūtur: pelles aīa
lium: linū ⁊ hmōi macerātur. Que oīa bonitatē aque
fluminis peruertunt: ⁊ propterea turbide fiūt ad po
tum indelectabiles ⁊ ad coquinādū ſuſpecte. Et oīa
vt vno concludamus verbo: aque fluminū inſalubres
et pernicioſe debēt ꝓnunciari: quare dimittēde ſunt
et precipue poſt multitudinē pluuiarū cū turbidiſſi
me ⁊ velut rubee fiāt. Aqua igitur fluminum illauda
bilis exiſtimetur: niſi talia fuerint flumina qualia vbi
ſupra Iſaac inquit fore debere. Tūc enī eoꝝ aqua ra
tione ſui motꝰ ⁊ puritatis laudabilis eſſet: nō tū ma
gis ꝙ̃ fontina vel pluuialis: vt infra apparebit. quam
aquā in hac regione credo ꝙ nemo poſſit reperire: cū
flumina taliter conditionata nō habemus. quare ⁊c.

## ¶ Cap. cclv. oſtendit nocumenta et maliciam aque turbide dicendo eam clarificare multifariam.

Quia in ſuperiori capitulo ſatis equidē re
probauimus aquā fluminū: eo ꝙ vt pluri
mū eā turbidā eſſe reperiamus: nobis vi
detur ad clariorē huius noticiam conſe
quenter perſcrutari debere ſi aqua turbi
da ſit ita ad ſanitatem ſuſpecta: vt ipſam oīno opor
teat euitare. Et breuiter dicimꝰ ꝙ illaudabilis ⁊ egri
tudinalis exiſtit omnino: vt patet per Haliabatē in
v. Theorice. c. xxix. dicentē. Turbida aqua eſt cui lutū
immixtum eſt: et talis ſpecies aque oppilationē ge
nerat in epate: lapides in renibus: magiſqꝫ in ſtoma
cho ꝙ̃ ſuauis et pura moratur. Similiter per Auicē.
in. ij. primi. doc. ij. c. xvj. ſic ſcribentem. Aqua vero tur
bida lapidē generat et oppilationes: ideoqꝫ poſt ip
ſam res comedenda eſt prouocatiua. Quod etiā ſen
ſit Raſis in tertio Almanſoris. c. iiij. cum inquit. Tur
bida autem aqua in epate oppilationē et in renibus
lapidem generat. Que fuit ſententia Hippocratis in
libro de aere et aqua. c. ij. dicentis. Aqua que cum in
vaſe ſteterit: et fecem fecerit: ſi bibatur morbos gene
rat. et in. c. iij. eiuſdem. Aque turbide ſtagnantes: ſali
nares: et paluſtres eſtate quidem calide ſunt ⁊ groſſe
et auſteri odoris: quia non currunt et cetera neceſſa
rio fiunt male. Et propterea dicebat Gal. in. j. de re
gimine ſanitatis. Fugiende ſunt aque ſtagnorum: et
turbide: et ſalſe: et fetide: et vniuerſaliter quecunqꝫ
aliquam qualitatem in guſtu oſtendunt. Ea enim eſt
optima aqua que nullam apparentem habet qualita
tem: neqꝫ in guſtu: neqꝫ in odoratu: et erit hec aqua
bibenti delectabilis et certiſſime pura. Talis autem
eſt aqua fluminum: cū dicat Auerrois in quinto colli
get. Impoſſibile eſt vt aque magnoꝝ fluminum non
ſint turbide ⁊c. Et propterea ſeruantes Gal. prece
ptum vbi ſupra: turbidas aquas fugiamus: ne in no
cumenta ex eis prouenientia incidamus. Sed ſi quis
diceret. Si contingeret vt in longinquo itinere alias
ꝙ̃ turbidas aquas per regiones aliquas non repe
rirē: quomodo poſſem eas rectificare? Cui reſpōde
bimus dicentes cum Iſaac in particularibus die
tis ſic ſcribente. Si qui volunt aquam clarificare et
mundificare propter cholericos ⁊ iuuenes ceteroſqꝫ
calidas naturas habētes: accipiāt eam cum puluere



boli: et chimolee: ſpodij: ⁊ ſimiliū. ſic decet purificari.
Humidas vero naturas habētibꝰ donec cū amygda
lis dulcibus et tritici farina. Qđ ſi neceſſe eſt vt aqua
potetur frigidiſſima aut turbida: oportet eā miſceri
vino albo: ſincero: clariſſimo. Raſis vero in. vj. lib. Al
manſoris. c. xij. dixit. Aqua groſſa ⁊ turbulēta clariſi
canda eſt multotiens de vno vaſe in aliud mutando:
qđ ſi fieri nō poterit per colatorium qđ ex farina tor
tellarū madefacta ſit coopertū colетur. De his etiā
que aquā colant eſt vt in ipſa paruꝫ aluminis iameni
triti proijciatur: hoc enī eā cito clarificat atqꝫ colat.
A quo princeps noſter Auicē. videtur accepiſſe cū in
iij. primi. c. penul. dixit. Aquarum iter agentē malicia
ad egritudines magis perducit ꝙ̃ nutriētium diuer
ſitas: et ex hoc ſolicitudo eſt habenda: ⁊ res aque cor
rigenda: de eius autē emendatione eſt vt vehemēter
coletur: et fiat vt a reſudante corpore multū per reſu
dationē egrediatur: ipſam quoqꝫ coquere eā qn̄qꝫ co
lat: et inter pure aque ſubſtātiam: et id qđ ei admiſce
tur ſeparationem facit: et maius hoc toto eſt ipſam
ſublimādo diſtillare: et etiā cum ex lana retorta fit li
chiniū: cuius vna extremitas in vas plenū ponitur: ⁊
altera in vas vacuū: et guttatim aqua ad vacuū dila
bitur: et eſt clarificādi modus idoneus: et proprie cū
multotiēs factus fuerit. Similiter quoqꝫ cum aqua
mala ponitur in vaſe: et coquitur: et proijcit in ea dū
ipſa ebullit lutum liberū: ⁊ guttatim diſtillabit cū la
na ad modū prime. Alios quoqꝫ dat modos clarificā
di: qui quia nō placent nobis pretermittimus. Po
ſtremo in fine illiꝰ capituli inquit. Aqua preterea pan
no interpoſita bibenda eſt: ne ſanguiſuga cum erro
re ingrediatur: et ne quod ex malis permixtionibus
vehementer eſt minutum tranſglutiat. Et hoc opti
mum eſt et obſeruandum preceptum ab iter agenti
bus. quare ⁊c.

## ¶ Cap. cclvj. oſtēdit maliciam aquarum putealium ciſterne paludum: et oīm aliarum nō currentium.

De his oībus mihi videt in vno. c. ſcriben
dū eſſe: cū ipſe in quiete ſimul cōueniant:
et in malicia: ꝙ̃uis puteali frequēter vta
mur: ⁊ ciſternali nōnunꝙ̃ tāꝙ̃ precioſiori
et ad ſanitatē cōueniētiori vulgarium ſe
quētes imperitiā: q eā ſaluberrimā exiſtimāt: ⁊ ipam
ſic eſſe ſine dubio predicāt: cū tū a ſapiētibus ſicut ⁊
putealis ſit reprobata. Unde Princeps in. ij. primi.
doc. ij. c. xvj. ſic ait. Puteoꝝ vero aque ⁊ aqueductuū
ſunt male cōparatione aquarū fontiū: ſunt enī aq̄ cō
ſtricte terreſtreitates lōgo tpe recipientes. Ideoqꝫ
eſſe nō pōt quin in eis aliqua ſit putrefactio: qn̄ ex
tracte fuerūt ⁊ cōmote virtute cogēte: ⁊ nō virtute q̄
ſit in eis declināte ad hoc vt manifeſtent ⁊ expellant:
niſi ingenio ⁊ arte: qꝛ via ꝓpinqua eis fuit adhibita ꝑ
quam inceſſierunt. Et ex eis tamē ille ſunt deteriores
quibus ex plumbo vie facte fuerunt: qn̄ ex eius vir
tute aliquid aſſumunt: vnde frequēter ad diſſinteriā
ducunt. ¶ Similiter aqua ciſterne nō approbatur: ⁊
ꝑcipue ſi in ea per longū tēpus fuerit: dicente Iſaac
in particularibus dictis. Aqua pluuialis in ciſterna
longo morans tpe malam ſuſcipit qualitatē a fumoſi
tate terre. Et qꝛ etiā nō mouetur illaudabilis eſſe exi
ſtimatur: cū dicat Auicen. in loco ſuperius allegato.
aque nō currentes quocūqꝫ modo fuerint ſtomacho
non cōferunt ⁊c. Et quāuis huiuſcemodi aqua plu
uialis fuerit: ⁊ ex nubibus veniens que cōmendatur
a ſapientibus. tū ſupraſcriptis rationibus illaudāda
pronūciatur. Quare vulgares hec nō cōſiderantes im
prudēter et immerito eā extollunt: et qđ deterius eſt
quidā ignari medici: ſi medici vel potius carnifices
debeāt appellari: illud idem qđ rudes aſſerunt et con
ſulunt: ne pauciora vulgaribus ſcire videantur: vt aſtā
tes pro febrientibus nullam preter ciſternalē aquam
eligant: et hoc qꝛ nunꝙ̃ niſi receptas forſitan vel pra
cticam alicuius boni viri. perlegunt: ſi quidē operam
darēt libris ſapientiū: profecto viderent Auicē. ſic vbi
ſupra dicentē. Cū aqua nō currit proculdubio aliqua
in ea exiſtit grauitas: ⁊ fortaſſe in multis earū exiſtit
ſtipticitas. ⁊ cōuertitur cito ad calefaciendū: ideoqꝫ
nō ſunt vtiles febres habentibus: nec illis in quibus
cholera ſuperat ⁊c. Qua de cauſa nec diaricis: vident
cōuenire. ¶ Paludalē quoqꝫ aquam eiſdem rōnibꝰ
⁊ cauſis malam eſſe et inſalubrē intelligimus et predi
ctis deteriorem. Et ꝙ ita ſit apparet ꝑ principē in. c.
prenotato ſic ſcribētem: aqua aūt paludalis deterior
aqua putei exiſtit: qꝛ manatio aque putei acuitur pro
pter illud qđ de ipſa extrahitur vnde ꝑdurat eius mo
tus: et nō multū moratur in cōſtrictione: neqꝫ manet
in locis vnde manat longo tēpore: aqua vero paludis
propterea ꝙ longo tempore moratur in foraminibus
terre putrefaciētis: ⁊ eius motus in manando ⁊ egre
diendo eſt motus tardus: qui nō prouenit ex fortitu
dine ſue expulſionis ꝓpter largitatē materie ipſius:
neqꝫ eſt niſi in terra corrupta et putrida. Raſis vero
in tertio almanſoris. c. iiij. ſic de ea inquit: aqua vero
ſtans et putrida ſplenē augmētat ac cōplexionē cor
rumpit: ⁊ generat febres. Et in. xxiij. continentis. ca.
ccccccxlvj. dixit auctoritate Gal. Hec aqua ſcꝫ palu
dalis: eſt putrefacta: ideo generat hūores corruptos
ſicut generant de venenis putrefacientibus: ⁊ generat
cholerā rubeā et ſimilia de humoribus putrefactis. ⁊
hoc totū fit ex priuatione curſus ⁊ vſtione eius de ſo
le: vnde corrūpitur et lucrat naturā malā: et ideo ma
la erit bibēti eam. Et poſt pauca ſubiunxit. Et dixit
Hippocrates ꝙ bibentium talē aquā ſplē magnifica
bitur. Gal. inquit: intendit ꝙ ſplē ſolidabitur: ⁊ ego
dico ꝙ nō corrumpunt ſplenes eoꝝ tm̄: ſed etiā alia
membra: ⁊ ꝓpriе epar ⁊ ſtomachus: quia hmōi aqua
infert oppilationes in meſaraica quia eſt turbida: ta
men ſplē de ea velociter patitur cū ſibi attrahat ſan
guinem groſſum. Et dixit etiam. Bibētes huiuſmo
di aquam habebunt ventrem calidū ex caliditate pu

trefacta et ſiccum ⁊ corpora macilenta inflata: immo
in eis generabitur putrefactio et ventoſitates groſ-
ſe. Extenuantur autem eorum corpora: quia non nu
triuntur valde: deficit appetitus cibi ipſorum ex ma
licia ipſius aque: vnde ipſa aqua calida eſt in eſtate ⁊
putrefacta in hyeme gelata ⁊ turbida: vnde qui cogi
tur ad bibēdum ipſam in eo fiet vitium: vt diximus.
hec ipſe. Que fuit ſententia Gal'. in libello de bonita
te aque dicentis. Paludoſe aque omnes ſunt peſſi-
me: odorē enim habent inconuenientem ſicut putre-
ſcentem: et eſtate quidem fiunt calide: hyeme vero fri
gide: quod eſt maximum ſignum malicie aquarū ⁊c.
Quod et ipſe ab Hippocrate in libro de aere ⁊ aqua
ſic ſcribente accepit. Aque igitur turbulente et ſta-
gnantes ſalinares et paludeſtres eſtate calide ſunt ⁊
groſſe: vaſteri odores quia nō currunt: ſed permanēt
pluuia ſuperueniente atq; ſolis ſplendore eas perpe
tuo comburente: itaq; neceſſario fiunt male et abſq;
colore: choleram rubeam generant: dolorem in ocu-
lis: ſiccitatem in corporibus dominantem ſenibus ca
tarros ex defectione neruorum et conſumptione: qui
dā vero ex ipſa moriuntur. Quare fugiende ſunt hu-
iuſmodi quieſcentes aque.

¶ Cap. cclvij. oſtendit bonitates aque pluuialis: et
quomodo ſubtilior ſit alijs et melior ad ſanitatem.

Dicamus modo de aqua pluuiali qua non
vtimur: cum tamen vtēdum foret ipſa po
tius ꝙ puteali fluminali vel talibus: pro-
pterea ꝙ laudabilis eſt: et plurimum ab
auctoribus cōmendata: vt patet per Aui
cen. in ſecunda primi doc. ij. c. xvj. dicētem. Ex aquis
quoq; laudabilioribus ſunt aque pluuie: et precipue
ille que in eſtate veniunt: et ex nubibus cum quibus
accidunt tonitrua: turbidatio autem vaporis: vnde
generantur venti maximi cū nubibus venientes tur
bidant nubes ex quibus venit pluuia: ideoq; eiꝰ ſub-
ſtantia eſt ſalſa et non pura: ſed tamen aque pluuiali
cito aduenit putredo: licet ſit aqua melior propterea
ꝙ eſt valde ſubtilis: et quia in ipſa corrumpens ter-
reus et aereus vapor cito operatur: et fit eius putre
do cauſa computreſcendi humores: et impedit pectꝰ
et vocem. Quidam autē dixerunt huius cauſam eſſe:
quia aque pluuie generātur ex vapore qui fuit ex hu
miditatibus diuerſis ſubtiliatus. Sz ſi hoc eſſet cū
pluuia aqua pluuie vituperabilis eſſet et non lauda-
bilis: ſed non eſt ita: immo propter multam ſue ſub-
ſtantie ſubtilitatem: quoniam omnis ſubtilis ſubſtā
tia plus recipit paſſionem: ꝙ ſi aqua pluuie ebullie-
rit: eius receptio putrefactionis minuetur. hec ipſe.
Et in canticis textu commenti. c. xxxiij. ſimiliter ait.
Melior ex aquis eſt pluuialis munda: quoniam ni-
hil admiſcetur ei quod inferat nocumentum. Et in
hoc conueniunt omnes inquit Auerrois in commen
to. Quod etiam ſenſit Iſaac in particularibus die-
tis cum ſcripſit. Omnibus autez aquis pluuialis eſt
electior que vicina ab aeris ſummitate cecidit: mun-
da tamen ſi fuerit ab omni putredine: et ponatur in
ciſterna optime lota: talis enim aqua minus ceteris
eſt humida: ⁊ quiddam ſtipticitatis habet: vnde non
nocet ſtomacho: ſed potius eum confortat. Que fuit
ſententia Raſis in tertio Almanſoris. c. iiij. dicentis.
Pluuialis autem aqua his qui cito incurrūt febres
eſt mala: et maxime ſi longi eſt temporis: que tamen
in ſuis alijs diſpoſitionibus eſt bona. Et in. xxiij. cō-
tinentis. c. ccccccccxlvj. dixit auctoritate Galie. Aqua
pluuialis leuis eſt dulcis et luminoſa valde: quia ſol
concipit tenuiorem partem aque: ideo cito calefit et
cito infrigidatur et decoquitur id quod in ea coqui-
tur cito: ſed mutatur et corrumpitur etiam cito. Ex
hoc tamen noli eſtimare ꝙ aqua que corrumpitur ci
to ſit mala: quia velox corruptio ipſiꝰ eſt ex eo quod
colligitur ex diuerſis locis: ⁊ res collecte ex diuerſis
locis ſunt velocioris putrefactionis: tamen non eſt
conditio pene metallis: ſed velox putrefactio ipſius
eſt ex tenuitate eius: quia pars tenuis ipſius diſſol-
uitur cito: et putrefit pars reſidua. Et dixit etiam.
Aqua pluuialis eſt melior omnibus aquis dū nō con
cipiat malum odorem: quoniam ſi concipit infert bi-
benti ipſam raucedinem vocis tuſſim et grauem vo-
cem. Et hoc modo intelligenda ſunt verba Princi-
pis vbi ſupra. Et iterum inquit. Aqua pluuialis per
ſe conueniens eſt et bona: et omnes bonitates aque
in ea inueniuntur: quia valet ad digeſtionem: ad pro-
uocandum vrinam: ad epar: ſplen: renes: ⁊ pulmonē:
et neruos: et tamen non habet in ſe vim infrigidati-
uam vehementer: magis humectat et putrefit cito: ⁊
hoc ſignificat ſuper bonitatem ipſius: quia alteratur
cito ex tenuitate eius. Quod ſimiliter voluit Halia-
bas in quinto Theorice. c. xxix. cum ait. Aqua pluuia
lis melior omnibus eſt aqs: et ponderis leuioris ſua
uiorq; et mundior. Que fuit ſententia diui Hippo-
cratis in libro de aere et aqua et regionibus dicētis.
Aque pluuiales leues ſaporate ac luciſſime ſūt. pri
mo namq; ſol ab aquis quod ſubtilius et leuius eſt
attrahendo aſſumit: quod inde deprehēdimus: quia
id quod graue et ſalſum fuerit in ſuo modo remane-
re videmus: ſed ſol quod leuius et ſubtilius eſt non
ſolum de fluminibus attrahit: ſed etiam de maribus
et quibuſcunq; locis humidis: humiditas namq; in
rebus humidis inuenitur: necnon et in hominibus.
Quod humiditatis ſubtilius ac leuius eſt a ſole de-
ſiccari: ſic comprobatur. Si quis enim ſedeat ad ſo-
lem opertus etiam veſtimentis: ſudat equaliter. Si
vero in vmbra inequaliter: quia eſt longinquus a ſo
le et remotus: vnde et aque pluuiales putrent: ma-
lumq; odorem exhalant: quia ex multis congregate
ſunt aquis: et ideo leuiores alijs putreſcere ſolent
ac mutari. Cum autem ſol accipit eas et in altum
ſuſpendit frigeſcunt: et aeri commiſcentur. Turbi-
dum vero ſuum quod nigredinem reddit: ſeorſum



in nube ſciungitur. Quod vero leuius: eſt purgatur
atq; dulceſcit: quia quod a ſole decoquitur ſaporitus
ac dulce efficitur: et quia in aere a vētis colligitur: om
nis groſſities ab ea remouetur: ⁊ propterea ſanis et
infirmis optima exiſtit. et nulla ſuper eam eligatur.

¶ Capitulum. cclviij. oſtendit nocumenta prouenie
tia ex potu aque valde frigide.

Poſtq̄ cōſiderauimus aquā quātū eſt ex
parte ſue eſſentie modi ſubſtantie et lo-
ci: conſequēter debemus eam quātuz eſt
ex parte qualitatum conſiderare et bene
perſcrutari ſi omnis aqua quātūcūq; lau
dabilis quomodolibet bibenda ſit vel ne. Et breui-
ter dicimus ꝙ et ſi per ſe fontina vel pluuialis aut
queuis alia commēdabilis aqua ſit iuuatiua: per ac-
cidēs tamen ratione actualis qualitatis ei coniūcte
poteſt eſſe plurimū nociua: vt quando frigida fuerit
aut tepida. Qm̄ valde frigida plurimū ſolet nocere:
etſi eius effectus non ita appareat: dicente Haliaba
te in quinto Theorice. cap. xxix. Omnis quecūq; aque
potum cū niue refrigeratū aſſiduus ſumit: ab eiꝰ cer
te in ſubſequēti nō liberabitur malo maximeq; in ſe
nectutis tēpore. Cuius qdē rationem aſſignat prin-
ceps in ſcd̄a tertij. cap. j. dicens. Aqua frigida nocet
neruis propterea quia facit eos deficere a digeſtiōe
humiditatū que ſunt in eis: quare in humorē indige
ſtum permutāt. Quod etiam in parte ſcd̄a cāticoruz
textu cōmēti. xxvij. expreſſit dicēs. Potus aque fri-
gide neruis obeſt. Et Iſaac in particularibus dietis
cum ait. Porro aqua frigidiſſima plurimū eſt neruo
rū pectoris et inteſtinorū percuſſiua: generatq; dolo-
rem in vētre: et ſtricturā in pectore: et omnibus in-
ſtrumētis ſpiritus et crepaturam in ſuis venis: quā
qui aſſuete biberit incidet in ſpaſmū: et mēbrorū dor
mitationē patietur et thetanū et epilepſiam: ideoq;
oportet vt cū vino miſceatur vt tēperet̄. Neceſſe eſt
ergo oibus naturaliter vel accidentaliter humidas
naturas habentibus cauere aquam: ꝙ ſi aliud non
poſſunt miſceant eam cum aliquanto maſtice: et co-
quatur ea quouſq; ad tertiam vel ad dimidiam par-
tem redierit. Et poſt aliqua ſubiunxit. Aqua frigidi
ſſima velut nix omnibus corporis neruis nocet ⁊ dē-
tibus: maxime ſenibus propter defectionē ſuorū ner
uorū: percutit em̄ ſtomachum eorū pectus et oīa vi-
ſcera: generat in inſtrumētis ſpiritus anguſtiā: ſpaſ-
mū: paralyſim: et hec oīa in ſenibus ſunt cito apparē
tia: pueris vero et iuuenibus nō cito talia eueniūt ꝓ
naturali eorū calore frigiditati repugnāte: ſed tamen
ſi ea aſſueſcāt nocet eis. precipue nerui eoruz in hanc
incidūt paſſionē: de qua nullo modo poſſunt euade-
re ⁊c. Hoc idē etiā non minus ſenſit Raſis in. iij. Al-
manſoris. cap. iiij. dicēs. Aqua cū niue infrigidata vel
ex ſe vt hec frigida inuenit̄: ſtomachū ꝑcutit ſi a ieiu
nis bibatur: ſed epar multū infrigidat: quā nulli ieiu
ni bibere ꝑſumāt niſi calefacti: cōfert em̄ eis hoc mō
ſi ſuper cibo ſit accepta ſtomachū corroborat et ap-
petitum auget: ex ea tamē parua ſufficit quantitas
⁊c. Gal'. quoq; in. iiij. libro de ſimplici medicina di-
ſtinctione. j. cap. ij. ſic dixit de ipſa. Aqua frigida mor
dicat oculos et nares et quod eſt in homine de mē-
bris: et mordicat iterum mordicatione nō minore il-
la partes intrinſecas ſtomachi et inteſtinoruz. Que
fuit Hippocratis ſentētia in. v. aphoriſmorū apho-
riſmo. xviij. dicentis. Frigidū eſt inimicuz neruis: oſ-
ſibus: dētibus: cerebro: ſpinali: medulle. Et in. xxiiij.
eiuſdem. Frigida velut nix vel cryſtallus pectori ini-
mica: tuſſes cōmouentia: ſanguinē fluere faciētia et
catarros ⁊c. Frigida autē aqua eſt huiuſmodi. Iō
debet vnuſquiſq; eaz dimittere. Et propterea dixit
Iſaac in vniuerſalibꝰ dietis. c. xj. Frigida vt nix ſunt
fugienda: qm̄ etſi in corporibus iuuenū ledere nō ap
pareat: tamē nocumentū niuis paulatim ſe adunat:
licet ipſi non ſentiāt: ⁊ exeuntes a iuuētute ⁊ ſubeun
tes ſenectutē multos et diuerſos morbos incidunt:
qui incurabiles ſunt: et diu in viſceribus permanent
et articulis et neruis: nix em̄ ſemper mēbra percutit
debilia et multuz ſenſibilia. Que fuit Gal'. ſnīa in li-
bro de euchimia. c. vltimo dicentis. Iuuenuz frigida
vt nix bibentiū corpora inꝑceptibiliter apparent le-
dere: latens tn̄ nocumentū paulatim auctum in pre-
cedenti tp̄e declinante eorum iuuentute inſanabiles
egritudines gignit ſcd̄m articulos ⁊ neruos ⁊ viſce-
ra. Patit̄ autē citius illa pars corporis quecūq; fue
rit natura ſenſibilior. Et ꝓpterea bene cōcluſit Aui-
cē. in. ij. j. c. ſepiꝰ allegato cū inqt. Aq̄ tēperate frigida
ſanis melior ē aqs oibꝰ: ipa em̄ appetitum excitat ⁊
ſtomachū fortem efficit: vt etiam Iſaac et Raſis vbi
ſupra dixerant. Quapropter frigidiſſima aqua in nulla
diſpoſitione vtendum eſt quantumcūq; tempus an-
ni: complexio corporis: et ſuſcipientis etas ceteraq;
alia calida fuerint ⁊c.

¶ Capitulum. cclix. oſtendit ꝙ aqua te-
pida nec actu calida bibenda ſit: ſicut nec
illa que virtualiter calida fuerit: vt ſalſa:
ſulfurea: aluminoſa ⁊c.

Quia diximus in ſuꝑiori. c. ꝙ aq̄ valde fri
gida nō ſit bibenda: poſſet ex hoc quiſ-
piam opinari ꝙ ſicut aqua frigidiſſima
multa facit in corpus nocumenta ſic per
cōtrariū calida pluria faciat iuuamenta:
qd̄ tn̄ nō ē ita iuxta ꝓuerbiū. Oīa extrema ſunt vitio
ſa: neq; em̄ ē neceſſariū ꝙ ſi vnū ꝯrioꝝ ſit malū: reli-
quū ſit bonū: immo pleruq; ābo ſunt mala: nō ē ſicut
ſic de cōtradictorijs: vt recte ſciūt logici ſed quia nō
ſufficit dicere ꝙ ita ſit: id per locū ab auctoritate de
claremus. Et primo de aq̄ actu calida. Scd̄o vero de
calida in potentia: ſcilicet ꝙ neutra illarum ſanis ſit
conueniens. Prima quidem non ſolum non conue-

nit verūmetiam plurimum nocet dicente Auicenna in ſecundo primi doctrina.ij.capitu.xvj.Aqua calida digeſtionem corrumpit:et facit natare cibum : neqꝫ ilico extinguit ſitim:et quandoqꝫ ad hydropiſim adducit et ad ethicam et conſumit corpus. Et ſubdit Aqua autem calefacta cum fuerit tepida facit nauſeam:et cum fuerit calidior ꝙ̄ hec : et in ieiuno bibita fuerit:multotiens ſtomachum lauabit et ventreꝫ ſoluet:eam tamen frequenter bibere eſt maluꝫ:quia ſtomachi debilitat virtutem. Illa vero que multum eſt calida:quandoqꝫ colicam reſoluit:et ſplenis ventoſitatem frangit. Cur autem aqua tepida bibenda non ſit:eſt quia reſoluit et precipue ſtomachi virtutem:teſte eodeꝫ principe in decimoſexto tertij tractatu primo capitulo quarto.dicente. Tepidum reſoluit ſicut frigidum cōſtringit.et in primo quarti.c.vigeſimoſexto. Omne tepidum eſt mollificatiuum: et reſoluit ventrem ⁊c. Que fuit Galieni ſententia in ſecundo terapentice capitulo quinto dicentis.Tepida omnia ſoluunt robur ventris. Et in libro primo de febribus ad glauconem capitulo ſexto. Robur ventris facile ſoluunt tepida. Et propterea concludendum eſt ꝙ aqua tepida nec calida multum bibenda ſit:ſed moderate frigida : vt in precedenti capitulo diximus.

¶ Quantū vero ad ſecundam huius capituli partem principalem:dicamus ꝙ aquaꝫ virtute calidam in ſanitatis conſeruatione nequaꝙ̄ bibere oporteat:licet aliqui vulgariuꝫ aliter ſentiāt: quibus nec in his:nec in alijs que ſue nō ſunt artis aliquo modo fides eſt adhibēda:vt per ſingulas patet diſcurrendo. Non quidem ſalſa bibenda eſt : vt apparet manifeſte:quoniam macreſcere facit et exiccat:licet primitus fluere faciat ventrem propter vim radendi que eſt in ea:poſtea reſtringit ventrem in fine propter ſiccitatem que eſt in eius natura:et corrūpit ſanguinem:et generat pruritum et ſcabieꝫ:vt dixit princeps in ſecundo primi capitulo ſuperius allegato:vbi etiam ſubiunxit. Aluminoſe aque ſimiliter non ſunt potande:quoniam menſtruorum ſuperfluitatem currere non permittunt:neqꝫ ſpuere ſanguinem : et prohibent illud quod de emoroidibus egreditur : et corpora que febribus ſunt apta fortiter ad eas perducunt. Ferreis quoqꝫ et huiuſmodi nō eſt vtendum : niſi gratia medicine. Quod etiam ſenſit Iſaac in particularibus dictis cum inquit. Rurſus decet omnes cauere aquam ſalſuginem vel nitroſitatem habentem:quoniam talis aqua corpora calefacit,et deſiccat:ventrēqꝫ accidentaliter conſtipat:ei⁹ enim actio in initio diſſoluit humores groſſos:⁊ pūgit inteſtina:vnde fit ſolutio ventrium : in fine vero ventris humectationem deſiccat:ventremqꝫ accidentaliter conſtipat:eius enim actio in initium diſſoluit humores groſſos ; et pungit inteſtina : vnde fit ſolutio ventrium:in fine vero humectationem ventris conſtipat:eiqꝫ reſiſtit ne per ſeceſſum exeat : fit ergo cauſa conſtipandi ventris accidentaliter. Quod ſimiliter voluit Raſis in tertio Almanſoris capitu. quarto cum ait. Salſa enim aqua prius ventrem ſoluit : poſtea vero conſtringit ſi quis eam conſuete biberit corpuſqꝫ deſiccat ⁊c. Et in libro vigeſimotertio continentis capitulo. cccccccxlvj. auctoritate Galieni. Ruffi: Ioannitij: Bimmaſui:et omnium antiquorū dixit. Aqua ſalſa mala eſt et corrumpens :et eſt inflatiua et tarde digeſtionis:et ea non poſſunt vti ſani ⁊ fortes homines:et ſi vtantur ipſa nō poterit eis nocere:et ideo eſt melius vt videlicet acuta et ſalſa ⁊ meridionalis ⁊c. Paritqꝫ ratione ſulfuree:aluminoſe: enee:et ferree:et huiuſmodi neqꝫ eis vtendum eſt:niſi gratia medicine cum fortiter volumus calefacere: exiccare:abſtergere:et inflammare. Et propterea errant ſani ad balnea naturalia accedentes vt per ea purgentur:neſcientes ꝙ poſt quandam ventris ſolutionem quam ipſa aqua facit : conſtipet et membra inflammet:vnde facile poſtmodum in febres incidūt et in ethicam. Et ideo a potu huiuſcemodi aquarum debent abſtinere : cum ipſe calefaciant et deſiccent valde:et pro medicina mollificatorum neruorum et talium vti debeant:quemadmodum dixit Haliabas in quinto theorice capitulo decimotertio Et ſimiliter Galien⁹ in pleriſqꝫ locis. Si quis tamen purgatione indigebit:melius erit ei vt cum benedictis et conſolatis pharmacis euacuetur:licet aliqua id fiat cum impenſa ꝙ̄ retinendo pecunias cū aquis naturalibus ebibitis ſanitatem corporis vitamqꝫ :quā nihil charius periclitare.quare ⁊c.

¶ Capitulum.cclx.oſtendit quid decoctio faciat vtilitatis in aquam neceſſaria pro infirmis ⁊ ſanis pluribus.

PRo complemento ſermonis in hoc libro faciendi de aqua:placuit mihi in hoc capitulo declarare quid aqua bonitatis recipiat ex decoctione:quantumqꝫ a cruda differat:cum medici quibuſdam infirmis et precipue febrientibus aquam ſolummodo coctam iubeant propinare. Similiter et aliquibus ſanis vinum bibere non potentibus eam concedūt:quod de cruda minime preſumerent. Dicamus ergo cuꝫ principe noſtro. Auicenna in ſecundo primi doctri.ij. capitulo decimoſexto ſic ſcribente. Decoctio rectificat aque malitiam. Aqua enim cocta:ſicut teſtificati ſunt ſapientes:minoris eſt inflationis et velocioris deſcēſiōis. Et torpidi quidem. medicorum exiſtimant ꝙ aque cocte ſubtile reſoluatur : et ipſius remaneat ſpiſſum:vnde in coquendo ipſam non exiſtat iuuamentum:quoniam ſpiſſitudinem in aquam augmentet. Scire autem debes ꝙ aqua in ſue aqueitatis diffinitione exiſtit ex partibus in ſubtilitate et ſpiſſitudine ſimilibus quia eſt ſimplex : ſed non inſpiſſatur



niſi ꝓpterea ꝙ frigoris qualitas ſuper eā preualuit: aut ꝓpter fortē terreſtriū partiū cōmixtionē:que ob hoc ꝙ ſunt paruiſſime ab ea nequeunt ſeparari:neqꝫ deſcēdere in ea: q: nō ſunt tāte quātitatis vt cōtinuitatē aque ſcindere valeāt: ⁊ in eā deſcēdere ob multā paruitatē. Oportet ergo vt eis accidat cōmixtio cū ſubſtātia aque:poſt hoc decoctio ſpiſſitudinem remouet que propter frigus accidit primo:deinde partes aque vehementer rarificat donec fiat ſubtilioris ſubſtantie vt poſſint ab ea ſeparari partes graues terreſtres in eius ſpiſſitudine retēte:⁊ cōſtringant eas deſcendere:⁊ propter deſcēſum ab ea ſeparātur: ⁊ remanet aqua pura et ſimplici propinqua: et erit illud qꝺ propter calefactionē fuit ſeparatū homogeneū ei qꝺ remanſit ⁊ non longinquū ab eo:quia cum aqua a cōmixto ſeparatur:eius partes in ſubtilitate ſimilant᷑: neqꝫ multum intereſt inter illud quod ſubit: et inter illud qꝺ remanet. Decoctio ergo non ſubtiliat aquā niſi propterea quia aufert ſpiſſitudinē frigoris:et q: facit quod ei cōmixtū eſt deſcēdere. Et huius quidē ſignificatio exiſtit:qm̄ cū aque groſſe dimittūtur longo tempore non deſcēdit ex eis res de qua ſit curandum:ſed cū decoquūtur ilico deſcēdit ex eis res multa: et fit aqua que remanet in pondere leuis et clara. Et deſcēſionis quidem cauſa eſt ſubtilitas q̄ ex decoctione acquiritur ⁊c.hec ipſe. Qꝺ etiam voluit Raſis in tertio Almāſoris.c.iiij.cum inquit. Aqua preterea cocta quonſqꝫ minor reddat᷑ eius ſubſtantia: minus eſt inflatiua citiuſqꝫ deſcendit. Et ꝓpter hāc cauſam infirmis ⁊ ſanis oībus conueniētior exiſtit ꝙ̄ cruda. Et ꝓpter hoc medici iubent aquā decoqui debere: ⁊ nō vt aliqui putant vt frigiditatē amittāt: ſed vt inflationē et groſſiciem ⁊ impuritatē deperdat. Neqꝫ oīs aqua pro infirmis coqui debet:ſed tantū illa que fontis fuerit:aut pluuialis:aut ciſterne munde et nō diu in ea retente. Et in hoc iuuenes medici aīaduertant: qm̄ aſtantes aquā putei vt plurimum accipiūt que groſſa eſt et terreſtris et reprobata: vt ſupra diximus:que licet decoquat᷑ nūꝙ̄ ad eā ſubtilitatē: puritatē: et perfectionē deueniet ad quā vna iā dictarū perueniret. Inde ꝓuenit magna ex parte ꝙ infirmorum ſtomachi vētoſitate replentur ipſos ſepius eructuare cogente:⁊ debilitātur ſimul cū omnibus viſceribus ratione groſſiciei et impuritatis faciētiū eam diutius in corpore remanere. Et ſic de ſanis idē qꝺ de infirmis diximus intelligatur: cum aquam eis bibere fuerit neceſſarium.quare ⁊c.

¶ Cap̄.cclxj.oſtendit quid facere oporteat poſt cibi et potus aſſumptionem: vt bona digeſtio celebretur et aſſumpta non corrumpantur.

CUm laude creatoris excelſiuſqꝫ modo deſcripſimus que et qualia poſt exercitium pro noſtri corporis refectione erāt neceſſaria ; quidqꝫ comedere et,bibere pro ſanitatis conſeruatione oportebat. In ſequētibus autem ſcribere ⁊ declarare intendimus eodem fauente numine: que poſt comeſtionē et potum fieri debeant ab his qui ſuam corporis ſalutem manutenere et cōſeruare deſiderant. Dicamus ergo ꝙ non ſufficit ad hoc bona cibaria bonoſqꝫ potus aſſumere: niſi ea bene ac ſufficientiſſime digerentur. Qm̄ digeſtio in nutricationē:et nutricatio in vitam eſt ordinata:vt oēs philoſophi ⁊ medici pariter confitentur. Nam dixit Gal᷑.in.v.Terapētice.c.xiiij. Nō ex his que trāſgluttiuntur:ſed ex his que digerūtur in ſtomacho ⁊ epate exhibitio cibi eſt toti corpori. Et ꝓpterea ipſe concluſit in.j.lib.memiri.c.viij. De bona digeſtione ſup omnia curādum eſt. Procurandū eſt igitur omni ingenio omniqꝫ cura ac diligētia vt aſſumpta reficiētia perfecte digerant᷑: qꝺ fit qn̄ infra ſcribēda obſeruata fuerint. Quorꝫ primū eſt: vt cū a menſa diſceſſerimus nō ſcribamus aut aliquod tale faciamus in faciē procliues:immo erecti deambulabim⁹ ſuauiter:vt preaccepta ad fundū ſtomachi deſcendant. Et ſi mihi medicorꝫ minimo nō creditur:ſapiētibus hoc idem precipiētibus fides adhibeat᷑. Et primo Raſi in.xxv.cōtinētis.c.j.ſic referēti. Dixit tabri poſt cibum debes ambulare ꝑ centū paſſus declinādo in tēperie comeſtionis ſuper latus ſiniſtrū:et euitando poſt cibū, lauationē:equitationē:et hmōi. Et poſt multa auctoritate Ruffi hic ſubiunxit. Ambulatio moderata laudabilior eſt que fit poſt cibū:q: cōfortat ſup digeſtionē:prouocat vrinā et egeſtionē:et facit hoīem penes cenā in ſero fieri boni appetitus cibi : et ſumptionis ipſius etiā bonam digeſtionē cibi cene facit: ſed motus poſt cibū vituperabilior.eſt ecōuerſo. Hoc quoqꝫ Auicen.precepit in.iij.primi.doc.ij.c.vij.cū ait. Paruus mot⁹ poſt comeſtionē cibū in ſtomacho quieſcere facit : et proprie cū dormiendi poſt ipſum volūtas affuerit . Et infra dixit. Inquit Ruffus inceſſus hic mihi placet:et proprie poſt prādiū:qm̄ bonitatē operationis cene preparat. Qꝺ etiā innuit Almāſor in libro.iiij.c.ij.dicens. Poſt comeſtionē vero a forti motu ac longi tēporis oīno eſt cauēdū : ſicut em̄ motus ante comeſtionem factus ſanitatis eſt cōſeruatiuus: ita poſt comeſtionē egritudinis inuenit᷑ generatiu⁹. Non eſt igitur laborādum:neqꝫ forti motu corporis aut aīe mouēdum: vt inde corpus nō habeat calefieri:qm̄ dixit Gal᷑.in libro.vj.de accidēti et morbo.c.j. Nullus eſt cibus qui non putreſcat ſi fortē patiatur calefactionē.et Auicen.in loco ⁊.c.preallegatis ſimiliter inquit. Accidētia aīe horribilia:⁊ motus corporei fortes digeſtionem fieri prohibent. Paulatim itaqꝫ incedendum eſt donec cibus deſcenderit:poſtea vero quieſcendum omnino: vt calor naturalis in exterioribus membris non occupatus interiora ingrediat᷑:et cibum potiuſqꝫ non diſtractus decoquat. Et ideo ſcribebat Auerrois in.iiij. Metheororū. commento.xj. Effectus augentur ex operante in quiete : et ideo ea que fiunt indigent quiete ꝙ̄diu fuerint in locis pro

priꝰ: ⁊ ideo vituperant et redarguunt medici motū
poſt cibum. Similiter dixit Raſis in.xxv.cōtinentis.
c.j. Debes ſequi ſomnū et quietē ceſſantibus oībus
motibus poſt cibū: vt condominetur natura cū boni
tate digeſtionis. Et Auicen.in.xiij.tertij.trac.ij.c.j.
inquit. Cibus indiget quiete ⁊ ſomno vſqꝫ quo bona
fiat digeſtio. Jſaac quoqꝫ in vniuerſalibꝰ dietis.c.iij.
idem voluit cum ait. Digeruntur cibi quieſcēdo me
lius ꝙ̄ ſi ambulauerit: ⁊ preſertim cibi dulces aquoſi
ſicut ſunt perſica: mora: vinum dulce: ⁊ ſimilia. Ratio
autē huius ponitur a Raſi in lib. vj. ſuoꝝ aphoriſmo
rum ſic ſcribēte. Queādmodū res crude abſqꝫ ignis
caliditate et humiditate non poſſunt decoqui: ſic nec
digeſtio celebratur abſqꝫ humiditate innato calore:
Jn quiete autē et ſomno calor non occupatus in vi-
ſceribus fortior redditur. Et ideo quieſcēdū eſt poſt
illam modicam et ſuauem deambulationē: quoniam
ex forti motu: vt diximus in.c.xxviij.libri huius: cor-
rūperentur cibi et potus in ſtomacho. Corruptio ve
ro digeſtionis eſt mater egritudinum ⁊ origo chroni
carum infirmitatum: teſte Auicen.in.xiij.tertij.trac.
tertio.c.ij. Et propterea concludamus preſens capi
tulum dicētes cum Gal'.in.v.Terapentice c.xiiij. ſic
ſcribēte. Oportet multam facere prouidētiam in om
nibus digeſtionibus cibariorum propterea ꝙ ſiue ſe
cundum epar: ſiue ſecundum ventrem infortuniū pa
tiantur febres faciunt: et maiorem operantur cacho-
chimiam. Et in libro de euchimia.c. vltimo ſic etiam
dicente. Maxima eſt ad cachochimiam et ad egritu-
dines indigeſtio frequēs: ſiue in euchimis: ſiue in ca-
chochimis cibis fiat ⁊c. Quare quiete ſomno ⁊ omni
quo poſſumus ingenio: digeſtio ſemꝑ ꝓcuranda eſt.

¶ Capitulū.cclxij. oſtendit quid ſit ſomnus: et que
ſit eius neceſſitas: ⁊ que ipſius cauſe: quomodoqꝫ fa
ciat ad bonitatem digeſtionis.

Um dictū ſit in ſuperiori capitulo ꝙ om-
ni ingenio de digeſtionis reficientiū pre-
acceptorum bonitate ſit procurandum: ⁊
ſomnus vna de cauſis bñ digerere faciēti
bus exiſtat: teſte Auer.in.ij.colliget dicē-
te. Operatio digeſtionis eſt fortior cū homo dormit:
eo ꝙ calor naturalis cum quo operatur natura in vi-
gilando in exterioribus: vt det ſenſum et motum: re-
uertit̄ dormiendo ad partes intrinſecas corporis ⁊c.
Conſequenter inquā de ſomno dicēdum eſt: ⁊ primo
declarando quid ipſe ſit: que cauſe eius: et que vtili-
tas ipſius. ¶ Quātum vero ad primum: dicimus ꝙ
ſi ad poetas acceſſerimus querentes quid ſomnꝰ ſit
reſpondebit Uirgilius dicēs in.vj. Eneydos. Eſt cō
ſanguineus leti ſopor. Similiter Ouidius ſcribens.
Stulte q̇d eſt ſomnus gelide niſi mortis imago. Tul
lius quoqꝫ in libro de ſenectute idem ſentiens dicet.
Jam vero videtis nihil eſſe tam morti ſimile ꝙ̄ ſom-
num ⁊c. Sed ſi a ſapientibus noſtris id petierimus:
audiemus peripateticoꝝ principem Ariſto.in libello
de ſomno et vigilia reſpōdentē. Somnus eſt conuen
tus ⁊ reciprocatio naturalis caloris ad interiora.ſ.ad
cor: cum qua eſt vinculū ſiue in potentia ſenſitiui pri-
mi.i.ſenſus cōis. Similiter Auicē.in prima tertij.tra
cta.iiij.c.j. dicens. Somnus vniuerſaliter eſt reditus
ſpūs aīalis ab inſtrumentis ſenſuū ⁊ motuū ad prin
cipium cū quo priuantur ipſoꝝ inſtrumenta ab exitu
operationis in ipſis: niſi que neceſſaria ſunt ad hoc
vt vita permaneat: et illa ſunt ſicut inſtrumenta ſpiri
tus. Et ſubdit. Sōnus quidē naturalis abſolute eſt
cuius reditus eſt cū ꝓfundatione ſpiritus vitalis ad
interiora vt digeratur cibus ⁊c. Et in canticis textu
cōmenti.xxxvij. dixit. Somnus eſt quies virtutū ani
maliū motiuarū et ſenſitiuarū. Gal'. vero ab Ariſto-
tele accipiens in tertio libro de accidenti ⁊ morbo. c.
iiij. dicēs. Somnus eſt paſſio primi ſenſus: qui cōmu
nis eſt ceteris ſenſibus. ⁊ in.iiij.lib.eiuſdem.c.viij. ſic
etiam inquit. Dicamus virtutem animatā in ſomno
quieſcere et naturalem cōfortari: quod ſic poſſumus
cognoſcere. Uirtus enim aīata ſi fuerit fatigata ani-
mali dormiente cōfortatur: maxime ſi ante ſomnū ci
bum moderate accipiat. Ab his aūt omnibus Auer-
rois in.ij.colliget videtur accepiſſe cum ait. Dormi-
re eſt ligamētum et quies ſenſuum: et reuerſio ipſoꝝ
ab inſtrumentis coꝝ ad partem intrinſecā corporis:
et iſte res per ſe note ſunt: et propterea trāſeunt res
ſenſate ſuper dormientes et nō ſentiūt eas: et etiam
videmus dormientem oculos habentē apertos ⁊ nō
videbit: et ſi eſſet virtus viſibilis in ſuo inſtrumento
tunc videret ⁊c. ¶ Que aūt ſit ſomni neceſſitas: ipſe
declarauit infra dicens. Et ſomnus nō aduenit mul
tus aīalibus poſt laborē niſi propterea q: aīalia quā
do mouētur et laborant ſpargitur calor ſuus natura
lis: et diminuitur quantitas ſua et refrigeratur: pro-
pter quod reuertitur de neceſſitate ad locū ſui princi
pij ⁊c. Et poſt aliqua ſubdit. Somnus eſt vna opera
tio nature que regit corpus aīalis: et propterea fuit
ſomnus neceſſarius in animalibus perfectis: q: niſi
eſſet ſomnus periret ſenſus ꝓpter nimiū exercitiū: ⁊
pereuntibus ſenſibus periret vita: et inde eſt ꝙ citri
natur facies dormire nō potētibus: et leduntur coꝝ
operatiōes ⁊c. De neceſſitate etiam ſomni dicamus
cum Auicen.in.ij.primi.doc.et.c.iij. ſic ſcribente. Jn
vita et ſanitate nō eſt neceſſitas abſoluta: immo pro-
pterea vt ſpiritus ab impedientibus ſeparetur pro-
pter illud quod ei accidit ex laſſitudine: aut propter-
ea ꝙ eſt ei neceſſarium incumbere propter digeſtio-
nem cibi: et propterea ꝙ non poteſt duas res. Som
ni igitur neceſſitas nō eſt niſi ex parte alicuius impo
tentie: et eſt exitus a neceſſitate naturali. Et in pri-
ma tertij.c.vij. dixit. Somnus ſemper ſequitur mali
ciam complexionis humide laxe aut frigide congelā
tis motum virtutum ſenſibilium: aut vehementē ſpi
ritus animalis reſolutionem propter ſuperfluitatē
motus: aut propter impulſionem virtutum ad inte



riora vt materia digeratur ⁊ impellatur cum eis ſpi
ritus animalis propter conſecutionē queādmodum
fit poſt cibū. Neceſſitas ergo ſomni eſt virtutis re-
ſolute reſtauratio: et cibi preaſſumpti digeſtio: ⁊ de-
fatigati corporis et ſenſuū eius requies et refocilla
tio. Que autē ſint cauſe ſomni ex his que diximꝰ ap-
parent. Finalis enim eſt que iam pretacta fuit. For
malis aūt reditio ſpiritus ⁊c. Efficiens autem vir-
tus regitiua que eſt in corde: vt inquit Auerrois vbi
ſupra. Et cauſa materialis eſt vapor: qui aſcendit
a membris inferioribus ad cerebrum propter aliquā
cauſam generatus. propter cibū ſcilicet et humores
in corpore exiſtentes: qui quādo erit in fine aſcenſus
ingroſſatur a frigiditate cerebri: et recipit grauitatē
ab alijs humiditatibus ⁊c. Hec ipſe vbi ſupra. Et ſic
apparet quid ſit ſomnus: que eius neceſſitas: et que
ſint cauſe ipſius: qualiterqꝫ faciat ad digeſtionem vt
rubrica capituli promittebat. Que autē ſint alie ip-
ſius vtilitates deinceps dicemus.

¶ Capitulū.cclxiij. oſtēdit que ſint vtilitates et iu
uamēta ſomni tēperati ꝓuenientia in virtutes aīa
les ⁊ naturales corporis fatigati.

Uamuis in ꝓcedēti capitulo aliqualiter
de vtilitatibus et iuuamētis ſomni locu
ti fuerimus: tamen vt ea melius ac diſtin
ctius intelligātur: in preſenti etiā de ip
ſis particulariorem faciemus ſermonē:
dicētes primo cum Haliabate in.v. Theorice.capit.
xxxv. ſic ſcribente. Jn ſomno digeſtionis fit bonitas
et humorū decoctio. calor nāqꝫ naturalis ſomni tem
pore ad profunda ſecedit corporis quo cibū digerat:
humores bonos diſponat: vnde et digeſtio ciborum
melior fit hyeme ex noctiū longitudine et ſomni co-
pia. Et poſt aliqua ſubiūxit. Moderata ſomni quan
titas cibos digerit: corpus ſpiſſat: laborē ſoluit: ani
mam confortat naturalem: calorqꝫ augetur natura
lis: Humores boni fiunt: membra recreat extenſa:
mētē clarificat: cogitationem emendat ac viſum: cui
cōuenit ⁊c. Similiter Auicē.in ſecūda primi doctrin.
ſcda.cap.xiij. dixit. Somnus naturales omnes ope
rationes fortes efficit propterea ꝙ calorē cōtinet in
natum et virtutem laxat animalem: ideoqꝫ cordis
vias humectat et eas laxat: et quia ſpiritus ſubſtan-
tiam turbidam efficit: id eſt ſpiſſam: et prohibet il-
lud quod reſoluitur. Laxitudinis quoqꝫ modos om
nes remouet: et fortes retinet euacuationes mate-
rie: tamen que ad partem cutis exiſtūt ſomnus quā
doqꝫ ad expellendum eas iuuat: propterea ꝙ calorē
interius continet ⁊ nutrimentū in corpore partit̄: et
expellitur id quod eſt iuxta cutē ⁊ ſic apparet q̄ſ ſu
dorē nō retinet. Et ſubdit. Cūqꝫ ſomnus materiam
inuenit aptam ad digerēdum et maturandū ad ſan-
guis naturā eā cōuertit: et calefacit ipſā: ⁊ trāſit ca-
lor ꝑ corpꝰ ⁊ calefacit corpus calore naturali ⁊c. Et ī
doct.iij.ſumma de pulſibꝰ.c.xij. dixit. Jn hora ſom-
ni calor naturalis cōſtringitur et ſubmergitur: et to
tus hora illa tendit ad occultū propterea ꝙ ipm aīa
mouet ad nutriēs digerendū ⁊ maturandū ſuꝑflui-
tates. Et in.iij.primi doct.ij.cap.ix. ſimiliter inquit.
Sōnus temperatus naturalē virtutē potentē efficit
perficiendi ſuas operationes: et aīalem virtutē quie
ſcere facit: et in eiꝰ ſubſtātia augmētū ꝓbet: ꝓpterea
ꝙ laxat ad prohibēdā ſpiritus: qualiſcūqꝫ fuerit re-
ſolutionē: et propter hoc digerit cibum. Et infra ſub
iūxit. Sōnus tēperatus eſt humectās et calefaciēs:
⁊ eſt res magis proficiēs ſenibus: quoniā in eis hu-
miditatē cōſeruat. et propter hoc Gal'. cum ſenex eſ
ſet comedebat lactucas cū aromatibus ⁊c. Que fuit
Gal'. ſnīa in.vj. Terapētice.c.ij. ſic ſcribentis. Dige-
rit quidē ſomnus: reſoluūt autē vigilie. Et in.iiij. de
regimine ſanitatis.c.j. dixit. Bene ſcientes ſumus ꝙ
nihil ita digerit eorūque digeri poſſunt: neqꝫ malos
reſoluūt hūores: ſicuti balneū ⁊ ſomnus. Et in libro
iiij. de accidenti et morbo.cap.viij.inquit. Jn ſomno
cibus digeritur melius: et nō ſolū in ſtomacho verū
etiā in toto corpore: ꝓpter hoc monſtrat̄ nobis q̄ſ
mēbrum in quo rationalis eſt anima quieſcit in ſom
no. Jn libro quoqꝫ de diſſolutione cōtinua dixit. Et
quādo ſomnus ſequitur cibū: reuocat̄ calor natura-
lis in ipſo: et aggregatur in interioribus corporis et
digerit cibū ⁊c. Raſis ſimiliter.in.iij. Almanſoris.c.
iij. ſcripſit. Somni aūt vtilitas anime aufert laborē
eāqꝫ reddit ſubtiliorem atqꝫ cogitationem ⁊ rōnē q̄
ebetes erant et quaſi feſſe ſubtiliat et acuit corporiſ
qꝫ fatigationē mitigat: et digeſtiuā meliorem efficit
ac corpus impinguat. Et in.xxv.continētis. capit.j.
ſic etiam ait. Somnus humectat in omnibus: nō ta-
men in omnibus diſpoſitionibus calefacit neqꝫ infri
gidat: verū tamen ſi ſequitur in corpore hūores cru
dos poterit digerere et abundans fiet ſanguis au-
gendo caliditatem innatam. Et ſubdit auctoritate
Pauli. Somnus prebet quietē virtuti ſpiritali: ſub
uenit ad digerendum et coquēdū humores ſemicru-
dos. mitigat dolorē q̇ accidit in mēbris: emollit mē-
bra que extenta ſunt per ſiccitatem: ſanat vitia ſpiri-
talia: reſtituit mentem deuiantem: et humectat cor-
pus ſemper. et poſtea ſubiunxit. Uerumtamen ſom-
ni noctis ſpacium competens eſt ad complendam
digeſtionem. et ſimiliter obſcuritas noctis inducit
ad exequendum ſomnū profundum et inducendum
caliditatem. Et hi duo modi conferunt in digeſtio-
ne: et habetur ſignificatio ꝙ nox competat in dige-
ſtione ꝙ homines ſequūtur ſuperfluitates nutrimē
ti ſemꝑ poſt ſomnū noctis: ⁊ ſummarie ſomnus dʒ
fieri ad modū digeſtiōis ⁊c. Recte igit̄ dicebat Auer
rois in.ij. colliget. Operatio digeſtiōis ē fortior cū ho-
mo dormit: eo ꝙ calor naturalis cū quo operatur na
tura in vigilando in exterioribus vt det ſenſū ⁊ mo
tum reuertitur dormiendo ad partes intrinſecas
corꝑis. Et ꝓpterea ꝯcludamꝰ ꝙ dormiēdū ē poſt cibi
et potus aſſumptionē: ⁊ ipoꝝ ad fundū ſtomachi de-

ſcenſum: vt melior ⁊ perfectior celebretur digeſtio: qua mediante ſpiritus ⁊ virtutes corporis aïales reſtaurantur: ⁊ naturales corroborentur: vt cibi ⁊ potus ꝑaſſumpti in ſanguinẽ cõuertantur ⁊ minime corrumpantur in ipſo: qđ ſi cõſequemur nõ paruã quidẽ: verũ etiã maximã pro noſtre ſanitatis conſeruatione recipiemus vtilitatem. quare ⁊c.

¶ Capitulũ. cclxiiij. oſtendit nocumẽta ſomni ſuperflui ꝓuenientia in totum corpus ⁊ eius membra.

Poſſet quiſpiã ex his que dicta ſunt facile ſibi perſuadere: ꝙ cum ſomnus tot et tantas afferat corpori vtilitates: ꝙ non modo foret vtile dormire: verũetiã optimuꝫ ꝓlixius in ſomno requieſcere: q ꝑfecto nõ paruꝫ deciperetur: cũ defectus ⁊ abundantia ad eaſdẽ perducant differentias: vt dixit Gal. in. iij. techni. Immo ſicut tẽperatus ſomnus iuuat vt ſcripſimus: ſic ſuperfluus valde nocet diuerſa ac plurima corpori nocumenta inferẽdo: queadmodũ voluit Haliabas in. v. theorice. c. xxxv. dicẽs. Sõnus excedens in tẽporis quãtitate multũ nocet: quoniã virtutes plurimas eneruat aïales ſomnꝰ ac debilitat: corpus refrigerat ⁊ hũectat: atqꝫ in eo phlegma augmentat: ⁊ naturalẽ debilitat calorẽ ipſumqꝫ reſoluit. ⁊ precipue ſi ſuper inanitionẽ fiat: dicente eodẽ vbi ſupra. Si ſit autẽ omnino corpus vacuũ: nec in eo aliquid ſit ciborũ: naturalis cõuertitur ad corporis humiditatẽ calor exuritqꝫ et cõſumit illã: dehinc ipſe debilitatur deficiente materia ⁊ refrigeratur corpus ⁊c. Idẽ quoqꝫ et clarius ſenſit Auicen. in. ij. primi doc. ij. cap. xij. cum inquit. Cũ ſomnus materiam inuenit aptam ad digerẽdum: vertit eã ad naturã ſanguinis ꝙ ſi humores inuenit calidos et cholericos: ⁊ perdurauerit eius tẽpus calefaciet eos et corpus calore extraneo. Et ſi inuenerit vacuitatẽ infrigidabit ꝓpter hoc ꝙ reſoluit: aut humorem qui virtuti digeſtiue ſit inobediens infrigidabit ꝓpter illud quod expãditur de eo. et ſubdit. Et ſicut vigilie multe cõplexionem corrũpunt cerebri aliquo ſiccitatis modo: et debilitant ipſum: ⁊ cõmiſcent rationẽ: et adurunt humores et egritudines faciunt acutas: ſic ſomnus multus huius efficit cõtrariũ: operatur enim virtutũ aïalium obtuſionem et capitis grauedinẽ et egritudines frigidas: et illud eſt propter hoc quod ipſe in reſolutiõe prohibet ⁊c. Et in primo tertij tracta. iiij. c. xiiij. ſic etiam ait. Dormitio multa in meridie et vniuerſaliter ſomnꝰ multus nocet multuꝫ memorie. Et in. ij. tertij. cap. v. dixit. Spiritus in longo ſomno fit grauior pigrior: et nõ fit aſſiduus in faciendo dilatationẽ ꝓpter declinationẽ ſuã ad interioreꝫ ptẽ. ⁊ in. xiij. eiuſdẽ tract. ij. cap. vj. dixit. Nauſeatiua ſatietas quãqꝫ prouenit propter multitudinẽ ſomni ⁊ quietis: nã ſomnus q̃uis cõferat inquãtũ digerit: tñ motus cõfert inquãtum expellit ſuperfluitates expulſiõe. Et ſomnus quidem nocet vbi egent ſuꝑfluitates expulſione: ſicut vigilie nocent vbi indiget materia digeſtione. Et in cantica textu commenti. cxxxix. inquit. Si ſomnus multum prolongabitur replebitur caput humoribus. Et in ſequenti textu ſubdit. Somnus humectat corpora et relaxat: extinguit calorem viuificantem ipſa. In cuius commento dixit Auerrois ꝙ hoc intelligitur de multo ſomno: quoniam multus ſomnus extinguit calorẽ quo virtutes viuũt ⁊ exiſtũt: et hoc qꝛ de natura quietis et cooperatiõis eſt extinguere calorẽ. Ignis em̃ extinguitur et ſuffocatur cum multũ et perfecte tegitur. Et in parte ſecundo canticorum textu cõmenti. xxviij. ſic quoqꝫ ꝓcepit Auicẽ. Non prolongetur ſomnus: quoniã hoc obeſt aïe. nec etiã vigilie: quoniã inde debilitabitur ſenſus. in cuius etiam commento Auerrois ſic ſcripſit. Nõ prolõgetur ſomnus: quoniã lenteſcit q̃dem vita et tenebroſa efficitur: extinguiturqꝫ inde calor eiꝰ: ſicut extinguitur ignis in cineribus multum coopertus. Et in libro. vj. ſui colliget ait. Quando ſuꝑfluit ſomnus calorem extinguit naturalẽ: et corpus inducit ad tumidam diſpoſitionẽ. Que fuit Ariſto. ſententia in. ij. problematũ problemate. xxx. dicentis. Multo tẽpore dormiẽtes minus colorati ſunt moderato tpe dormientibꝰ: ſuffocatur eniꝫ dormiens. Et in. xj. eorũdẽ problemate. xij. dixit. Ex ſomnis autem grauiores ſumus. qđ ex ſuperfluis debet intelligi. Et ꝙ ita ſit apparet per ipſum in. xxvij. ꝓblemate eiuſdem dicentẽ. Somnus ſuperfluus corpora tardiora facit. Raſis quoqꝫ in. iiij. Almãſoris. cap. iij. hoc idem voluit cum ſcripſit. Multum autẽ dormire corpus deſiccat ac tenerũ efficit: phlegmatis quoqꝫ multitudinem in eo creat ipſumqꝫ infrigidat. ꝙ in corporibus groſſis ac pinguibus precipue operatur. Et in libro. xxv. cõtinentis. capit. iij. auctoritate Gal. Somnus moderatus generat ſanguinẽ laudabilẽ: ſed excedẽs modũ debituꝫ in equalitate corrumpit humores. et poſtea ſubiunxit. Sõnus abundãs emollit corpus: ponderoſum reddit caput: quia corpus replet de humiditate calida: et emollit virtutẽ vnde cõgregabuntur in corpore ſuperfluitates vaporoſe. quare ⁊c.

¶ Capitulũ. cclxv. oſtẽdit ꝙ non ſit dormiendũ ſtomacho exiſtente vacuo: ſimiliter nec ilico poſt cibum aſſumptũ ſicut nec in meridie.

Satis ex precedenti capitulo intelligi poteſt ꝙ non ſuperflue ſed moderate dormiendum ſit: in qua autem hora nondũ expreſſimus: ſed id impreſentiarũ oſtendemus. Quoniã nõ ſufficit rem aliquaꝫ bonam eſſe intelligere: ſed quãdo conceſſa ſit et laudabilis ſcire oportet. Multa nãqꝫ inueniũtur in vna hora fore optima que in altera maxime nociua exiſterent: vt ſupra diximus de exercitio: ꝙ tempore complementi primarum digeſtionuꝫ laudabatur: ⁊ tem-



pore repletionis erat prohibitũ. Sic ⁊ de ſomno querere contingit qua ſcꝫ hora dormiendum ſit cũ dicat Auicenna in. iij. primi doctrina. ij. ca. ix. Sani debent obſeruare vt ſomnus eis temperate exhibeatur ⁊ in ſua hora: ⁊ non ſuperflue: que autẽ ſit talis hora ipſe non expreſſit. Et propterea querẽti quenam hec hora ſit: reſpondebimus dicentes. Primo ꝙ non hora inanitionis ⁊ ieiunij dormire debeamus: cum dicat princeps in. ij. primi doc. ij. c. xiij. Si ſomnus inuenit vacuitatem infrigidabit propter hoc ꝙ reſoluit: aut humorem qui virtuti digeſtiue eſt inobediens infrigidabit propter illud qđ expanditur de eo. et in. iij. primi doc. ij. c. ix. inquit. amplius ſuper vacuitatem dormire eſt malum ⁊ virtutem deijciens. Quod ſimiliter voluit Raſis in. c. iij. libri. xxv. cõtinentis dicens auctoritate Ruffi in queſtionibus epidimie. Somnus longus ſi ſequitur cibum augebit in caliditatem innatã ⁊ impinguat corpus. Sed ſi ſequitur exercitium aut balneum aut euacuationeꝫ: et ſummarie in diſpoſitione illa in qua corpus nõ ſequitur nutrimentũ: diminuet caliditatem innatã ⁊ macrefaciet corpus. Et dixit Ioannitius. Et quotiens ſequitur ſomnus corpus carens nutrimento aut humore crudo aut caliditatem igneam. tunc infrigidat corpus extinguendo caliditatẽ innatã. Cuius quidẽ ratio in promptu eſt. qꝛ cum calor naturalis cibũ non habeat quem digerat ⁊ conſumat. vertit ſe ſuper ſanguinem ⁊ carneꝫ ipſa reſoluendo: et propterea ieiunantes calidi ſtomachi nihil in veſperis accipiẽtes macilenti ⁊ calidi fiũt. Non ſic autem qui frigide fuerint cõplexionis ⁊ phlegmatici ⁊c. Neqꝫ eſt ilico poſt cibum aſſumptum dormiendum antequã deſcenderit cibus ad fundum ſtomachi: huiuſmodi enim hora omnino eſt inconueniẽs ad dormiendum: dicente Auicen. in. iij. primi doctri. ij. c. vij. Non ilico poſt comeſtionem eſt dormiendum cibo natante. ⁊ in. c. ix. eiuſdem. Melior ſomnus eſt ille qui prouenit poſtquã cibus a ſuperiori ventre deſcẽderit et poſt quietem eius: ꝙ forſitan ſequitur ipſum ex inflationibus et rugitibus: quoniam dormire ſuꝑ hoc multis impedit modis ⁊c. Et ſubdit. Quapropter ſi deſcenſus tardauerit: pariſper incedere debet et poſtea dormiat. Et iterum poſtea ſubiunxit. Suꝑ repletionem dormire eſt malum antequã a ſuperiori vẽtre fiat deſcenſio. Et in. iij. tertij trac. primo. c. v. dixit. Somnus ſuper repletionem et cenam eſt res nocibilior oculo: immo oportet illum qui in viſu habet debilitatem expectare donec digeſtio fiat. i. fieri incipiat deinde dormire. Que fuit Raſis ſnĩa in. iiij. almanſoris. c. iij. dicentis. Oportet vt tandiu poſt comeſtionẽ aliquis ſe a ſomno abſtineat donec cibus ab ore ſtomachi deſcendiſſe: atqꝫ inflatio et grauedo minui atqꝫ inferius mergi ſentiantur: ꝙ ſi tardetur non incõgruum eſt vt parua iuuetur deambulatione donec deſcendat. ante vero hos omnes Gal. hoc preceperat in libro de diſſolutione continua dicens. aliquando eſt membrum debile vt ſtomachus et natat in ipſo cibus: ⁊ non iniungas ſomnum donec deſcẽderit cibus de ſtomacho aliquo deſcenſu: nec donec deueniat in fundum ſtomachi: ⁊ antepꝛecipias eum moueri parũ ſicut memorauimus iam. hec ipſe. Obſeruãdũ eſt preterea ꝙ in meridie: niſi conſuetudo cõtradixerit: non dormiatur. Quoniã vt dixit Auicen. vbi ſupra. In die dormire malum eſt: generat enim egritudines humectantes ⁊ reumatiſmos: et corrumpit colorem: ⁊ generat ſplenem. ⁊ laxat neruos: et efficit pigritiam: ⁊ debilitat deſideriũ: ⁊ generat apoſtemata ⁊ febres frequenter. Et ex cauſis ſuorũ nocumentorũ eſt vt cito interrumpatur: ⁊ naturam ab eo in quo erat ſtupidã reddat. Et in prima tertij tra. tertio. c. xiiij. ait. Dormitio multa in meridie: ⁊ vniuerſaliter ſomnus multus nocet multum memorie: et proprie ſuper repletionem plurimam. Raſis quoqꝫ in. xxv. cõtinentis. c. iij. dixit auctoritate Pauli. Somnus diei nõ eſt tante vtilitatis: quia non poteſt tantũ ſpaciuꝫ ſequi quo poſſit digeſtio cõpleri: ⁊ quotiens inciditur ſomnus ante perfectam digeſtionẽ: ſequitur oxiremia cum repletione ventris de vnctuoſitatibus. Et ſaltem longa erit ⁊ ponderoſa diſpoſitio cõdominabilis ⁊c. hec ipſe. Ex quibus colligi poteſt que ſit hora cõueniẽs ad dormiendum: ſcilicet poſt cenam: ⁊ non poſt prandium: et non niſi poſtquã cibus ad funduꝫ ſtomachi deſcenderit: et poſt ſuauem deambulationem: vt in ſuperioribus ad plenum diximus. quare ⁊c.

¶ Capitulum. cclxvj. oſtendit quomodo accubandũ vel dormiendum ſit: an ſupine: ſcꝫ vel ſuper latera et ſuper quod ⁊c.

Cum plures decubitus forme in dormitione reperiantur: procliuis: ſupina: ſuꝑ vno laterum: equalis et cuꝫ capite eleuato nõ erit inutile ad ſanitatis cõſeruationem: ⁊ ad meliorem perficiendam digeſtionem intelligere que harum manerierum ſit laudabilior: ⁊ que corpori conuenientior: et a medicis magis approbata. Et propterea dicamus cum noſtro Conciliatore, in differentia. cxxiij. ſic ad hanc petitionẽ reſpondente. Si quis habuerit lubricum ventrem: oportet eum ſuper ſiniſtrum latus iacere ⁊ dormire: ſi autem cõſtipatum: ſuper dextrum eſt accubandum. Et ſi q̃s habuerit epar calidum: debet cauere ne ſuꝑ dextrum latus dormiat. Qui vero ſtomachum frigidum: ſuper ſiniſtrum. Et demum concludit ꝙ ſuper dextrum parũ eſt dormiendum: ſuper ſiniſtrũ vero multũ: vt inde perficiatur ſtomachi digeſtio: qua perfecta iterũ ſuꝑ dextrũ eſt recumbendũ. Que fuit ſnĩa Auicen. in. iij. primi doc. ſcđa. c. ix. dicentis. Sed ex figuris ſomni melior eſt: vt ſuper dextrum incipiat latus: ⁊ deinde ad ſiniſtrum reuoluatur: quod ſi eius inceptio ſuper ventrem fiat. auxilium fert ſanis magnum in digerendo propterea ꝙ calorẽ retinet naturalem ⁊ ipſum cõprehendit. quare augetur ⁊c. Et in. c. regiminis eius

quod comeditur ⁊ bibitur dixit. Oportet preterea vt poſt comeſtionē primo ſup dextrū latus dormiat pauco tēpore: deinde ſup ſiniſtrum reuoluatur: poſtea reuoluat ſe ſupra dextrum: et debes ſcire ꝙ multis cooperiri pannis: ⁊ ceruical eleuare ex illis exiſtunt que in digerendo iuuant. Et ad vltimū quidem vt membrorum ſitus ad inferiora ſint declinantes, ⁊ nō ad ſuperiora. et in. xiij. tertij trac. iij. c. v. ſimiliter inquit. Dormire ſuper latus ſiniſtrum eſt maximi iuuamenti ad digeſtionem perficiendā ꝓpter cōprehenſionem epatis ſupra ſtomachum. ſed ſomnus ſupra dextrum eſt cauſa velocitatis deſcenſionis cibi. Eſt etiā obſeruandum vt dixit Almanſor in lib. iiij. c. iij. ne de vno latere ad aliud ſepe voluatur: tardatur enim inde digeſtio atq; inflatio ⁊ rugitus ſentitur. Oportet itidem vt puluinar ſit altū: et precipue ſi cibus nōdū ab ore ſtomachi deſcēderit: ſufficit enim vt ter fiat reuolutio ⁊ non pluries: vt dictū eſt. Qđ etiā in. xxv. cōtinētis replicauit cū in. c. eius primo dixit. Poſt comeſtionē quilibet dormiat ſuper latus dextrū modice: deinde cōplendo ſomnū ſuper latus ſiniſtrū. Et nulla fiat reuolutio abundans in lecto eo ꝙ excitat ventoſitates et occurſuꝫ prebet ſuper digeſtionē ⁊c. Et poſtea ſubiunxit. Pars inferior corporis in ſomno debet eſſe declinantior: et nulla ſuperabundās fiat reuolutio in lecto: ne reuoluat cibum in ventre de vno loco ad aliū corrūpendo digeſtionē. Que fuit ſnīa Ariſto. ad Alexandrum ſic ſcribentis. Dormi tēperate primo ſuper dextrū latus vna hora: deinde ſup ſiniſtrum et illic ꝑfice dormitionem. Volunt itaqꝫ omnes auctores vt ſuper latera dormiendū ſit, ⁊ nō ſup dorſum vel reſupine: vt pleriqꝫ faciunt neſcientes qđ Princeps voluerit in. iij. primi doc. ſcđa. c. ix. cū ait. Reſupine autē dormire eſt malum: et ad malas preparans egritudines: ſicut apoplexiā freneſim et incubū: qm̄ ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit et retinentur: et ꝑ ſuos nō incedunt cannales naturales: qui ſunt ab anterioribus ſicut nares ⁊ palatum: et talem ſomnum incurrere ſolent infirmi et debiles ꝓpter illud qđ muſculis eorū accidit ex debilitate ⁊c. Qđ non minus voluit Gal. vt teſtatus eſt Raſis in. xxv. cōtinētis. c. iij. dicēs. Dormitio facta ſupine ſup dorſum ſuū conſeruat ſuperfluitates cerebri in ventriculis eius ideo nō debent ſomnū abundantē ſequi dormiendo ſupine ſuper dorſum laborans apoplexia: aut ſi paratus fuerit eā pati aut epilepſiam. Et dixit in alio loco. Non debet dormire ſuper dorſum laborans catarro deſcendēte de capite: qꝛ tunc leuem ingreſſum eius facit induci ad cannale pulmonis. Et alibi etiam dixit. Dubitandum eſt ſuper dormientē tota nocte ſupine ſuper dorſum ne cito inducatur ad apoplexiam et epilenſiā qꝛ ſuperfluitates cerebri non manabunt tūc: ſed ventriculi eius replebuntur de eis. et ſubdit. Dico ꝙ eſt forma dormitionis mala valde penes repletionē cerebri ⁊c. Ecce igitꝰ ꝙ̄ grande periculū ſit dormire ſuper dorſum: ⁊ cauſa multarū infirmitatū: et incubi precipue ſepenumero ex tali decubitu prouenientis vt certiſſima ſcio experientia: ꝙ mihi puero ex tali cauſa ſicut ⁊ adultis pluribus accidit.

Capitulum. cclxvij. oſtendit quid ſit vigilia ⁊ ꝙ tēperata conueniat ſicut ſuperflua maxime noceat.

Quāquam ea que diximus de ſomni vtilitate: ſufficere deberent ad intelligendum quātū moderate dormire ſit vtile. Tamē pro ampliori noticia ipſius volumus et de vigilijs que ſomno opponunꝰ: aliqua breuiter declarare: vt oppoſitum magis intelligatur per ſuum oppoſitum: teſte philoſopho in. iij. de aīa textu cōmēti. xxv. Dicamus ergo cū Auicen. in. j. tertij trac. ⁊. c. iiij. ſic ſcribente. Vigilia eſt diſpoſitio cuꝫ affunditur ſpiritus animalis ad inſtrumenta ſenſus et motus vt eis vtatur. Sarra autem ſuperfluitas in vigilia et egreſſus a re naturali. ⁊ in canticis textu cōmenti. cxlj. Temperata vigilia excitat valde ſenſus: et diſponit vires ad exercendum operationes ſuas: et cū hoc mundificat corpus a fecibus et ſuperfluitatibus. Et ſic temperata et non ſuperfluens commēdatur ſicut ſuperabundans minime. Et qđ ita ſit apparet per Auicen. in. ij. primi doc. ſecunda. c. xiij. dicētem. Cum vigilie ſunt multe cōplexionem corrumpunt cerebri aliquo ſiccitatis modo: et debilitant ipſum: ⁊ cōmiſcent rationē: et adurunt humores: et egritudines faciunt acutas. Et infra ſubiunxit. Vigilie deſideriū augent: et famē efficiunt propter illud quod de materia reſoluunt ſi de digeſtiua minuunt: ⁊ propter illud quod de virtute reſoluunt. Et in. j. tertij trac. quinto. c. xj. Superfluitas vigiliarum reſoluit ſpiritum: ⁊ debilitat eum: ⁊ cum hoc replet cerebrum vaporibus et in. xj. dixit tertij trac. primo. c. v. inquit. Vigilie et exercitium ſcilicet ſuperflua debilitant cor cum reſolutione. ⁊ in. xiij. tertij trac. ſecundo. c. xij. Vigilie ſuperflue commouent famem et appetitum vehementem et in canticis textu commenti. cxlij. ſic etiam ait. ex longa vigilia contingit expergefactio et inſomnietas generans anxietatem et anguſtiam anime: ipſa enim diſſoluit ſpiritus: et corpora ſedat: et corrumpit ſplendorem et claritatem corporis et colorem eiꝰ: et profundat oculos: nocetqꝫ digeſtioni: et mentem tollit: et infrigidat corpus. Que fuit ſnīa Almanſoris in libro. iiij. c. iij. dicentis. Vigilie vero multe calorem incendunt: ac formā corrumpunt: corpuſqꝫ deſiccant atqꝫ choleram rubeam in ipſo augmentāt. Qđ precipue operantur cū corpora ſunt macra. Oportet itaqꝫ vt anima vigilare non cogatur cum diſſoluta ⁊ ſtupida fuerit: neqꝫ ad dormiendum incitetur cum excitata atqꝫ ſubtilis. ⁊ acuta fuerit motuſqꝫ leues ⁊ ſenſus fortes. A quo ſumpſit Auerrois in ſexto colliget cum ait. Quando vigilie exuberant: corpus deſiccant; et calorem diſſoluunt naturalem: et calorem



accidentalem incendunt. Que quoq; fuit Gal'. ſentētia in. j. Terapētice. c. vj. dicentis. Siccant enī totius corporis habitū vigilie: et propter hoc ſunt nociuiſſime his qui ſcđm ſiccitatem egrotāt. Et in commēto lvj. ſecūdo regiminis acutoꝝ. ſuper illo Hippocratis verbo. Multe vigilie faciunt contra cibi potuſq; digeſtionem ⁊c. Inquit de aptitudine vigiliarum eſt vt reſoluant corpus et exiccent ipſum. Et in. iij. Techni textu cōmēti. xlvj. dixit. Vigilia exiccat corpus: eius vero oppoſitum humectat. Ex quibus omnibus clariſſime patet quātum ſuperflue humano corpori noceant vigilie. Et propterea concludamus in vno verbo cū Hippocrate in. ij. aphoriſmoꝝ. aphoriſmo. iij. dicēte. Somnus et vigilia vtraq; modo magis facta malum. Dormiamus itaq; ⁊ vigilemus temperate: plus tamen et minus vt etas complexio tempus anni: qualitas et quātitas cibi preaccepti et talia hmōi requirunt: quod qui fecerit a nocumētis ex ſomni et vigiliarum ſuperfluitate ꝓuenientibus ſecurus erit: vt ſatis ex dictis eſt manifeſtum.

¶ Capitulum. cclxviij. oſtendit quid ſit ſomniū: que cauſe eius: et quid de ipſo hoc in loco conſiderandū: licet ſomniatis minime ſit credendum.

Quia in ſomno plurima et extranea ſepenumero ſomniamus de qbus nunꝗ̄ etiā cogitauimus: quemadmodū nobis euenit plerunq; ꝙ volare videmur ſuper terrā ſicuti hyrūdines faciunt. Quod quippe ſomnium noſtre complexioni cōnaturaliſſimū exiſtit: vt ex dicendis apparebit. Solent ex his inquam nōnulli pertimeſcere adeoq; ſibi aliquod malū faciētes augurium dubitare vt firmiter credant infortuniū ſibi parari: et inde qn̄q; per multos dies triſtantur. Propterea mihi videꝰ aliquid de hac materia ſomnioꝝ dicēdum eſſe: tum vt ipſi ſuis hmōi phantaſijs fidem deinceps non adhibeant: tum etiam vt intelligant quomodo ſomnij qualitatem ⁊ non rem ipſam ſomniatam debeant conſiderare: vt ſciāt ex hoc qualiter corpus eorum diſpoſitum ſit: et quibus egritudinibus preparatum: vt ſe valeant ab illis precauere. Sed anteꝗ̄ ad hec deſcendamꝰ: declaremus quid ſit ſomnium: et que cauſe ipſius: vt dicenda clarius pateſiant. Dicimus ergo cum Petro padubanenſi in xxx. problematum. cōmēto vltimo ſic ſcribēte. Somniū eſt paſſio cauſata ex motu in phantaſia facto. vel melius. Eſt phantaſma factum a motu ſimulacrorū dormientis in eo quod dormit: quod a multis ſit cauſis: et ſcđm hoc diuerſa ſortitur nomina. Fit enī quādoqꝫ a ſuperabundantia aliquorum humorum in corpore exiſtentium per quod quidem medici coniecturant multa ſicut infra dicemus. Cauſatur etiam ſomnium propter motus ⁊ operationes: de quibus multū fuit anima ſolicita in vigilia et vehementer eis intenta: ita ꝙ nocet dum dormit quieſcentibus motibux exterioribus non adhuc motus quieſcit interior factus in phantaſia. in qua forme apprehenſe retinentur a virtute imaginatiua eas diuerſimode componendo modo quidem ſentitur minus: tunc autē magis eo ꝙ maior motus obſcuret et diſſoluat minorē ſicut dicitur in libello de ſenſu ⁊ ſenſato. et in. v. de generatione animalium. et in de ſomno et vigilia tertio Unde in eodem dicitur. Phantaſmata quedam eſſe cauſas propriorum vniuſcuiuſqꝫ actuum non eſt irrationabile. et tale ſiquidem ſomnium poteſt animale nominari: cum cauſetur a motu in virtute anime a prioribus actibus relato. Cauſatur etiam quandoqꝫ ab impreſſione facta ab animabus celorum vel intelligentijs ipſorum: que etiam motores dicunꝰ orbium operantes quandoqꝫ formā in imagine ſcđm comparationē ipſarum ⁊ cōparationem animarū noſtrarū et aptitudinem: quia anime noſtre habent maiorē cōparationem ſimilitudinem cum ſubſtantijs angelicis ꝙ̄ cum corporibus ſenſibilibus. vt dixit Auicen. in libro. iiij. de anima. vnde. j. regiminis acutorū dicitꝰ ꝙ quedam ſomnia ſunt a deo benedicto ⁊ ſublimi: et id ſiquidem poteſt ſomnium celeſte appellare cū ab animabus cauſetur celorum et ſi quod ſomnium verum eſt: dicendum ꝙ ſomniorum verius eſt celeſte. Aliud autem nullius aut pauce virtutis exiſtit: ſunt enim magis deluſiones quedam eorum circa que anima fuit ſolicita in vigilia ⁊ occupata: ſicut fameſcenti repreſentatur alimentū: ⁊ cupienti coitum femella. Somnium antem naturale et ſi verificetur: vt plurimum non tamen aliquam mirabilem oſtenſionem importat. Qui autem ſomnia videat celeſtia ſeu a celo reuelata: ille eſt qui cōſueuit dicere verū. Uſus enī prauarum cogitationum et conſiderationum inducit imaginationem malorum morum ⁊ inobedientium virtuti rationali: vnde dictum eſt meliores ſomnia videre meliora. Quare ſomnia mendacis: deriſoris. loquacis: triſtis: ebrioſi: ac illius in quo preualet cōplexio aliqua vel ſolicitudo non ſunt vera. Unde. iij. de ſomno et vigilia. quorum loquax eſt natura ⁊ melancholico multimodas viſiones vident: eo ꝙ exiſtunt in multo motu: propter qđ non ſunt vera ſomnia plerunqꝫ niſi videantur circa mane. tunc enī motus humorū quieſcunt magis ⁊c. Similiter inquit in differētia. clvij. plures de ſomnio adducens diſtinctiones: inter quas principaliſſima eſt illa quaꝫ ſupra tetigimus ſcꝫ ꝙ aliquod eſt naturale: aliud animale: ⁊ nōnullum celeſte ſeu diuinum: et vocat illud naturale quod ex dominio complexionis contingit et humorum: ſicut dixit Auicen. in libro ſuo de anima. ꝙ naturalia ſomnia ſunt que veniunt ex temperantia virtutum humorum cū ſpiritu gerente virtutē formalem et imaginatiuam ⁊c. Animale vero quod cauſatur a multa ſolicitudine anime circa aliquod in vigilia. Diuinum vero ſomnium qđ a diuinis ſiue celorū cauſatur animabus de quo ipſe poſt multa ſic ait. Somniū verius eſt celeſte ſeu diuinum, ⁊ maxime cum anima fuerit libera

ſuperioribus ſubſtātijs applicata eorꝫ repreſentationes ſuſcipiens. Animale vero nullius aut pauce veritatis exiſtit: eſt enī magis illuſio quedā eorum circa que anima fuit ſolicita ⁊ occupata in vigilia: ceu fameſcenti repreſentātur cibi: appetētiqꝫ mingere cloaca: et ſtrepitus agonizāti. De ſomnio ſimiliter naturali dixit vbi ſupra: et tandē de eo ſic cōcludit. ꝙ ſi accidit: et maxime contra repletionē proprieqꝫ vaporabilium vētoſorꝫ verificatur ꝙ̄ minime. Et ꝑpterea qui timere ſolent ex ſuis ſomnijs: deinceps non expaueſcant: nec eis aliquā penitus fidē adhibeāt: cū vt plurimū deluſiones ſint vt predictū eſt: quibus non eſſe credendum medici: philoſophi: et theologi vnanimiter precipiant. Et licet Ualerius maximus plurima narret de ſomnijs Artorij medici. Ceſaris Auguſti. P. Decij. ⁊. M. Torquati. M. Ciceronis. C. Grachi. Caſſij Parmenſij. Atterij. Ruffi. Alexādri regis macedonie: aliorūqꝫ in libro. j. que quidē celeſtia dici poſſunt: rariſſime et non niſi magnis viris cōtingentia. Non debet tamē ex hoc vnuſquiſqꝫ tam facile de numero illorꝫ eſſe ſibi perſuadere vt ſomnijs ꝓprijs naturalibus vel etiā animalibus fidem adhibeat.

¶ Cap. cclxix. oſtendit quomodo qualitas ſomniorum: et non ipſa ſomnia conſideranda ſit: vt ſani dominium humorum ſui corporis intelligant.

IN ſuperiori capitulo viſum eſt q̇d ſit ſomnium: que cauſe eius: et quomodo rebus ſomniatis nequaqꝫ credēdū eſſet. In hoc autem loco oſtēdamus qđ in principio illius ꝑmiſeramus. ſ. vtilitatē que ex qualitatibus in ſomnijs apparētibus eſt eligēda: vt per eas ſomniorum qualitates qualiter diſpoſiti ſimus in humorū ſuperabundantia faciliime percipiamus. In primis ergo dicamus cum Auicē. in. ij. primi. doc. iij. c. vij. ſic ſcribente. Somnia ſignificātia dominium ſanguinis ſunt: ſicut cū homo in ſomnis res videt rubeas: aut ſanguinem multum ex ſuo corpore exire: aut ſe in ſanguine natare ⁊ ſimilia. Dominiū vero phlegmatis ſignificant ſomnia in quibus videntur aque ⁊ flumina et niues ⁊ pluuie ⁊ frigus. Dominium vero cholere rubee monſtrant ſomnia: in quibus vidētur ignes et vexilla citrina: et videre res que non ſunt citrine citrinas: et videre incēſionem aut calorē balnei: aut ſolis aut his ſimilia. Et dominiū cholere nigre: ſcilicet melancholie oſtendunt ſomnia terrorem facientia ex tenebris et cruciatu et rebus nigris et terroribus. Et in. j. tertij. c. vj. in fine ſic etiam inquit. Plurimū enī viſionis rerum citrinarum calidarū ſignificant dominium cholere. Et ſimiliter plurimum viſionis rerum cuiqꝫ complexioni proportionalium: quas numerare non eſt neceſſe. Et ſomnia quidem permutata ſignificant caliditatem et ſiccitates: et illa quorum non recordatur ſignificat frigiditatem et humiditatē ſecundum plurimum. Quod etiam ſenſit Raſis in tertio Almanſoris. c. xxiiij. dicens. Cū enim aliquis in ſomno pluuias multotiens videt ⁊ mare ⁊ fluuios: multa in eiꝰ corpore hūiditas adeſſe ſignificat. Ignes vero ac fulgura ⁊ lites cū aliq̄s in ſomnis frequēter aſpicit cholera rubea in ipſo abundare monſtratur. Colores aūt rubeos et tinctos ac nuptias et cibaria dulcia et ventoſas atqꝫ fluxum ſanguinis ac phlebotomiā ſi aliquis ſomniauerit: ꝙ ſanguinis multitudo ſit declaratur. Cūqꝫ multa fuſco colore tincta atqꝫ nigredinē ⁊ timores ac pauores in ſomno aliquis aſpicit: cholere nigre operatio ſignificatur. Et cum aliquis in ſomno videt ſe manere quaſi in loco niuis vel frigido a quo leditur frigoris ſignificatur victoria. His autem contraria ſi viſa fuerint: contrarie erunt ſignificationes. Et ſi aliquis videt ſe quaſi in balneo vel in ſole: vel quaſi canicularibus exponatur diebus: vel in igne exceſſus ſignificatur caliditatis. Et cum aliquis ſomniauerit ſe quaſi volare ⁊ inuadere ſicut accipiter ⁊ capere: ſiccitatis monſtrabitur exceſſus: atqꝫ humorum leuitas et ſubtilitas. Siquis etiam ſe quaſi ab aliquo aggrauari ſomnia: repletione laborare oſtēditur. Quicunqꝫ etiā ſe per loca quaſi cenoſa incedere videt fetidum habentia odorem: putridos in corpore demonſtratur habere humores. his vero cōtraria contrariam habent ſignificationē. Qui autem in ſomnis videt ꝙ quaſi incedat per hortos bonum habentes odorē ſuorum ſignificatur equalitas humorum: ⁊ ꝙ a putredine valde ſunt remoti. Per loca vero quaſi anguſta et per foramina ſi quis ſe ambulare cōſpicit: inſtrumenta anhelitus grauē pati egritudineꝫ demonſtrantur: que ipſum tantam aeris quantitatē attrahere vetat: quanta ei eſt neceſſaria. Gal. quoqꝫ in. v. de interioribus. c. vj. inquit. Multi propter malos humores in ſtomacho coadunatos viderunt peſſima ſomnia: quorum ſomni diſturbati ſunt ⁊c. Et in libro de ſomnijs ait. Somnium nobis indicat diſpoſitiones corporis. Ignem enim accenſum quis vidēs in ſomno a xanta moleſtatur cholera. Si vero fumuꝫ vel caliginē vel profundas tenebras: a nigra cholera. Pluuia vero hūiditatē ab ūdare indicat. Nix aūt ⁊ glacies: parum phlegma frigidum. ⁊ poſt aliqua ſubiunxit. Somniamus plerūqꝫ ea quibus egemus: vt bibere: coire: et ſimilia ⁊ poſtremo dixit. Que vident qui egrotant in ſomnis coindicabunt plerūqꝫ nobis indigentias ⁊ abundantias et qualitates humorum. Et propterea debent etiam ſani ſi frequenter viderint aliquod ſupradictorum cum medicis conſulere: ⁊ conſideratis etiam alijs indicantibus: poterunt poſtea purgari: ⁊ a futuris infirmitatibus preſeruari. Et hec ſunt q̄ in ſomnijs attēdere debemus: quoniā natura plerūqꝫ demonſtrat quibus indigeat: vt clariſſime patet de his qui in cena carnes ſalitas mādu carunt: ⁊ nō multū biberūt in nocte ſitientes dū dormiunt ſe bibere ſomniant vinū aut aquā ſitim eorum minime remouentē ſicqꝫ de alijs ſomnijs naturalibus. quare ⁊c.



¶ Capitulum. cclxx. oſtendit ꝙ ab accidentibus anime ſit abſtinendum: ⁊ maxime poſt cibum ⁊ refectionem: digeſtionem quam corrumpunt fieri prohibeāt.

DIximus ſupra in. c. ſcilicet. cclxj. ꝙ poſt cibi aſſumptionem quieſcendum erat: aut modicum deambulandum donec cibus ad fundum ſtomachi deſcendiſſet: deinde dormiendum: et hoc vt melior cerebraret digeſtio: cū ſomnus fortificādo virtutes naturales digerere faciebat. Ex quibus omnibus tota intentio noſtra erat: vt preaccepta reficientia omnino coquerētur in ſtomacho: ⁊ in eo nō putreſcerent. quod iteruꝫ procuramus dicentes: ꝙ omne illud quod digeſtionē corrumpit aut eam impedit: ſit fugienduꝫ pro viribꝰ ⁊ quia dixit princeps in. iij. primi doctrina. ij. cap. vij. Accidentia anime horribilia: ⁊ motus corporei fortes digeſtionem fieri prohibent. Cuius dicti ſecundam partem. dum loqueremur de exercitio et coitu poſt cibum: ſufficienter declarauimus. Primam vero: ſcꝫ ꝙ anime accidentia digeſtionem prohibeāt: hoc in loco intendimus manifeſtare: vt ab eis caueant qui ſani deſiderant permanere. Dicamus ergo cum Gal. in. j. de regimine ſanitatis ſic ſcribente. Oportet medicum qui debet cuſtodire ſanitatē. ſtudere ne mores animi corrumpantur: non vt philoſophus: vt conſeruet ipſius anime ſanitatem: et faciat homineꝫ virtuoſum: ſed vt non facile in egritudinem deueniat corpꝰ etenim furor et fletus et ira et triſtitia ⁊ ſolicitudo amplior ꝙ̄ oportet et vigilie que ſuꝑ his fiunt febriū et aliarum egritudinum ſunt principia. Sicut econtrario pigritia mentis amentia ⁊ anima omnifariam deſes decolorationem et denutritionem operatur in firmitate naturalis caloris: quem omnibus cuſtodire oportet infra terminos ſanitatis ⁊c. Ex qua ſentētia manifeſtum eſt ꝙ medicus conſeruator debeat de accidentibus anime curam habere. de illiſqꝫ non modicum conſiderare: atqꝫ illa in regimine conſeruatiuo prohibere. et precipue poſt cibi et potus aſſumptionem: ne digeſtionem impediant vel corrūpant ſimul: cum ipſa de ſui natura non ſolum quod dictum eſt faciant: ſed totum etiam corpus a ſua temperie: et naturali complexione permutent: et humiditates ſicut ⁊ corpus totū exiccent: dicente Gal. in tertio techni textu commenti. xxxv. Abſtinere manifeſtum: quoniā ab intemperantia oportet anime paſſionum: ſcꝫ ire: triſtitie: gaudij: furoris: timoris: inuidie: ⁊ ſolicitudinis: exterminant enim hec et permutant corpora ab ea que eſt ſecundum naturam cōſiſtentia. in cuius cōmento dixit Hali. Ira et furor faciunt accidere caliditatem ſuperfluam. Gaudium vero et leticia caliditatem equalem. Timor autem ⁊ pauor faciunt accidere frigus: et totum quod faciunt iſta accidentia: non faciunt: niſi meditatione motus ſpiritꝰ: vnde corpus exiccatur: teſte eodem Gal. vbi ſupra ⁊ textu commēti. xlvj. dicente. Omnes anime paſſiones exiccant corpus. Et ꝙ etiam fiant ex diuerſo ſpirituum motu anime accidentia: vt dixit Hali apparet per Auicen. in. ij. primi doc. ij. c. xiiij. ſic ſcribentem. Omnia anime accidentia ſequuntur: aut eis aſſociantur motiones ſpiritus interius aut exterius. et iſtud aut erit ſubito aut paulatim: et eius motioneꝫ ad exteriora ſequitur frigiditas eius quod interius exiſtit. Et fortaſſe ſuperfluit illud quod reſoluitur ſubito: ergo infrigidatur exterius et interius: et ſequitur eaꝫ ſincopis, aut mors: ⁊ motum quideꝫ eius ad interiora ſequitur frigiditas eius quod eſt exterius ⁊ caliditas interior: ⁊ cum multa coanguſtatione conſtringitur ⁊ infrigidatur interius et exterius: ⁊ ſincopis magna aut mors ſequitur ipſum ⁊c. Ex quibus apparet ꝙ omnino vitanda ſint anime accidētia propter tale magnum periculum ſequens ad ſubitum et fortem motum ſpiritus interius aut exterius. Et precipue illa fugienda ſunt accidentia que triſtari faciunt ſicut inquit Almāſor in libro. iiij. capitulo. ix. Quoniam omnibus ſanis nocumentum inferunt exceptis his qui carnis indigent minoratione. Abſtinendum eſt ergo ab ira: triſtitia: inuidia: ſolicitudine: et huiuſmodi: et licet ſemper permaxime tamen poſt cibi ⁊ potus aſſumptionem: quoniam digeſtionem fieri perhibent: et quandoqꝫ corrumpunt diuertendo ſpiritum et naturalem calorem a ſtomacho ad cor vel ad membra exteriora ſecundum ipſorum accidentium diuerſitatem: vt diximus. quare ⁊c.

¶ Cap. cclxxj. oſtendit que nocumenta in corpus ꝑueniant ex ira: iracūdia: odio furore. ⁊ ſimilibus poſt ꝙ̄ declarauerit quid ipſa ſint ⁊c.

VIſum eſt in ſuperiori capitulo generali quoddammodo qualiter anime accidentia digeſtionem fieri prohibebant: ⁊ plurimum corpori nocebant ratione ſubiti motus ſpiritus ad interiora vel exteriora. Nunc autem in ſpeciali videamus quantum ira odium et ſimilia ſint ſanitati corporis inimica declarantes prius quid horum ſit vnūquodqꝫ: vt ſcribenda de ipſis manifeſtius intelligantur. Dicamus ergo cum Haliabate in quinto Theorice. capitulo. xxxviij. ſic referente. Ira eſt ſanguinis cordis ebullitio naturaliſqꝫ motus caloris ⁊ eiꝰ ad exteriora exitus ſemel ſubitoqꝫ ad vlciſcenda que nocent. Quod ab Ariſto. ipſe videtur accepiſſe dicente in ſecunda problematū problemate. xxvj. Ira eſt accēſio ſanguinis circa cor. Et in octauo eorundem problemate. xx. Ira timiditati contrarium eſt ⁊ iracundia. Eſt autem ira quidē ab igne: multum enim ignem continentis interius te peſiunt: maxime autem eſt in pueris diſcere: viri autem leduntur ⁊c. In cuius commento Padubanenſis noſter ſic ait. Iracundia eſt velox inclinatio ad irā in quibus non oportet ⁊ magis ꝙ̄ oportet et vbi nō oportet. Gal. aūt in primo de differentijs febrium. c.

iij. ſic eam diffiniuit. Ira eſt ebullitio quedam ⁊ motꝰ vehemens iraſcibilis virtutis que in ipſo corpore cordis inſidet cum caleſit ipſa ſubſtantia. Et in ſecundo de regimine ſanitatis inquit. Ira non eſt audacia: ſꝫ velut feruor quidã eius qui ſcdm cor ſanguinis. et in ſecundo de accidẽti et morbo. c. ij. Ira eſt feruor caloris in corde exiſtentis propter motum anime. Et in v. de accidẽti. c. vj. Ira eſt magnus ac fortiſſimus motus in loca diuerſus: et proptere a valde corpus perturbat et permutat a naturali conſiſtentia. Quid autem ſit odium non a multis expreſſum inuenitur: attamen dicere poſſumus ꝙ ſit ira confirmata: vt colligitur ex dicto Valerij maximi in lib. ix. c. iij. ſic ſcribente. Ira quoqꝫ aut odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant pro curſu celerior illa nocendi cupedine: hoc aũt pertinacius ac nũꝙ ſine tormento ſui violentius ⁊c. Sic enim odium ab ira differt ſicut maius a minori: queẽadmodũ clariſſime beatus inqt Hieronymus his verbis. Quantum autem inter feſtucam et trabẽ: tantum inter iram diſtat et odium Odium enim ira inueterata eſt ⁊c. Qð qui his viris ſapientiſſimis credere voluerit Auicen. ſaltem philoſopho ac medico precipuo credat: hoc idꝫ volenti in libro de viribus cordis. c. viij. cũ ait. Sicut ira eſt motus ad vindictam non valde fortis: ſic odium eſt perſeuerantia forme nociui in imaginatione ſeu phantaſia: et perſeuerantia ſimul imaginationis effectus ad vindictam ſumendam ex eo. Furor aũt eſt maniaca cõfidentia: vt ex dictis Gal. in ſecundo techni elicitur Que omnia: vt prediximus: diuerſimode nocent ſanitati ad ma'as et ꝙ plures perducentia leſiones. Dixit nãqꝫ Princeps in ſecunda primi doc. ſecunda. ca. xiiij. Ex motu quidẽ ad exteriora ſubito facto fit ira: que ſi continuata fuerit: facit cadere in melancholiã. Quod ſimiliter aſſerit Gal. in cõmento illius aphoriſmi. Timor et puſillanimitas ⁊c. vbi ſic inquit. Multos in has paſſiones cecidiſſe vidi propter iram odiũ ⁊ triſticiaꝫ. qm̃ ira et furor faciunt accidere caliditatẽ ſuperfluam: vt dixit Hali in cõmento. xxxv. tertij techni. A quo videtur Princeps accepiſſe in primo canonis. Fen doctrina et ſumma ſecundis. c. vero primo dicẽs. Ira ſcdm omnẽ diſpoſitionẽ calefacit. et in tertia primi. c. iiij. Ira vehementer caleſacit. Et in. xiij. tertij trac. iij. c. xxxiij ſcripſit. Ira triſtitia ⁊ huiuſmodi multotiens ſunt cauſa effuſionis materierũ ad ſtomachum: in canticis quoqꝫ ſic ait. Ira anime incitat frigiditatem. ſ. propter reſolutionẽ: que quãdoqꝫ magnificatur in tantum donec ledat in vltimo. qð ſimiliter ſenſit Gal. in. vj. Terapentice. c. iiij. dicẽs. Ire ſolicitudines in quolibet modo et vigilie nocẽt diſſoluẽtes virtutẽ. Ex ira tamen nullus vnꝙ mortuus eſt inquit ipſe in. v. de accidẽti et morbo. c. vj. in primo etiã de regimine ſanitatis ſic ait. Immoderati motꝰ qui ſunt in cõcupiſcentia ira et cogitatione magis cholericum reddunt hominem: vnde febres et omnes calide egritudines cõſequuntur. qualiter autem; declarauit Haliabas in. v. Theorice. c. preallegato cum inquit. Qui enim omnibus iraſcuntur ex cauſis ſoliciti fiunt et triſtes: et ad ꝗuis modicam timent et exterrentur occaſionem: opinationes opinantur falſas: his ſepe de cauſis in morbos incidũt peſſimos ⁊ paſſiones in tantum vt huiuſmodi nonnulli moriantur ſi in eis horum aliqua accidentium roborentur. Et poſt aliqua ſubiunxit. Ira calefacit corpus ⁊ deſiccat choleram confortat rubeam in tantum vt febrem quã doqꝫ dici pariat. Et ſi quidem in corpore humor eſt ad putreſcendum paratus: febrem generat putridaꝫ. Si autem immoderata fuerit ira: virtutem diſſoluit naturalem eo ꝙ illum plurimũ emittat et in partes diſſipet: vnde ⁊ virtus debilitatur tremor quandoqꝫ accidit: ⁊ ſi adhuc augeatur defectus ſequitur maxime ſi hõ debilis ſit virtutis: niſi ꝙ ira minime mortẽ aſciſcit. hec ipſe. Ex quibus facile cõprehendi poteſt quantum ira noceat vnicuiqꝫ: ⁊ precipue macilentis multoqꝫ magis odium: ⁊ furor ⁊ talia: ⁊ ideo abſtinẽdum eſt propoſſe omni ab huiuſcemodi ne corpus inflammetur: ⁊ ſpiritus reſoluantur ⁊ permaxime poſt ciborum ⁊ potuum aſſumptionem. Que quidẽ preaſſumpta adeo: ſuperuenientibus his paſſionibus alterantur: ꝙ frequenter. Et ſi nõ ſemper corrumpuntur in ſtomacho: ⁊ in malos humores cõuertunf: ex quibus febres ⁊ alie cõſimiles generantur infirmitates. Sed fortaſſis dicet cholericiſſimorum quiſpiam. Si ex naturali complexione adeo ſum pronus ad irã: vt ex leuiſſima etiã cauſa iraſcar: quid ego poſſum: non enim hoc in mea cõſiſtit facultate: ⁊ ſi doleam ex hoc minime tñ ab huiuſcemodi paſſione me valeo abſtinere. Cui dicemus ꝙ ipſe Diogenis conſilio debet vti qui cũ interrogatus eſſet quid agendum homini foret vt iraſceretur. Rñdit recordetur ꝙ nõ ſemꝑ neceſſe eſt vt ſeruiatur illi: immo viceuerſa eſt alteri aliquãdo ſeruiendũ: nec oportet vt iugiter obediatur illi: ſꝫ ⁊ interdum ⁊ ipſe obediat alteri: nec neceſſe eſt vt ſemper ab a'ijs colatur: ſed quandoqꝫ patiatur: ⁊ ipſe cum hec fecerit: ⁊ cum hoc eius debilitabitur ira. quare et cetera.

¶ Ca p. cclxxij. oſtendit nocumenta prouenientia ex timore triſtitia ⁊ ſolicitudine.

OStendamus in hoc. c. quot ⁊ quãta nocumẽta ex frequẽtato timore ſoleãt ꝓuenire: vt ab eo ⁊ a triſtitia pariter caueamꝰ dicẽtes cũ Halia. in. v. Theo. c. vl. ſic ipm deſcribẽte. Timor eſt naturalis ingreſſus caloris ad interiora corꝑis ꝓpter aĩe ab aliquo nocẽti fugã et exaſperãti: cũ ſit nature aĩam a nocẽtibus et ſubito terrentibꝰ que nõ cõſueuit timere ⁊ fugere. qð ſenſit Ariſto. in. x. problematũ problemate. lxj. dicẽs. Timor ẽ infrigidatio exteriorũ ⁊ caloris cõtractio ad ꝑtes iteriores ſub corde. Et. xxx. ꝑticula. eorũdẽ inqt Timor infrigidat: manifeſtãt aũt terrefacti: tremunt enĩ ait ipſe. Cuius ſimile voluit Gal. in. v. de accidẽti ⁊ morbo. c. vj. cũ ſic ſcripſit. Timor ſanguinẽ calorẽ atqꝫ ſpiritũ reportat ad interiora. ſ. ad ſuã originẽ: et ad cor: atqꝫ exteriora corporis refrigerat. Et poſtea ſubiũxit. In timore virtus aĩe nõ cõfortatur: neqꝫ ad exteriora reuertitur: et idcirco calor extinguif intantum vt totũ refrigeretur corpus. Et ſubdit. Illa accidẽtia que ſubito fiũt in timore in triſticia paulatim cõſtringunt: et nõ differunt niſi in magnitudine ⁊ fortitudine: nõ aũt genere. Et in lib. de ꝓnoſticatione ꝑ pulſum ſic quoqꝫ ait. Corpus propter aĩe paſſiones multotiens pati aſſueuit: fortaſſis autẽ nõ exiſtimabit quiſqꝫ agonie ⁊ timores repẽte aĩam exagitãtes pulſus vertunt: cũ tñ plurimũ permutẽt. Et in libro de tipo. c. iij. dixit. Timor ⁊ terror turbãt virtutem et debilitãt ipſam nõ minus alijs cauſis. Qð etiam ſenſit in tertio Techni parte illa. Abſtinere aũt manifeſtũ eſt ⁊c. cũ dixit. Timoris inuidie ⁊ ſolicitudinis exterminãt enĩ ⁊ permutãt corpora ab ea que ſecundũ naturã conſiſtentia. in cuius cõmento ſcripſit Hali. Timor autem ⁊ pauor faciunt accidere frigus ſuperfluum. Et ideo dicebat Hippocrates in. vj. aphoriſmorum. aphoriſmo. xxiij. Si timor et puſillanimitas multum habeant tẽpus habentẽ melancholicũ perficiunt. Et Princeps in. ij. primi. c. iij. Cum multus timor adeſt et pernicioſus: ventriculi cordis ſanguine euacuantur: ꝗuis in timore moueatur ſpiritus ad interiora ſubito: ſicut ipſe dixit in eadem doctrina. ij. c. xiiij. Et in canticis textu cõmenti. clvij. ſic quoqꝫ ait. Timor incitat frigiditatem: qui quandoqꝫ magnificatur intantum donec ledat in vltimo: ⁊ propterea a rebus timere faciẽtibus debet pro viribus vnuſquiſqꝫ ſanus abſtinere: vnde qui hac paſſione cõſueuit moleſtari Catonis ſtoici preceptum obſeruet dicẽtis. Deſines timere ſi ſperare didiceris. A triſticia conſimiliter eſt abſtinẽdum: cũ ex ea pauciora non eueniãt nocumenta: ſed quid ipſa ſit primo exponamus dicentes cũ Haliabate in. v. Theorice. c. vlti. ſic eã diffiniente. Triſticia naturalis eſt caloris ingreſſus ad corporis interiora paulatim intantũ qũqꝫ ꝙ corpori febrẽ vnius diei afferat: cuius ſi diuturnus tẽpus fiat: corpus fortiter calefacit: omniaqꝫ caleſiũt mẽbra: ſolidaturqꝫ calor naturalis in principalibus mẽbris: fitqꝫ abinde ethica febris. Si ergo immoderata fuerit triſticia infrigidarum complexionũ corporibus: corpus refrigeratur: calorqꝫ extinguitur naturalis ſua in corporis interiora cõuerſione qua ex re imminutus coagulatur: et propterea triſticia omnibus eſt nocẽs corporibus: ⁊ illa ſubuertens maximeqꝫ frigida ⁊ ſicca. hec ipſe. Cuius ſimile voluit Princeps in. iij. primi. c. iiij. cum inquit. Triſticia multum exiccat: ⁊ pigritia virtutes laxat aĩales: et complexionem ad phlegmatis proprietatem inclinat. Et in. xiij. tertij. tractatu et. c. tertijs ait. Triſticia eſt cauſa corruptionis et deſtructionis digeſtiõis. Et in lib. de viribꝰ cordis. c. v. In melancholicis habentibus ſpiritus tenebroſos ꝑdurat triſtitia. ⁊ in. c. vj. eiuſdẽ iterum dixit. Sicut letandi frequẽtia diſponit ſpiritũ ad leticiã: ſic ⁊ triſtandi ad triſtitiã. et in. c. viij. Triſtitia diſponit ad irã In textu quoqꝫ cõmenti. clix. canticorũ ait. In lamẽto quidem ⁊ triſtitia fertur iudicia nocumenti ſuper macrũ: ⁊ ſolum cõfert indigenti diſſolutiõe. Que fuit ſnia Gal. in. vj. terapẽti. c. iiij. dicẽtis. Triſtitia ⁊ agonia ⁊ ire ⁊ ſolicitudines in quolibet modꝰ nocent diſſoluẽtes virtutẽ. ⁊ in. v. de accidenti ⁊ morbo. c. vj. ſic ſcripſit de ipſa. Quibꝰ accidit triſtitia frequẽter mortui ſunt: et hec puſillanimibus ſolet euenire: nã eorũ anima debilis atqꝫ defecta extinguitur atqꝫ ſuffocatur. Extinguitur autem ꝓpter frigoris dominationem. Suffocatur autem: quia ſanguis ad ſuam reuertitur originem ac coadunatur: et propter hac cauſas deſiccat corpora. Quod ſenſit. Salomon in Prouerbijs capitulo. xvij. dicẽs. Spiritus triſtis deſiccat oſſa. ⁊ in. c. xxv. eorũdem. Sicut tinea veſtimento: et vermis ligno: ita triſtitia viri nocet cordi. Et propterea concludamus cum eodem in. c. xxx. Eccleſiaſtici dicente. Triſtitiaꝫ non des anime tue: et non affligas temetipſum in conſilio tuo: triſtitiam longe expelle a te: multos enim occidit triſtitia et non eſt vtilitas in ea. hec ipſe. Fugiamus igif propoſſe res omnes triſtari facientes: ꝙ ſi id fieri non põt: cum acciderint patienti animo ſunt tolerande: ⁊ ꝗcitius poſſibile fuerit expellende ⁊c.

¶ Capitulum. cclxxiij. oſtendit nocumẽta prouenientia ex inuidia ⁊ imaginatione poſtꝙ declarauerit qd ipſa ſit inuidia.

QVid ſit inuidia oſtendamus primo: ⁊ poſtea que nocumenta ex ipſa proueniant: quantũqꝫ corpori nocere habeat: ⁊ dicamus cũ Ariſtotele in. ij. rhetoricorũ ſic eã deſcribente. Inuidia eſt triſtitia quedam ſuper bona actione apparente bonorũ circa ſimiles. Zelus auteꝫ eſt triſtitia quedã ſuper apparenti preſentia bonorum honorabilium ⁊ contingentium ſibi accipere preter ſimiles natura. non quia alij: ſed quia nõ ⁊ ſibi ſunt. zelatiuus ſeipm ꝑparat ꝓpter emulationẽ vt obtineat bona. Inuidus aũt vt ꝓprimꝰ nõ habeat ꝓpter inuidiã. ⁊ in. ij. topi. Inuidia eſt triſtitia in apparẽti vtilitate alicuiꝰ. A quo Tulliꝰ in tuſculanis li. iij. accepit cũ ait. Inuidẽtia egritudo eſt ex alteriꝰ rebus ſecũdis. ⁊ in. ij. de oratori. Laudi atqꝫ glie maxime inuideri ſolet: inuidẽt hoĩes maxie paribꝰ aut inferioribꝰ inuidef ſepe vehemẽter: et eo magis ſi intolerãtius ſe iactãt ⁊c. Hoc aũt vitiũ ſic pinxit Ouid. in ij. li. metamorphoſeos dicens. Cõcuſſe patuere fores videt intꝰedentẽ Vipereat carnes vitiorꝫ alimẽta ſuorũ. Inuidiã viaſqꝫ oculos auertit: at illa ſurgit humo pigre ſemeſarũqꝫ reliqt. Corpora ſerpentũ paſſuſqꝫ incedit inerti. Vtqꝫ deã vidit formaqꝫ armiſqꝫ decorã

Ingemuit:vultūq; dece ad ſuſpiria duxit. Deinde te
tigit nocumenta eius cū inquit. Pallor in ore ſedet:
macies in corpore toto: Nuſq̄ recta acies:liuēt rube
gine dētes: Pectora felle virent:lingua.eſt ſuffuſa ve
neno: Riſus abeſt:niſi quem viſi fecere dolores: Nec
fruit̄ ſomno vigilantibus excita curis: Sed videt in
gratos intabeſcitq; videndo Succeſſus hominū:car
pitq; et carpitur vna: Suppliciūq; ſuum:q̄uis tamē
oderit illā ⁊c. Et in de ponto libro ⁊ epiſtola tertijs.
Liuor iners vitium mores non exit in altos: Atq; la
tet ima vipera ſerpit humo. De ipſa vero dixit Hali
in cōmēto.xxxv.tertij libri techni. Triſticia vero ⁊ in
uidia faciūt accidere frigus. In cuius cōmenti textu
Gal'.inter cauſas corpus exterminātes inuidiā ⁊ ſo
licitudinē enumerauit. Que quoq; inter cauſas ani
mā damnantes pōt immo debet a fidelibus colloca
ri:cū ſit capitale pctm̄: vt a canoniſtis tradit̄ in.xxv.
diſtinctione.c.vnū.§.alias.nec hoc vitiū curari pōt ni
ſi per ſuū contrariū: videlʒ per humilitatis exercitiū
inferioribus ſe ſeruiēdo: vt ab eiſdē accipimus de pe
nitētia diſtinctione.ij.c.j. Qua de re huiuſcemodi paſ
ſio omniquaq; fugiēda eſt: ſicut pariter a vehementi
imaginatione ⁊ diuturna eſt abſtinendū: cum et ipſa
plurimū corpus cōterat:dicēte Gal'.in.j. de regimi
ne ſanitatis. Immoderati motus qui ſunt in concu
piſcētia ira et cogitatione magis cholericum reddāt
hoīem: vnde febres et oēs calide egritudines conſe
quūtur. Defectiui vero motus magis phlegmaticū
et frigidiorē:vnde oppilationes epatis:et ſplenis:et
epilepſie:et apoplexie: ⁊ oēs reumatice egritudines
fiūt. Ex quibus ipſe dat intelligere ꝙ oēs aīe paſſio
nes nociue exiſtāt: ſiue calefaciāt: ſiue infrigident: in
numero quarū vehemens imaginatio ⁊ cogitatio re
ponēda eſt:cū ſit fortis cauſa nō ſolū permutādi pro
priū corpus in quo eſt:ſed etiā exteriora:quemadmo
dum colligitur a Principe in.ij. primi.doc.ij.c.xiiij.
vbi voluit: ꝙ poſſibile ſit vt puer ſimiletur ei cuiꝰ for
ma coitus tēpore fuit imaginata. Et in.xxj.tertij. c.
ij.idem ſimiliter voluit. Petrus quoqʒ de abano in
cōmēto.xxxij.ſeptime pblematū particule multa ſcri
pſit de fortis imaginationis potētia ꝓueniente vſqʒ
ad exteriora ⁊ illa permutāte: quanto igit̄ magis cre
dēdū eſt vt ꝓprio corpori nocere valeat ⁊ ipm̄ permu
tare:ideo ab harū excellētia paſſionū ſani ſibi cauere
debent ſicut et ab alijs:qm̄ permutant corpus ab ea
que ſcd̄m naturam conſiſtentia:vt dictum eſt.

¶ Capitulum. cclxxiiij. oſtendit iuuamenta gaudij
temperati: ⁊ nocumenta ſuperflui complendo ſermo
nem de accidentibus anime.

Quantum triſticiam ſuperius vituperaui
mus: tantū et adhuc magis impreſentia
rum gaudium temperatum commenda
mus:et ſuperfluū execramur: ꝓpterea ꝙ
Princeps inqt in.ij.primi.c.iij. Cū mul
tum gaudiū pernicioſum eſt:aut multus timor:vētri
culi cordis ſanguine euacuātur.⁊ in doctrina ſūma.et
c.ij.eiuſdē. Gaudiū nimiū ⁊ delitie ſuperflue ſicut tri
ſticia et timor nimius infrigidāt. Et in cāticis textu
commenti.clviij.dixit. Magnum et multū gaudium
impinguat corpus:et ideo multum ledit pinguem et
craſſum.⁊ Auerrois in eius cōmēto ait. Magnū gau
diū eſt ex rebus corpus impinguātibꝰ ꝙ ſi magnifice
tur valde ⁊ contingat:ſubito necat ⁊ interficit: ⁊ maxi
me valde pinguē: ⁊ hoc q2 in corporibꝰ magnā pingue
dinē habētibꝰ eſt paruꝰ calor ratiōe paruitatis: ⁊ an
guſtie venarū ipſoꝝ ⁊c. Qd̄ etiā voluit Haliabas i.v.
theorice.c.vltimo dicens. Gaudiū naturalis eſt exitꝰ
caloris ad corpis exteriora eiuſq; diffuſio:q̄ ſi paula
tim facta fuerit aīam habet confortare:caloremq; natu
ralē in omni corpore ⁊ humores temperare: ⁊ ſangui
nē caloris temperātia naturalis augere:corpulentiā
corpori facere:itaq; oībus conuenit corporibus tem
peratis:niſi ꝙ qū ſemel ſubitumq; ſit aliquādo inter
ficit naturalis diſſolutione caloris et diſperſione. Fer
tur enim Hameſſus nimietate gaudij:quod illi ſubi
tum ſuperuenit:interijſſe.hec ipſe. Que fuit Gal'.ſen
tentia in.v.de accidenti ⁊ morbo dicētis. Ex ira nul
lus vnq̄ mortuus eſt:ex gaudio autē q̄plures puſil
lanimes:et propterea temperate gaudēdum eſt:quo
niam vt moderata omnia conſeruant:ſic cūcta ſuper
flua ſolent extinguere. Unde Auicē.in.iij.primi.c.iiij.
ſic inquit. In temperamento morum cuſtodia ſanita
tis anime et corporis ſimul conſiſtit. Gaudium nāqʒ
temperatum multas corpori affert vtilitates : eſt
enim ex cauſis bonitatis digeſtionis ſicut triſticia eſt
cauſa corruptionis et deſtructiōis digeſtionis:vt idē
ait in.xiij.tertij tract.⁊.c.tertijs.et ideo dicebat Sa
lomō in eccleſiaſtici.c.xxx. Nō eſt oblectamētū ſuper
cordis gaudium. Jocunditas cordis eſt vita homi
nis et exultatio viri eſt longeuitas.ibidē.vnde Sta
tius in.j.achilleidos ait. Dant gaudia vires. Et ali
bi. O quantum gaudia forme addunt ⁊c. Que autem
ſint cauſe gaudij extrinſece:non eſt opus dicere cum
fere infinite exiſtant. Cauſe vero eius intrinſece ſunt
multitudo ſpirituum in corde exiſtentium et clari
tas eorum : vt placuit Auicen . in libello de viribus
cordis.c.iiij.dicenti. Quando ſpiritus qui eſt in cor
de eſt multus et eſt temperatus in complexione ⁊ in
ſubſtantia luminoſus et ſplendens : tunc eſt ad gau
dium diſpoſitio fortis : et ideo non ſolum gaudium
eſt cauſa impinguationis : roboris : pulchritudinis
et longitudinis vite : ſed etiam ſignum bonitatis
complexionis et bone diſpoſitionis cordis et ſpiri
tuum ; et ob has cauſas non immerito moderatum
gaudium eſt ad anime et corporis ſanitatem commē
dandum. Et propter hoc in.c.iij. Eccleſiaſtes ſcribi
tur. Cognoui quia non eſſet melius niſi letari et fa
cere bona in vita ſua . et in. c.v. eiuſdem. Hoc itaqʒ
mihi viſum eſt bonum vt comedat quis et bibat et
fruatur letitia ex labore ſuo quo laborauit. Conclu



damus igitur cū Seneca in tragedijs dicēte. Dū fa
ta ſinūt viuite leti.ab oībus alijs paſſionibus anime
virtutē proſternētibus abſtinēdo: ⁊ quibuſcūq; alijs
ſuperius approbatis vtēdo cōtinue. Qd̄ dicimus nō
ſine cauſa:qm̄ nō inchoātibus:ſed perſeuerantibus:
vt Remigius inquit:premiū ſalutis tribuitur.

¶ Capitulum.cclxxv. oſtendit ꝙ preſuppoſita dige
ſtionis perfectione adhuc perquirendum ſit pro ſani
tate ſi que repletio in corpore facta ſit: et per que ſi
gna id comprehendere valeamus.

Declaratum fuit in ſuperioribus capitu
lis qualiter ab accidentibus anime opor
tebat abſtinere: niſi ꝙ tātūmodo tēpera
te letandū erat et gaudēdum moderate:
et hoc ne digeſtio preaſſumptoꝝ reficien
tium corrūperetur:immo prout neceſſe eſt ad ſanita
tis cōſeruationē compleretur : et meliori modo quo
poſſumus ſomno et quiete perficeretur in ſtomacho
et in epate: deinde vero in venis ⁊ membris labore ⁊
exercitio prout vltime requirunt digeſtiones. Dein
ceps autē vidēdum eſt preſuppoſitis bonoꝝ ⁊ lauda
bilium: ciboꝝ et potuum aſſumptione: ⁊ eorūdē per
fecta digeſtione:quid ſit ꝓ cōſeruāda ſalute vlterius
faciēdum: ⁊ breuiter dicamus ꝙ medicus iā electus:
ſi quis erit:etſi non vnuſquiſq;: debet per ſemetipm̄
ſepenumero conſiderare et animaduertere ne in cor
pore ſuo aut in aliqua mēbroꝝ ſuoꝝ particula reple
tio fiat: ⁊ nō dico de repletione cibi neq; potus: quia
hoc iam diximus:cū de quantitate refectionis: et cū
de ebrietate loqueremur: ſed hic de humorū natura
lium aut nō natutalium repletione:et paulatina coꝝ
cōgeſtione intelligimus: que perſepe cōtingit ex ma
la membrorum digerētium cōplexione: quantūcq; re
ficientia in ſe laudabilia exiſtant: ⁊ omne vite regimē
diligentiſſime ⁊ ad vnguem obſeruatum: vt facile eſt
videre de cholericiſſimo homine tēperata dieta enu
tritio:in quo parua cholere quantitas multiplicat̄: ⁊
ſimiliter de phlegmatico ſuo modo: et ſic de ſangui
neo in quo ſuperflua ſanguinis quātitas generatur.
Multoq; magis ad hoꝝ humoꝝ augmētum accede
re videtur dieta que in qualitate vel quantitate tēpe
ramētū excedit ſepenumero. Qui humores ſic inſen
ſibiliter aggregati ad q̄plures egritudinum ſpecies
diſponunt : et inde neceſſaria fuit preuiſio ne in toto
vel in aliquo mēbroꝝ.ſ.ſtomacho:epate: ⁊ ſplene:pe
ctore:et hmōi plectoria aut cachochimia multiplicet̄
ex defectu digeſtiue aut expulſiue: vel ex fortitudine
attractiue et retētiue: ſiue propter viarum ⁊ ductuū
corporis oppilationes:per quas non poſſunt ſuper
fluitates vt oporteret expelli:nec corpus vt cōſueuit
mundificari. Et ꝙ hec omnia ſint a medico aſtāte cō
ſideranda et volenti conſeruare corporis ſalutem ne
ceſſaria:colligitur ex ſententia Gal'.in libro de diſſo
lutione continua.c.j.ſic ſcribentis. Et quoniam non
totum quod comeditur et bibitur aſſimilatur corpo
ri:ideo non eſt dubium quin remaneat ex cibis ⁊ poti
bus ſuperfluitas in corpore quam de corpore mundi
ficare oportet ⁊ ab eo eijcere. Nam ſicut ciborum et
potuum cum intrauerit ſtomachum ⁊ operatus fue
rit in eis ſtomachus ſuas operationes eorum pars
tranſit ad epar et reſiduum ſit egeſtio muudificanda
de corpore. Similiter faciunt organa corporis et loca
ad que peruenit nutrimentū ad hoc facta. Ideo opor
tet penitus eū qui vult cuſtodire ſanitatem:ad duas
res intentionem ſuam dirigere : quarum vna eſt ad
corpus cum cibo conueniente loco eius quod diſſolu
tum eſt de ipſo:alia eſt mundificatio ab ipſo eius qd̄
generatum eſt de ſuperfluitatibus ciborum ⁊c. hec ip
ſe. Quomodo autem replexio et harum ſuperfluitatū
aggregatio cognoſcatur cum in corpore affuerit : ſa
piens medicus ex ſua ſcientia q̄ facile intelligit. Sʒ
qui medicū ſemper non habent:cognoſcant et ipſi ꝙ
cum duplex ſit repletio.ſ.vna que ex quātitate ſit lau
dabiliū humorū:et eſt quando ex bonis et multis ci
bis et potibus plurimūnutrientibus ſanguis copio
ſus et laudabilis rōne qualitatis fuit generatus:quā
repletionē vt dicit Princeps in.ij.primi do.tertia.c.
vj.hec ſigna declarant.ſ. Membrorū grauitas : ⁊ in
motibus pigritia:faciei rubedo:et venarū inflatio:et
cutis extenſio: ⁊ plenitudo in pulſu:et tinctura in vri
na et ſpiſſitudo:et paucitas deſiderij.ſ.comedendi:et
viſus debilitas:et ſomnia que grauitatē portendunt
ſicut eius q̇ videt ſe quaſi mouere nō poſſe:aut onus
graue deferre : aut loqui non poſſe . Sicut videre ſe
volare et motuū velocitas humores ſignificat ſubti
les et in quātitate temperata . Repletionē aūt ſcd̄m
virtutem:et eſt alia que facta eſt ex quantitate humo
rum ſola qualitate peccantium calida vel frigida ⁊c.
Intelligat per hoc ꝙ vene eius non ſunt adeo infla
te:neq; cutis vehementis extenſionis : neq; pulſus
adeo plenus et magnus:neqʒ vrina multum groſſa:
neqʒ color valde rubeus. Concuſſio quoq; et laſſitu
do non proueniunt in eo niſi poſt motum et inceſſum
et videt in ſomnijs res citrinas:ſi cholera fuerit: aut
pluuias et niues et hmōi:ſi phlegma vel res nigras:
terrorem inducentes:ſi cholera nigra vel melancho
lia ſuperabūdauerit:quemadmodū ſupra de ſomnijs
dicebamus. Similiter per alias huiuſcemodi ſignifi
cationes demonſtrantes dominium alicuius:humo
ris peccantis:intelligere poterit ſi in toto ſiue in ali
qua parte tantum repletio illa extiterit:vt ſi in ſtoma
cho cholera fuerit per ſitim:amaritudinem oris: lin
gue citrinitatē:mordicationem: ſupercalefactionem:
et nocumentū a calidis illatū: ⁊ per iuuamentū a fri
gidis rebus adminiſtratis ꝓueniens: ⁊ per huiuſmo
di cognoſcet ſi cholera:vt dictum eſt in ſuo ſtomacho
fuerit. ⁊ ꝑ proportionalia ſi phlegma vel alter humor
⁊c. Cū vero cognitū fuerit vniuerſalē ſiue particularē
in ſuo corpore repletionem adeſſe:q̄citiſſime proui
dendū erit de illius euacuatione vt corpus ab immi

nentibus morbis preſeruetur: quoniā vt Gal. ait in introductorio medicorum. Melius enim eſt ꝙ eripere ab egritudine hoc. l. nec a principio dimittere egrotari: quemadmodū et gubernatori eligibilius eſt anteꝙ influctuationes incidat tranſfretare: ꝙ fluctuationem et periclitationem effugere. quare ⁊c.

¶ Capitulum. cclxxvi. oſtendit que pericula immineant corpori cum repletio ſanguinis multa in membris omnibus affuerit.

Viſum eſt in precedenti capitulo quomodo repletio ſit inueſtigāda: ⁊ cognita ꝙ citiſſime euacuanda: attamen quia repletus quiſpiam dicere poſſet: recte quidē valeo: nec venarum repletionē: aut cutis extenſionē ceteraꝫ talia per te dicta aliqua in parte mihi obeſſe ſentio: q̄d ergo de euacuatione mihi perſuades? nonne melius eſt et vtilius plurimas ꝙ paucas habere pecunias: ſic etiam nonne eligibilius eſt pro vita et ſanitate corporiſꝫ nutritione per grandē ſanguinis laudabilis copiam habere ꝙ moderatam cū ipſe filius nature ſit: et adeo ab ea dilectus ꝙ nequaꝙ ſine ipſo ſtare poſſit vita: vt ex ipſius exitu ꝙ facile ſit intelligere. Et propterea in preſenti. c. mihi dicēdum eſſe videtur et oſtēdēdum quātum periculi ex ſanguinis etiā laudatiſſimi repletione immineat: vt quilibet ſic repletus intelligat omnino euacuatione per phlebothomiam indigere: niſi in breui voluerit vitam cū morte cōmutare: qm̄ valde repleti ſubitanee morti ex ſuffocatione ſunt expoſiti: vt ex dictis ſapientiū colligimus. Dixit eīm Hippocrates in primo aphoriſmoꝝ. aphoriſmo. iii. In exercitātibus ad ſummū bone habitudines ſunt fallaces ſi in vltimo fuerint: nō enim poſſunt manere in eodem neꝫ quieſcere: qui vero nō quieſcūt nequaꝙ poſſunt in melius addere: relinquitur igitur ad peius: horū igitur cauſa bonam habitudinē ſoluere confert ⁊ non tarde vt rurſus principium nutrimēti accipiat corpus ⁊c. In cuius cōmento Gal. inquit. Unde multi morte ſubitanea ſunt extincti corporibus pertingentibus in vltimitatem plenitudinis. Quod ſenſerat Hippo. vbi ſupra. ⁊ in ſecūdo aphoriſmoꝝ. aphoriſmo. iiii. cū ait. Non plenitudo neꝫ indigentia ſunt bona quecūꝫ plenitudo fuerit illa. vnde Gal. in. ii. Terapentice diſtinctione. ii. c. vltimo dixit. Cū equaliter ſibiinuicem aucti fuerint humores multitudo hec plectoria noiatur. Cū aūt iam tanta cholera vel nigra. vel phlegmate: vel ſeroſis humiditatibus plenū factū fuerit corpus: cachochimiā et nō plectoriam vocāt talē diſpoſitionē. Et in libro de euchimia. c. i. dixit. Qui nō ſunt inſenſati: bene perpendunt ꝙ magnam habeat cachochimia virtutē ad egritudinū generationē. Sed iam magis in propoſito dicamus de plectoria tantum de qua in hoc capitulo intendimus: cum Auicen. in ſcd̄a primi. doc. ii. c. vi. ſic ſcribente. Ille in quo multitudo exuberat humorum in hyeme propter eius guloſitatem et exercitii eius paruitatem ſit in vere egritudinibus aptus. In tertia quoꝫ primi doc. ii. c. vii. inquit. Uehemēs repletio in qualibet diſpoſitione eſt pernecabilis: quot nāqꝫ homines ſuperflue ſe repleuerunt et ſuffocati interiere. Que etiam ſententia colligi poteſt ex verbo illo Ariſtotelis in prima ꝓblematum. problemate. xlvi. dicētis. Nutrimēti ſuperabūdantia cauſa ſit egritudinis. Uerū autē corporis nutrimentum eſt ſanguis: vt philoſophi ſentiunt et medici: et ideo bene diximus ꝙ ſanguinis etiā boni plenitudo ꝙ periculoſiſſima ſit ad ſanitatem. Nec valet quod dicebatur ſanguis eſt filius nature ſine quo vita ſtare non poteſt: ergo quāto plus de ipſo in corpore fuerit tanto melius: falſiſſima quidem eſt cōſequētia: vt minimus etiam dialecticus intelligit: quia oppoſitum conſequentis ſtat cū antecedēte: licet enim ſanguis in moderata quantitate pro vita faciat ⁊ ſanitate et mēbroꝝ nutritione: ſuperfluus tamen quia a natura regi nec gubernari poteſt ob eius multitudinem derelictus ab ea diuerſimode nocet: ⁊ inflāmādo et vias oppilando: quibus naturalis calor euētabat: vnde cauſa ſit extinctionis eius ſuffocando: ideo bonam habitudinem ſoluere confert et non tarde vt rurſus principiū nutrimēti accipiat corpus: vt Hippocrates vbi ſupra. Et propterea Princeps in. vii. quarti. trac. iiii. c. i. loquens de carnoſitate ſic inquit. Dum perſeuerat pinguedo ita ꝙ non facit accidere nocumentum non abhorreas eam: vitam nāqꝫ in humiditate exiſtit: verum oportet vt caueas et abhorreas eā in via ſuperfluitatis: licet non appareat eius nocumentum repente aduenit et ſubito ſecūdum ꝙ dicitur in loco ſuo: ſcilicet. c. v. ſequenti. vbi ait. Pinguedo ſuperflua eſt compos corporis a motu et deambulatione et conuerſione coarctans venas coarctatione cōſtringēte eas quare oppilat ſpiritui vias ſuas: quamobrem extinguitur multotiens: et ſimiliter non peruenit ad eos ſpiraculum aeris: quare corrumpitur propter illud complexio ſpiritus eorum: ⁊ ſunt in timore ꝙ expellatur ſanguis eorum iterū ad locum conſtrictum quare fortaſſe ſcindetur vena ſubito ſciſſione pernicioſa. Et poſtea ſubiunxit. Ad ſummum mors ſuper vltimatos in pinguedine feſtinat: et proprie illos qui impinguantur in prima etate: ipſi enim minutas habent venas et conſtrictas: ⁊ ſunt expoſiti apoplexie: et parilyſi: et pulſui cordis: et diarie: et malicie anhelitus: et ſincopi: et febribus malis ⁊c. Ecce igitur ꝙ periculoſum ſit repletū eſſe ex ſanguine etiam laudabili et carne. quare ⁊c.

¶ Capitulum. cclxxvii. oſtendit quomodo repletus ex ſanguine ſuperfluo: vt in capitulo ſuperiori dictum eſt: poſſit a dictis nocumentis preſeruari: et qua euacuationum ſpecie debeat inaniri.



Quantis et quibus periculis repleta corpora ſint expoſita ſatis in ſuperioribus declarauimus: quomodo autem ea repletus pericula poſſit euadere impreſentiarū oſtendamus. Dicētes et cum aliquis ſanorum hominum per antepoſita ſigna cognouerit ad aliquam prefatarum repletionum corpus ſuum deueniſſe: debet ilico cum medico ſapiente conſulere qui ſua cum ſcientia: prepenſatis omnibus diligēter conſiderandis diſtinguet: an ita repletio fuerit vniuerſalis: an particularis: et an humorum peccantiū quantitate: an qualitate. Qui ſi cognouerit eam eſſe vniuerſalem. et humorum peccantium augmēto ⁊ ſuperfluitate et cetera omnia conſenſerint faciet: quia ſic debet: ipſum phlebotomare cum dicat Auicēna in prima tertii. capitulo. xxix. Cum ſanguis aut cum humore qui vincit: ſanguis dominatur a phlebotomia incipimus: quoniā ipſa eſt potiſſimum remediū ad euacuandū ſanguinem et reliquos humores cum ſuperflue fuerint augmētati: dicente eodē in. iiii. primi capitulo. iii. Minutio eſt euacuatio humoribus equaliter augmentatis. ⁊ in capitulo quarto eiuſdē ait. Cum humores fuerint equales premitte minutionem: ꝙ ſi equales non fuerint ſuperabundantem euacua. et ſimiliter in. cap. xx. eiuſdem inquit. Phlebotomia eſt euacuatio vniuerſalis que multitudinē euacuat humorū. que fuit Gal. ſententia in ſecundo aphoriſmorū cōmento decimoſeptimo dicentis. Humorū minoratio ſit et eſt equaliter cū phlebotomia ⁊ ventoſis. Et in. vi. aphoriſmorū commento. xxii. Eſt communis totius corporis purgatio. Et in cōmento. xlvii. eiuſdem dixit Phlebotomia vniuerſalis eſt medicina omni paſſiōi de plenitudine. in libro quoꝫ de pronoſticatione per pulſum. cap. vltimo. Si quatuor ſimiliter augeant humores per phlebotomiā eſt principaliſſima et maxima euacuatio ⁊c. Que aūt debeat eſſe ipſi⁹ quātitas innuit nobis in. v. Terapentice. capitulo decimo tertio cum ait. In omni craſſi corporis: et in omni regione ⁊ hora ⁊ conſtitutione tantum humorum auferre eſt congruum: quantū ſuper id quod ſcd̄m naturā auctū eſt. ⁊ in. vii. libro eiuſdem diſtinctione. iii. ca. iiii. dixit. Quātitas euacuatiōis ex quātitate q̄ ſcd̄m multitudinem ſit: ſcd̄ꝫ igitur maiorē aut minorē ſanguinis et aliorū humoꝝ multitudinē et repletionem ſiat phlebotomia. Que quātuꝫ in hoc caſu corpori conueniat: declaratur in fine cuiuſdā libri de phlebotomia Gal. inſcripti cum dicit. Phlebotomia vētrem deſiccat: memoriam prebet: veſicam purgat: cerebrum temperat: medullas calefacit: auditū aperit: lachrymas ſtringit: ſtomachuꝫ purgat digeſtionem inuitat: ventrem coercet: ſomnuꝫ inducit: anxietatem tollit: ſanguinem proprium nutrit: alienuꝫ prohibet: et longioris vite ſanitatem miniſtrat. Si autem neglecta fuerit phlebotomia aut non permiſſa fieri prout neceſſe eſt a plectorico: hec inde nocumenta prouenient: vt placuit Raſis in quarto Almāſoris capitulo decimoquarto dicenti. Ex negligentia autem extractionis ſanguinis cum aliquis phlebotomia indiget: accidunt apoſtemata et exiture et febres concluſe ac freneſis et pleureſis ⁊ variole ⁊ morbillus et paſſio emoptoica et mors ſubitanea et peſtilentia atꝫ apoplexia ſanguinea de qua facies viridis apparet vel nigra et ſinanchia et lepra. Et propterea ita concludit. Phlebotomia magna exiſtit medicina in ſanitate conſeruanda valde proficiens et ad egritudinum curationem congruens ſi vt oportet fiat. Et in libro ſeptimo eiuſdem capitulo vigeſimo primo dixit. Iterum Phlebotomia quoꝫ in ſanitatis conſeruatione ac egritudinum curatione maxima operationis medicine pars exiſtit ſi qualis oportet fieri fiat. Ecce igitur quantum ipſa neceſſaria ad preſeruandum repletum corpus ne in tā graues incidat paſſiones. Et ideo nulla ratione vel cauſa pretermittenda eſt: quando tanta fuerit in corpore plectoria et complexio: etas: tempus anni: conſuetudo et huiuſcemodi: a quibus de ipſa ſumitur indicatio: conſenſerint. Nec confidat quiſpiam repletus ex hoc ꝙ nullum ſentiat nocumentum in corpore: quoniam multi fuerunt hac de cauſa decepti: et propter magnam eorum plectoriam facili ſuperueniente errore in apoplexiam incurabilem cecidere ex qua miſerabiliter mortui ſunt: vt in tribus doctiſſimis viris eam in adoleſcētia cognoui. quare ⁊c.

¶ Capitulum. cclxxviii. oſtendit in quo tempore anni maxime fieri debeat phlebotomia pro talium corporum repletorum preſeruatione ſicut etiam aliorum.

Phlebotomia magna exiſtit medicina in ſanitate conſeruanda: vt diximus ſupra de mente Raſis ſi vt oportet fiat: et quādo ſcilicet oportet: quod eſt in quocunꝫ anni tempore ſtante repletione magna humorum et periculoſa: vt diximus. verumtamen ſi tanta non eſſet in corpore plectoria: nec adeo ſuſpecta: ſecurius anni tempus ad talem phlebotomandum eſt ver ſcd̄m illuſtrium antiquorum ſententiam: ⁊ maxime in principio eius: quoniā ſi vllo vnꝙ tempore repletio et plectoria corporis excreſcat: hoc in hyeme potiſſimum contingit eo quod homines tunc plus comedant ⁊ melius digerāt: et nutribiliora cibaria manducent minuſꝫ reſoluantur ⁊c. vt colligitur ab Hippocrate in illo aphoriſmo. Uentres hyeme ⁊ vere calidiſſimi ſunt natura ⁊ ſomni longiſſimi ⁊c. Et iō phlebotomia ratione predicta maxime in veris principio videtur conuenire: nec minus ratione et cauſa eius temperiei: cum reſpectu omnium aliorum temporū anni ipſum ſit in ſuis qualitatibus temperatū: vt philoſophi ⁊ omnes medici vnanimiter cōcedūt: ꝓpterea tempus eſt euacuationi corpis oportunum cum virtus etiaꝫ in eo fortior reperiat ⁊

robuſtior.omneſq; ꝙ faciliter tolerās inanitioneꝫ. vñ
Auerrois in.vij.colliget inqt.Tp̄s autem cōueniens
phlebotomie eſt ver:et tempus eſtatis ꝓhibet phle-
botomiā ꝓpter debilitatē virtutis in illo tempore:⁊
propter reſolutionem ſpirituū:verum ſi requirat na
tura egritudinis facias euacuationem:ſed in parua
quātitate.Tempus vero hyemis phlebotomiā prohi
bet propter coagulationē ſanguinis et propter groſ
ſitiem quam habet iſto tempore.Tempus autem au-
tūni: q: eſt propinquum eſtati in ſua temperantia:ſic
citatis et caliditatis:non eſt conueniens ad phlebo-
thomiam propter ſiccitatem ipſius : et propter tur-
bationem ventorum:et propter debilitatem opera-
tionum : et propter tempus calidum quod preceſſit
⁊c.Quod etiam ſenſit Raſis in.iiij.Almanſoris.capi
tulo.xiiij.dicens.Eſt etiam ſummopere in phleboto
mia cauendum ne in tempore calidiſſimo multa ſan-
guinis fiat extractio:neq; in tempore frigidiſſimo.
Et ideo concludamus cum Hippocrate in.vj.apho-
riſmorum aphoriſmo.xlvij.ſic dicente. Quibuſcunq;
phlebotomia aut pharmacia confert hos vere phle-
botomare aut pharmaciam dare conuenit.et in ſepti
mo eorundem aphoriſmo.liiij. Quibuſcunq; conue-
nit ſanguinem auferre ex venis:hos oportet phlebo
tomare in vere quod Gal.in primo aphoriſmorum
commento.xv.ſic affirmauit cum inquit Vulgus in
rei veritate expertum eſt purgans ſanguinem in fine
veris et ante initium eſtatis:ſic enim in eſtate ſuper
ueniente calidiſſima maximū periculum ſe ſubire exi
ſtimat ſi non ſe purgauerit:cum calor eſtatis ſangui
nem diſſoluat:et chimos ſemper ſparſim ebullire fa-
ciat.et ſimiliter in cōmento.xlvij. aphoriſmorum di
xit ſuper aphoriſmo ſuperius allegato.Quibuſcunq;
phlebotomia ⁊c.Palam eſt intelligi quod hic dicit
attinere ſanis:qui niſi corpora purgauerint non diu
erunt ſani.Oportet ergo in veris initio purgari hoc
cum phlebotomia ſi de plenitudine timeatur:aut cū
ſolutione ⁊ vomitu ſi de corruptis humoribus.Diu
enim multos cuſtodiui cum ſingulis egrotarent an-
nis.multis quoq; podagricis et arteticis:non tamē
adeo fortiter vt putreſcerent digiti:hoc modo ſubue
nimus : et venturas paſſiones diſtulimus. ſimiliter
protelauimus quibuſdam empima:epilepſiam : apo
plexiam ⁊c.hoc modo purgationis.A quo Raſis vi-
detur accepiſſe cum dixit in quarto Almanſoris capi
tulo.xxv.Oportet vt in vere phlebotomia et ventris
ſolutione preueniendo ſuccuratur anteq̄ calor irrete
tur:minus quoq; ipſo vinum eſt bibendum : et caro
comedenda.omniaq; dulcia minus ſumenda : et pre
cipue hoc obſeruare debent q̄bus egritudines ex re-
pletione accidere conſueuerunt.ſimiliter Auicen.in
ſecundo primi doctrina ſecunda capitulo ſexto.idem
ſenſiſſe videtur cuꝫ ait.Nulla res eſt que ita tueatur
ab egritudinibus veris:quemadmodum phleboto-
mia et ⁊ inanitio et diminutio comedendi.Et in do-
ctrina capitulo primo eiuſdem inquit.In veris prin
cipio quidem ſuccurrendum eſt ad minuendum et bi
bendum catartica ſcd̄m quod neceſſe eſt:et ſcd̄m con
ſuetudinem.Et omnis res calefaciens et humectās
eſt dimittenda ex carnibus et potibus : et nutriens
ſubtilianduꝫ: ⁊ cibo non repleatur quis:immo ipſiꝫ
parciatur:et in potu ſumat ſirupos et rob extiguen
tes.Ex in canticis etiam ait.Corpus indiget vniuer
ſali euacuatione per phlebotomiam et pharmaciaꝫ:
ex qua quidem eſt perfectum iuuamentum in vere:ex
quibus manifeſtum eſt ꝙ repletio corporis quecūq;
fuerit illa ſiue plectoria ſiue cachochimia:maxime in
vere ſit purganda:veruntamen(vt diximus)ſi exceſ
ſiua fuerit et periculoſa ſemper debet euacuari. ⁊ nō
tarde dixit Hippocrates:neq; ad tempus anni reſpi
ciendum eſt:ſed ad fortiora iam predicta.quare ⁊c.

¶Capitulum.cclxxix.oſtendit quomō repletus ex
aliquo aliorum humorum ſiue cachochimus debeat
euacuari:et ab egritudinibus preſeruari.

IN ſuperiori capitulo declaratum eſt q̄d
faciendum ſit ſtante oīm humorum:⁊ pre
cipue ſanguinis laudabilis plenitudine.
Nunc autem oſtendamus quid agere de
beat repletus ex aliquo tātū vel pluribꝰ
humoribus ſcilicet ex cholera ſolummodo:vel ex cho
lera ſimul et melancolia:aut ex melancholia ⁊ phleg-
mate ⁊ hmōi.Et precipue cum hi humores ſanguini
non fuerint admixti.Et breuiter dicamus ꝙ cū ſolu-
tiuis et purgatiuis medicinis talis humorum erit ſu
perabundantia minuēda. Vt ſanguis in venis exi-
ſtēs ex vaporibus et qualitatibus illorum humoruꝫ
nō alteretur:et permaxime in tēpore veris cuꝫ dicat
Gal.in.vj.aphoriſmorum.ꝙ ſani ſi corpora ſua non
purgauerint non diu erunt ſani. vbi dicit ꝙ multos
egrotare ſolitos cuſtodiuit ⁊c.vt in ſuperiori ſcripſi-
mus.cap.Purgatio nāq; duo facit iuuamēta : quia
corpa a malis humoribus mūdificat:⁊ ab acuminibꝰ
ad annū veniētibus:vt idē ſcripſit eo in loco:vbi poſt
multa exēpla que adduxerat ſubiūxit. Noui autem
quendam cui per ſingulas eſtates tertiana veniebat
data eſt huic pharmacia cholere rubee purgatiua : et
ſic per multos annos ceſſauit tertiana: medicabatur
autem in fine veris ſicut cōueniebat huic humori:ſi-
cut in apoplexia arteria et melācholia alijs quoq; de
humoribus groſſis in initio veris pharmacia conue-
nit ⁊c.Et ꝓpterea dixit Almāſor in libro.iiij.cap.xv.
Solutione ventris vti:put oportet:ſumma eſt medi
dicina ad ſanitatis cōſeruationē magnū prebens ad-
iutoriū:eſt eñi poſſibile vt huius operationis cā cor-
pus ab humore q̄ ꝓpter ciboruꝫ errorem vel ex diete
negligentia:vel qui ex corꝑis intēperātia ſolet gene-
rari mūdificet.Ob hoc igitur eē pōt vt corpus ſemꝑ
mūduꝫ exiſtat:et neq; in eo ſuꝑfluitates ad egritudi
nū generationē apte remaneant quapropter medici-
na ventris ſolutiua quiſq; vti debet : que humorem



qui ei nocere ſolet: vel qui in eo ex ſui corporis diſpo
ſitione generari conſueuit vt cauſa erroris ſui regimi
nis expellere conſueuit.Et infra ſubdit.Qui autem
ventris ſolutione plus indiget:eſt qui corpus habet
magnum et pingue: et qui eſt guloſus atq; qui mul-
tos eſt comedens cibos et fructus: ⁊ qui parum mo
uetur et exercitatur ⁊c. Erit igitur cōſiderandū que
ſit et qualis cachochimia:et que ſit illa maloꝝ ⁊ eua-
cuandoꝝ humoꝝ repletio: qm̄ ſi ex vno tm̄ fuerit hu
more quicūq; fuerit ille:aut cholera aut phlegma vel
melancholia:tūc dandum erit illius ⁊ nō alterius hu
moris ſolutiuū.Si vero ex pluribus:erit vlteriꝰ per-
quirendū qui ſint et quot ſint humores illi: ⁊ in qua
mēſura ſe habeāt adinuicē an equales ſint an inequa
les.Et ſi inequales in qua ꝓportione tales.Que oīa
cū diligēter perſcrutata fuerint ⁊ inueſtigata per ꝓ-
portionē ſignoꝝ in ſuperioribus annotatoꝝ: tunc ta
lis erit pharmacia eligenda qualis fuerit et indicaue
rit illoꝝ humoꝝ proportio.Vñ ſi cholera ⁊ phlegma
equaliter peccauerint:medicina vtrūq; reſpiciēs ſim
plex vel cōpoſita erit ei propināda.Si vero dupla fo
ret cholera phlegma: et medicina talis accipiat̃ ſim-
plex.Si vero ſimplex nō inueniatur cōpoſita tali cō
poſitione: vt ſimplicia cholerā reſpicientia ſint in vi-
gore dupla ad ea que phlegma ſoluere debēt:⁊ ſic de
alijs hoc modo. Similiter erit obſeruādū an humo-
res hi permixti fuerint ſimul an nō.Et an in vno mē
bro vel pluribus: et qui coꝝ periculoſior ſit ⁊ maiori
obſeruātia velociori ⁊ citiori euacuatione indiguerit.
Per quā corporis etiā regionē facilius poſſint edu-
ci.ſ.an per vomitū:an per ventrē vel vrinā ſudorem ⁊
hmōi ſcd̄m ꝙ ipſa natura demōſtrauerit:dicēte Hip
pocrate.Vndecunq; natura reperit inde ducere ꝑ cō
uenietes regiones ⁊c. Si vero humores cū ſanguine
permixti fuerint aīaduertēdum erit vt precipit Aui-
cē.in.iiij.primi.c.iiij. Si humores fuerint equales:et
tūc premittēda eſt minutio.Si aūt inequales: ſuꝑa-
bundās debet euacuari donec equētur ꝙ ſua cum ap
propriata fiet medicina:et per partē quā natura tēta
uerit:qm̄ ars debet ipſam imitari:dicente Gal. in li
bro de cholera nigra.c.iij.Mundificare nāq; ſangui-
nem ſemper natura tētat excernens qd̄ prauū eſt ex
ipſo:et a patientibus expellēs periculis:aliqñ quidē
in ventrē et inteſtina: et aliqñ vero in eā que foris ſu
perficiē ⁊c.Qua de re cōcludamus ꝙ qualiſcūq; fue-
rit illa humoꝝ malorum repletio:debet ſi magna ne-
ceſſitas inſtiterit in quocunq; anni tempore euacua-
ri. Si autem nullum notabile periculum portēderit:
in vere perfici debet rationibus et cauſis in precedē-
ti capitulo aſſignatis.Et ſic preſeruabitur a morbis
ei euenire potentibus ex tali humorum malorum re-
pletione.

¶Cap.cclxxx.oſtēdit purgationē pro tali preſerua-
tione non eſſe cum fortibus medicinis faciendā pro-
pter grandia et plurima eorum nocumenta.

Quamplures ſanoꝝ hoīm vidimus qui co
gnoſcentes ſe repletos eſſe in ſtomacho
capite vel alio huiuſcemodi ſuoꝝ mēbr o-
rum: ſine aliquo medicoꝝ conſilio: ſed ex
ſola ſua ſcientia : que potius imprudētia
dici meretur:fortiſſima acceperūt ſolutiua volētes ſe
mel expellere:qd̄ pluribus vicibus erat euacuādum:
quoꝝ aliqui ad febres:alij vero coꝝ ad diſſinteriā in-
de peruenerūt:et hoc q: neſciebāt quātum laborioſa
pharmaca corpori humano inimicarent. Qd̄ ne alijs
contingat:hoc in loco decreuimus oſtēdere quātum
hmōi fortes medicine ſoleāt nocere ſanitati ⁊ vite pe
riodo:quātūq; afferāt nocumenti principalibus mē-
bris ⁊ toti corpori contrarietatis nature et ſue vene-
noſitatis ratiōe. Sed ne quis hec dicere nos gratis
exiſtimet:audiat Principē in tertia primi.doc.ij.c.j.
ſic dicētem. Nobis neceſſe eſt proculdubio ſuperflui
tates euacuare. Quarū euacuatio ſcd̄m plurimū nō
completur:neq; eſt cōueniēs niſi cum medicinis fiat
venenoſis:que proculdubio naturam frangunt: que
etiam ſi venenoſe non eſſent:non poſſet eſſe quin eas
bibere nature laborioſum eſſet : quēadmodum dicit
Hippocrates ꝙ medicina purgat et inueterat . Et
poſt aliqua cauſam huius adduxit cū ait. Medicine
ſolutiue cum humore ſuperfluo euacuant ex humidi
tatibus naturalibus et ſpiritu qui eſt ſubſtātia vite:
partem magnā:et cum hoc virtutem membroꝝ prin
cipaliū debilitant.Et in.iiij.primi.c.ix.dixit. In plu
ribus violentarum medicinarum exiſtit aliqua vene
noſitas: et ſolutionem ventris efficiunt ſcd̄m modū
quo nature violentia infertur.quod etiā ſenſit Auer
rois in.v.colliget dicens.Nulla medicinarū purgati
uarū eſt ſine veneno aliquo in aliqua parte ſui ⁊c.Et
Raſis in quarto Almāſoris.c.xv.inquit.Medicinas
quoq; ventris ſolutiuas ſepe ſumere corpus debili-
tat:et ad ethicam atq; ptyſim adducit: et precipue ſi
fuerit habens corpus ſiccum.Auicen.iterū in.xj.ter-
tij.tracta.j.c.vj.ſic ait.Plures medicine euacuatiue
ſunt cōtrarie corpori: quare oportet vt in eis aſſociē
tur medicine cordiales. Que fuit ſententia ⁊ fere ver
ba Gal.in ſecundo regiminis acutoꝝ.commēto.xij.
dicentis. Natura medicinarum ſolutiuarum eſt con
traria nature corporum que ipſe ſoluunt: et ſunt vni
uerſaliter pernecantes ⁊ interimētes ea. Et in quar
to aphoriſmoꝝ cōmento.xlj. Purgatio augmentat
defectionem virtutis. Et in primo de regimine ſani-
tatis ſimiliter inquit. Pharmacie calide ſunt ⁊ ſicce
et ex quibus exiccantur carnes ⁊ attenuantur corpo
ra. Et in lib.iij.de ſimplici medicina diſtinctione.iiij.
c.iiij. Inter vnāquāqꝫ medicinarum ſolutiuarum et
vnūquēqꝫ humorum proculdubio eſt aſſimilatio:ſed
non conſequitur cā neceſſario:vt non ſit ei permixtū
aliquid de virtute interficiente:et propterea illud ſit
quod non eſt conſequens ei : vt noceat proculdubio.
Nocēt preterea exoluētes medicine ſtomacho et cor
di non modicum:cum dicat Princeps in.xiij. tertij.

tracta.j.c.vltimo.Scias ꝙ omnes medicine ſolutiue
et omnia que abominationem faciunt ſunt mala ſto-
macho.Et in libro de viribus cordis trac.ſecūdo.c.ij.
Similiter medicina laxatiua nocet cordi : quoniam
omnis euacuatio naturam duobus modis compri-
mit.Primo quidem cum eo quod nociuum eſt eua-
cuatur aliquid de conueniente nature.Secundo quo
niam affert ſupra naturā ad membra quod trahit ⁊c.
Et infra ſubiunxit auctoritate Ruffi. Laxatio dimi-
nuit materiam ſpiritus et debilitat cordis comple-
xionem.Et propterea concludamus cum Raſi in li.
vj.ſuorum aphoriſmorum ſic dicēte.Omnis medici-
na laxatiua omnino purgat coleram:id eſt humorem
cum caliditas innata et humiditas expelluntur:⁊ cū
Auenzoar in ſui teiſir libro primo tractatu ſeptimo.
c.j.ſic ſcribente.Omnia laxatiua que habent violen-
ter et impetuoſe laxare trahunt humores a toto cor
pore ad ſtomachum et purgant corpus totum ſtoma
cho repleto manente:et cum hoc etiam talis medici-
na habet totum corpus deſiccare:quare humor ma-
lus in ſubſtantia ſtomachi imbibit⁹ habet remanere.
Et in trac.nono.c.viij.Cauere debes omnino ne me-
dicinam laxatiuam exhibeas eo ꝙ laxatiuū ꝗuis fue
rit rectificatum et temperatum ꝗtum plus poſſibi-
le fuerit:impoſſibile tamen eſt quin propter acuitatē
et motum ipſius non commoueat et generat groſſi-
ciem et duriciem ſimilem apoſtemati ⁊c. Ecce igitur
ꝙ male ſunt huiuſcemodi fortes medicine.Et ꝑpter-
ea ſani quantuncunqꝫ fortiſſimi debent illas euitare
cū ſe purgare voluerint:⁊ bene animaduertāt ꝙ ſcienti
fic⁹ ſit eaꝝ ordinator pituſqꝫ ī correctiōe ꝯpoſitor ⁊c.

¶ Capitulum.clxxxj.oſtendit cum quibus et quali-
bus purgatiuis medicinis ſint corpora in vere per-
maxime euacuanda.

NOn poſſumus profecto particulariter di
cere cū quib⁹ medicinis purgāda ſint ho
minū corpora cū tanta ſit in cōplexiōib⁹:
etatibus:regionibus:tēporibus:⁊ cōſue
tudinibus diuerſitas:tanta ex parte ma
teriei diſparitas ratiōe qualitatis:quātitatis:prepa
rationis:loci:⁊ huiuſmodi:que omnia habēt medici-
nas diuerſificare prout ſapiens et electus medicus:
quē preſupponimus:ſatis equidem intelligit.Pro-
pterea nō intēdim⁹ in p̄ſentiarū velle de purgatiuis
medicinis longū:vt earū materia expeteret:ſermonē
facere:ſed tm̄ in hoc loco decreuim⁹ purgari volētes
admonere ꝙ ꝓ eoꝝ poſſe laborioſa pharmaca ſuperi⁹
dicta nō aſſumant: ſed cū leuib⁹ ⁊ benedictis medici
nis ſupfluitates ſui corporis:cū oportunū fuerit:eua
cuent q̄ nō habeāt virtutē ⁊ mēbra principalia debili
tare:ſed poti⁹ eis cōferre qualis eſt aloes:q̄ ſcđm qđ
inqt Meſue:ē de melioꝛib⁹ ⁊ ſublimioꝛib⁹ medicinis:
habens p̄rogatiuā ſupra alias medicinas. Et quāꝗ
intētio ſolutiui ſcđm plurimū ſit debilitare virtutes
et mēbra que ſunt minere virtutū:⁊ afferre eis nocu-
mentū ſicuti nos in ſuperiori capitulo declarauim⁹:
cadit tamē hec intentio ab aloe:non ſolum em̄ nō no
cet:ſed inuenitur ad cōfortationē mēbroꝝ debilium
addere ⁊ ad redditionē eoꝝ in proprias virtutes con
ferre:neqꝫ ad aliud niſi ad vnū videtur eſſe nociuū:qꝛ
aperit orificia venaꝝ apertione ſanguinē emanare fa
cientē:niſi cum dragaganto aut maſtice vel aliquo ſi-
mili rectificet: qđ quātū ꝓ ſanoꝝ ⁊ infirmoꝝ mūdifi-
catione cōueniat ipſe poſtea expreſſit cū inquit. So-
lutione em̄ educit cholerā ⁊ phlegma: et mundificat
caput ab eis ⁊ ſtomachū:⁊ cōfert iuuamentū magnū
doloribus eoꝝ.Et poſt aliqua ſubiunxit. Et qui aſſi
duat acceptionē ei⁹ dieb⁹ ꝯtinuis:nō videbit ī corpe
ſuo:neqꝫ in inſtrumētis ſenſuū ſuoꝝ egritudinē q̄ nō
ſit habilis ſanari:⁊ p̄ſeruat a putrefactiōe: ita ꝙ etiā
cadauera.Qđ ſil'r voluerūt Gal'. Diaſcorides:Se-
rapio:Raſis:Auicē.⁊ reliq̄ oēs. Ipſo itaqꝫ vt ēdū eſt
cū ī ſtomacho vel capite aliq̄ repletio a ſanis ꝑcepta
fuerit.¶ Sil'r valēt ad mūdificādū repletiones hu-
moꝝ ſpēs oēs myrobalanoꝝ ⁊ valde ꝯueniūt: cū(vt
colligit ex dictis p̄allegatoꝝ ſapiētū) nō debilitēt cū
ſolutiōe ſua:imo ꝯfortāt ſtomachū et ꝓprie viſcera:⁊
p̄parēt ⁊ coadunēt ꝑtes eoꝝ:⁊ cōfortāt cor ⁊ epar et
corp⁹ totū:neqꝫ em̄ niſi ad vnū vident nociui:qm̄ fa-
ciūt cadere p̄paratos in oppilatiōes: niſi rectificent
cū diureticis abſinthio ſpica ⁊ ſil'ib⁹:ſunt em̄ vt dixit
Meſue:ex reb⁹ q̄ faciūt vtētes ſe iuueneſcere:⁊ acq-
rūt eis colorē bonū:⁊ bonitatē odoris oris ⁊ ſudoris
et generāt gaudiū ⁊ hilaritatē:et cōfortāt ſtomachū
cor ⁊ epar:⁊ ꝯferūt tremori cordis: ⁊ ꝯfortāt ⁊ prepa
rāt ⁊ mūdificāt ſtomachū:ꝯferūt emoroidib⁹:⁊ extin
gūt cholere rubee īſlāmationē:⁊ citrinoꝝ p̄cipue opa
tio ī hoc eſt p̄excellēs:cū ipi ſolutiōe educāt eā:⁊ ꝯfe
rūt cōplexiones habētib⁹ calidas. ¶ Chebuli aūt q̄
ſunt ſpēs eoꝝ ſcđa:educūt phlegma: ⁊ addūt ī rōne:
et clarificāt viſum:⁊ mūdificāt ſtomachū:⁊ cōfortant
ipm̄.¶ Nigri aūt ⁊ ſūt tertia ſpēs ipoꝝ:diſſolutiōe
educūt melācholiā ⁊ cholerā aduſtā:⁊ clarificāt colo-
rē:⁊ remouēt triſticiā ꝯferēdo q̄rtanarijs leproſis et
huiuſcemodi.Emblici qꝫ ſpēs quarta ipoꝝ:nō min⁹
alijs vtiles exiſtūt:eo ꝙ (teſte eodē Meſue) ſunt ex
medicinis ꝯfortātib⁹ ſtomachū cor ⁊ epar ⁊ viſcera ſo
lutiōe educētes phlegma:et ſunt ex reb⁹ valde cōfor
tātib⁹ cerebrū ⁊ neruos:⁊ augēt intellectū:⁊ ꝯfortāt
cor:mūdificāt ſtomachū a phlegmate:⁊ putrefactiōe
et ꝯfortāt ipm̄:⁊ p̄parāt ⁊ ſedāt feruorē in eo:⁊ aufe-
rūt ſitim:⁊ addūt ī appetitū:⁊ ſedāt vomitū.¶ Bel
lirici qꝫ poſtrema myrobalanoꝝ ſpēs ſunt ex medici-
nis bn̄dictis: ⁊ eaſdē cū emblicis habēt ꝓprietates:
iō ſani ſicut infirmi nō debēt alias his medicinis for
tiores eligere:cū poterunt huiuſcemodi iā dictis ſua
corpa a ſupfluitatib⁹ ſufficiēter mūdificare.Qđ ſi ali
qua rōne vel cā q̄s p̄fata accipe nō poſſet euacuātia:
ea ſaltē q̄ in ſequenti.c.reponētur aſſumat:que dele-
ctabilia ſunt et prehabitis non minus vtilia: adeoqꝫ



ſicut et hec(que diximus)ſecura:ꝙ in quocunqꝫ tem
pore anni ſine aliqua recipi poſſunt heſitatione:atta
men ratione euacuandorum humoruꝫ:in vere magis
videntur conuenire:cum dicat Auenzoar in.ij.libro
ſui Theſir tractatu.iij.c.ij.hec verba.Dico ꝙ medici
non laudant purgationem vel phlebotomiaꝫ: niſi in
tempore temperato:eo ꝙ quādo tempus elongatur
multum a temperie verſus frigiditateꝫ:humores ge
neraliter ſunt coagulati ⁊ cōpacti et difficulter pur-
gantur et mouentur ⁊c. Si vero aer ad caliditatem
ſuperfluam declinauerit : humores tunc velociſſime
euacuantur et mouentur:quia humores ſunt diſſolu
ti propter caliditatem.Et ideo ad talem euacuatio-
nem ſubſequitur debilitas magna inquit ipſe. Pro
pterea non eligatur tempus ſupra tempus veris ma
gis conueniens pro purgationibus faciendis etiam
cum laudabiliſſimis euacuatiuis:qualia ſunt que di-
cta et que iam ſequuntur.

¶ Capitulum.cclxxxij. ponit quaſdam
alias medicinas euacuatiuas ſanis vti-
les et corpus abſqꝫ nocumento pur-
gantes.

COnſueuerunt vulgares exiſtimare ꝙ reu-
barbarum ſit fortiſſima medicinarum om
nium infirmis nequaꝗ propinanda : niſi
in eorum vite parte poſtrema cum nulla
ſpes amplius vel fiducia de ipſorum ſalute habeat:
Non intelligentes ꝙ ſi medici tunc medicina reubar
bari vtantur:non id faciunt:quia ipſum fortiſſima ſit
medicinarum:ſed quia ſecuriſſima et optima nullam
ingerens moleſtiam patienti ſicut alie medicinarum
ꝗplures facere conſueuerunt. Et ꝙ ita ſit apparet
per Meſue dicentem. Reubarbarum ex medicinis
benedictis et ſolennibus:in quo aggregantur multe
ex intentionibus que queruntur in re faciente mun-
dificationē ⁊c.Et infra dixit.Non eſt in eo nocumen
tum apparens:et datur in omni tempore:et in omni
etate:ita ꝙ etiam pueris et pregnantibus.Et de ele
gantioribus et melioribus que iuncta cum eo magni
ficant operationem eius eſt aqua lactis ſumpta ex ca
pris ⁊c.Et eius declarans vtilitates ait. Solutione
eduxit choleram et phlegma:et maiors eius proprie
tas eſt mundificare et confortare epar et ſtomachuꝫ:
et conferre doloribus pungitiuis corum et viſceruꝫ:
et clarificare ſanguinem : et auferre oppilationes et
morbos:quorum mater eſt oppilatio ſicut hydropi-
ſim icteritiam et groſſitiem ſplenis et febres oppila
tionum et ſimilia.¶ Caſia quoqꝫ fiſtula guſtui ſatis
delectabilis eſt pro tali corporis mundificatione mul
tum vtilis et ſecura:cum dicant auctores de ipſa ꝙ
ſit de medicinis in quibus eſt fiducia iuuamentoruꝫ:
et eſt ſine nocumeuto carens acuitate et mordica-
tione ⁊ omni exceſſu ledente ſuper cuius exhibitione
preſumitur omni etate.Ita ꝙ pueris et pregnanti-
bus:eo quod eſt equalis complexiōis humida in pri
mo:lenitiua:reſolutiua:clarificatiua ſanguinis:ſeda-
tiua acuitatis eius et cholere rubee : et non eſt in ea
nocumentum apparens preter ꝙ nocet debilia ha-
bentibus viſcera et lubrica:quo ab ea remouetur no
cumentum in permixtione myrobalanorum et reu-
barbari cum ea ⁊c. Cuius poſſe eſt : quia mundificat
ſanguinem:et compeſcit omnem acuitatem:ſedat ſi-
tim et proprie cum ſucco endiuie aut ſolatri depura-
ti et clarificati ſecundum artem.Et ipſa quidem mū
dificat ſtomachum : et educit choleram et phlegma
et operatur illud ſine nocumento et exceſſu : caret
enim mordicatione.Et ipſa quidem lenit pectus et
guttur:et reſoluit apoſtemata acuta in eis:et confert
calefactioni renum ſumpta cum diureticis et infuſio
ne liquiricie et prohibet generationem lapidis in eis
et confert febribus calidis.hec Meſue. quod et alij
medicine doctores voluere :quorum verba breuita-
tis gratia relinquamus. ¶ Manna ſimiliter et tha-
marindi medicine faciles non minuſqꝫ delectabiles
exiſtunt pro tali purgatione humorum et precipue
cholericorum:valde vtiles eſſe approbantur:cum eaſ
dem ferme virtutes habeant et operationes cum ca-
ſia ⁊ reliquis anteſcriptis.Et ideo ſanis non minus
ꝗ egris quibuſdam videntur conuenire:et ſi thama-
rindi ledant ſtomachum frigidum et debilitent:cum
vt inquit Meſue:tamen et illud facile poteſt remo-
ueri permiſcendo eos cum ſpica ſucco feniculi et hu-
iuſmodi ſtomachum confortantibus. His igitur et
ſimilibus benedictis euacuantibus eſt vtendum:cuꝫ
corporis aut membrorum repletionem ex malis hu-
moribus congregatam voluerimus euacuare : poſt-
ponendo ſcamoneam turbith: coloquintidam : her-
modactylos : et talia laborioſe ſoluentia : in quibus
venenoſitas exiſtit : ex qua ſtomachus et membra
principalia in eorum operationibus plurimum : vt
ſupra viſum eſt : impediuntur et debilitantur. Et ſi-
cut de ſimplicibus actum eſt:pariter et de compo-
ſitis intelligatur.Nam compoſita pharmaca q̄cun-
qꝫ ſint illa:ſiue pilule:ſiue electuaria : aut confectio-
nes ⁊c. Benedicta et ſecura dicetur ſi ex ſimplici-
bus laudatis et facilibus fuerint conſtituta. Si ve-
ro conficiantur ex venenoſis : erunt proculdubio la-
borioſa.Et ideo ſani bn̄ debent aduertere cū ſe pur-
gare voluerint:ne aliquod illorum venenoſorum acci-
piant:cum pro eadem intentione ſuffecerint bene di-
cta.quare ⁊c.

¶ Capitulum.cclxxxiij.oſtendit quando:
quomodo:et que laborioſe ſint accipien-
de medicine.

SAtis quidem apparuit ex dictis in capi-
tulo.cclxxx. libri huius quantum exſol-
uentes et laborioſe medicine fugiēde ſint
ex numeroſitate ⁊ ſuoꝝ magnitudine no-

cimentorum:quare id mihi videtur minime replicā
dum:ſed potius declarādum.ꝙ et ſi noceāt:q̄nq̄ꝫ ta
men eis vti neceſſe eſt: vt cum oportuerit materias
groſſas ⁊ difficiles in membris lōginquis exiſtētes
purgare:eaſq̄ꝫ ab illis eradicare:quod nequaꝙ̄ bene
dictis cū medicinis fieri poſſet:eo ꝙ ipſe ad loca taꝫ
remota ſua cum virtute minime poſſent peruenire:
vt de podagricis:ſcabioſis ⁊ huiuſmodi eſt videre:q̄
bus aut nihil aut parū profecto reubarbarum:caſia
māna ⁊ his ſimilia conferent:ſed hermodactylis:tur
bit:⁊ talibus fortioribus indigēt:que ſuis cum iuua
mentis nō habent modicum nocere vt declarauimꝰ:
ideo in preſentiarū dicamus ꝙ ſi ab eis excuſari non
poſſumus:quia nō ſolum in ſtomacho epate ⁊ ſimi
libus ſit repletio. Verūetiam in capite: aut iunctu
ris ⁊c.huiuſmodi mali chimi fuerint eradicatiōe in
digentes:tunc eas accipiamus ⁊ non niſi poſtꝙ̄ ſuf
ficiēter fuerint cōſolate:rectificate ⁊ correcte: quo
niam Iohānes Meſue in.c.j.⁊ canone ſic ait. Com
munis medicinarū ſcd̄m plurimū malitia eſt facere ſe
neſcere corpus:et frequentibus illas leſionem affer
re principalibus mēbris:⁊ que ſunt minere virtutuꝫ
et earum motores debilitare qui ſunt ſpiritus et ca
lor naturalis. Indicitur ergo nobis neceſſitas admi
ſcere medicis ſolutionem facientibus res:quarum
proprietas eſt confortare cor ⁊ membra principalia ⁊
afferre eis diſpoſitiones laudabiles.et cum hoc auxi
lio acquiritur corpori reiuueneſcētia et incolumitas.
Res autem quarum auxilio facimus hoc ſunt medici
ne cordiales et ſtomatiche ⁊ cerebrales.et alie aliorū
principiorum confortatiue note. Verum ſuper omni
bus his canon eſt:vt confortetur cor in omni euacua
tione:et hec debet eſſe intentio prima. Primus enī
occurſus omnium accidentiū occurrentium corpori
eſt ad cor tanꝙ̄ ad baſim vite. Secunda intentio de
bet eſſe confortare ſtomachum tanꝙ̄ ſuſceptorē:alio
rum autem confortationem proſequi debere non eſt
principalis intentionis:niſi proprie quando opor
tet ex aliquo eorum materias euacuare.que fuit etiā
principis ſententia in quarto primi pluribus in lo
cis. Et Galienꝰ in ſecundo regiminis acutorum cō
mēto vndecimo dicētis. Oēs medicine ſolutiue ſunt
nociue ſtomacho et ꝓprie ori eius cum ſit pluris ſen
ſus ꝓpter neruos q̄ oriuntur in eo:⁊ ideo oportet vt
permiſceantur cū medicina quedā medicine odorife
re:vt non occurrat virtus medicinarum ſolutiuarum
ori ſtomachi nuda ſimplex ⁊c. Et in li. de exp̄imētis.
cap.vltimo ſimiliter inquit. Medici ingeniati ſunt
in medicinis laxatiuis ponere aliqua q̄ ſtomachum
confortant. Et propterea qui purgari voluerint cum
pilulis aut alijs medicinis:quarum receptas et de
ſcriptiones habent etiam a famoſis medicantibus
traditas:debent ſi medicinalem intelligant ſcientiaꝫ
omnia eas ingredientia conſiderare: et doſes et
quantitas ſolutiuorum et corrigentium bene perpē
dere et videre ſi ſoluentia illa correcta ſint ſufficiēter
et cōſolata pro corde ſtomacho et ceteris cuꝫ cordia
libus ſtomatichis et ſimilibꝰ. Et ſi omnia bene per
ponderata cognouerit:ſtudeat deinceps perſcrutari
ſi ſue complexioni:et repletioni: ⁊ materie qualitati
et quantitati atqꝫ loco ſint conuenientia et ſufficien
ter directa:ſic poterit ea ſolutiua ſumere: in debita
tamen doſi et non ſuperflua:ꝙ ſi aliquod predictoꝝ
eis defuerit non accipiat aliqua ratione vel cauſa. Sꝫ
ſi hec omnia equilibrare neſcierit:melius eſt ei ne ali
quid tale accipere preſumat:immo cum ſapienti me
dico conſulat:et ab eius conſilio nō diſcedat:ꝙ ſi ali
ter fecerit ſciat ſua cum preſumptione ſeipſum interi
mere vel ſaltem imprudenter egritudinibus expone
re quare ⁊c.

¶ Capitulum.cclxxxiiij.oſtendit q̄ reple
tio ſit euacuāda ꝑ vomitū: declarando q̄
inde ꝓueniant vtilitates et corpori iuua
menta:⁊ quando fieri debet.

Quia non ſemper natura nobis demon
ſtrat repletionem vniuſcuiuſq̄ꝫ humoris
per ſeceſſum eſſe euacuandam. Similiter
etiam quia nō ſemper ſubſtātia qualitas
locus humoris et huiuſmodi id nobis in
dicant cum ſemper non appareant in vētre rugitus:
punctio.grauitas:⁊ talia ventris fluxum denotātia:
immo in ſtomacho quādoq̄ꝫ nauſea conturbatio et
huiuſmodi humoris leuitatem per vomitū expellen
di ſignificantia percipiuntur. Ideo dicamus ꝙ quā
do in ſtomacho choleram adeſſe cognoſcemꝰ ex ſuis
ſignis et tempus eſtatis fuerit:pectoris quoq̄ꝫ am
plitudo cum cōſuetudine et reliquis huiuſmodi con
ſentientibus:vomitū debemus tunc per ſuperius ⁊
non per ventrem euacuare.que quidem euacuatio a
medicis ſolet vomitus appellari.et ab Auicē.in.xiij.
tertij tracta.v.cap.viij.ſic diffiniri. Vomitꝰ ⁊ ſubuer
ſio ſunt motus ſtomachi ad expellēdum ex eo aliq̄d
quod eſt in ipſo per viam oris.que fuit Gal.ſenten
tia libro.vj.de accidenti et morbo.cap.j.dicentis. Vo
mitus eſt motus per quē res in cōcauitate ſtomachi
manens expellitur. Qui autem humor per ipſum ſit
aptus euacuari expreſſit Princeps in.iiij. primi.ca.
iiij.cum ait. Ex humoribus qui velocioris ſunt obe
dientie vomitui ſcd̄m plurimū eſt cholera:rebellis ve
ro melancholia:medium autē phlegma. In quo au
tem tēpore conueniat ipſe etiam nobis indicauit in
iij.primi doctri.v.dicens. Vomitus in hyeme eſt ab
horrendus. In eſtate vero bonus:quoniā humores
in eſtate ſunt natantes. In hyeme vero ad ſuſtinēdū
declinātes. Et in.iiij.primi.cap.xj.inquit. Eſtas eſt
tempus in quo magis eſt dignū:vt in ipſo fiat vomi
tus. Que fuit Hipocratis ſententia in.iiij. aphoriſ
morū aphoriſmo.iiij.dicentis. Purgare quidē eſta



te ſuperiora. Hyeme vero inferiora oportet:et preci
pue cū carnoſitas ſtomachi:amplitudo pectoris col
li ⁊ ſimilium vnanimiter conſenſerint. Quoniā vomi
tus cū macredine ventris eſt difficilis et laborioſus
⁊ timoroſus quēadmodum dixit princeps in.iiij.pri
mi.c.iiij.⁊.xj.ſic enim in horum poſtremo ſcripſit. Ho
mines qui remotiores ſunt ab hoc vt medicus eos
vomere faciat:ſunt qui pectus habent ſtrictum:⁊ qui
ptyſi ſunt parati ⁊c. In his enim ſcd̄m omnium me
dicantium ſentētiam vomitus maxime ſuſpectus ha
betur. Sed ſi iam predicta non obſtiterint grandis
quippe erit et cōuenientiſſima euacuatio ad ſanita
tis conſeruationem: dummodo non ſuperfluerit: vt
colligitur ab Auicen.in.iiij.primi.c.xiij.ſic dicēte. Hip
pocrates precepit vomitum fieri debere in vnoquoq̄ꝫ
menſe duobus diebus cōtinuis propterea ꝙ cum eo
conſeruatur ſanitas:hoc autem plus eſt malum. Et
huius cauſam aſſignans inq̄t. Vomitus mundificat
ſtomachū:et remouet grauitatē q̄ accidit capiti et cla
rificat viſuꝫ et aufert faſtidiū ⁊ cōfert ei cuius ad ſto
machū deſcendit cholera que ipſius corrumpit cibuꝫ
et remouet abominationem que fit propter vnctuoſi
tatem et caſum deſiderij:et confert pluribus infirmi
tatibus.ſicut ipſe ibidem ſcripſit dicens. Poſtremo
ille cui quidem maius iuuamentum affert vomitus:
eſt cuius complexio prima eſt cholerica ⁊c. Et in.xiij.
tertij tracta.j.c.xxxv.dixit. Non oportet vt in menſe
pluſꝙ̄ bis ſani euomant.qm̄ conſueſcit natura eijcere
ſuperfluitates ad ſtomachū.deinde ſubiunxit. Scias
ꝙ vomitus facilis leuis ſine labore ⁊ non frequens in
hora neceſſitatis eſt maximi iuuamenti. Et per hoc
facilem vomitum commendauit:difficilem conſequē
ter et laborioſum prohibuit:vt poſtmodum in capi
tulo vltimo eiuſdem tractatus expreſſit cum ait. Ex
rebus magis nociuis ſtomacho eſt vomitus laborio
ſus quamuis ſit iuuatiuus ex parte purgationis:no
cet tamen plurimum cum debilitatione. Et propte
rea dixit in tractatu.v.eiuſdem capitulo.viij. In ad
miniſtratione quidem vomitus cum equalitate eſt iu
uamentum maximum:verum aſſiduatio eius maxi
me debilitat virtutem ſtomachi et facit ipſum lacunā
ſuperfluitatum. Quod ſimiliter ſenſit Raſis in.iiij.
Almanſoris capitulo.xvj.dicens. Vomitus ſi vt de
bet temperate fiat:ſtomachum purgat.⁊ digeſtiuam
efficit meliorem:corpuſq̄ꝫ renouat et mundat: caput
quoq̄ꝫ et ſenſum alleuiat:viſumqꝫ acuit.ꝙ ſi multus
fuerit corpus deſiccabit et epati ac pectori:nec nō ocu
lis et pulmoni nocebit ⁊c. Et ideo ipſe poſt aliqua ſic
concluſit. Vomitus preterea non frequenter fieri de
bet:corrumpitur enim ſtomachus:et ipſius virtus de
ſtruitur:quare non niſi cum oportuerit fiat. Et ſic ap
paret quod ſani ſecundum complexionis et repletio
nis eorum diuerſitatem: diuerſimode purgari de
beant.

¶ Capitulum.cclxxxv.oſtendit quanta ſit vtilitas ⁊
neceſſitas purgationis corporum in vere: quomodo
qꝫ ex ea ſani fiant ab egritudinibus putridis ſecuri
et cetera.

Etſi ex his que in ſuꝑioribus dicta ſunt:fa
cile comprehendi poſſit quanta ſit purga
tionis vtilitas:quantaqꝫ eius neceſſitas
in ſanitatis conſeruatione: attamen pro
ampliori huius materie noticia decreui
mus hoc in.c.declarare quomodo ſeu ꝓpter quid ſit
ꝙ purgati adeo fiant ab egritudinibus ⁊ precipue pu
tridis ſecuri:non euacuati vero minime:vt ex hoc ad
corpus mūdificandum in tēpore veris homines ma
gis accedantur. Dicamus ergo ꝙ neceſſitatis cauſa
purgationis per phebotomiā: ſeceſſum: vomitum:
vrinā.et huiuſmodi hec eſt ſcꝫ vt corporis ſuperfluita
tes per viaꝫ indigeſtionis vel ex malis nutrientibus
generate tempore magni eſtus futuri in eſtate non in
ueniantur:eo quia tales humorum ſuperfluitates a
regimine nature derelicte:⁊ a calore naturali irregu
late ab extranea tunc caliditate alterentur et in ebulli
tione reponantur.ex qua mali et putridi vapores ele
uentur naturales corporis humiditates extranean
tes:et extraneate ſicut et ille non naturales putre
fiant:corpuſqꝫ inde in ſuis operationibus impediat̄
et egrotet. Sic nāqꝫ fieri ſolent infirmitates: et per
maxime putride:quoniam vbi ſunt putredinis cauſe
ſufficientes:ibidē et putredo de neceſſitate reperiet̄
cum cauſa et effetus ſeinuicem inferant cum vniuer
ſaliter et adequate ſumuntur:vt Ariſto. ait in.ij. po
ſteriorum tractatu.iiij.c.ij. In corpore autem nō pur
gato cauſe putredinis inueniuntur: ſcilicet calor ex
traneus et accidentalis humiditas: ex quibus om
nis cōſequitur putrefactio:teſte philoſopho in quar
to Metheororum et in ſecunda problematum pro
blemate.xxxiij.ſic ſcribente. Putreſit omne quod
putreſit ab extranea caliditate:ſicut a propria digeri
tur:in eſtate quidem extraneum dominatur propter
quod putreſcunt magis omnia in ipſa ⁊c. Auicē.quo
qꝫ in ſcd̄a primi doctrina ſecunda.c.xv.ait. Putredo
non accidit niſi propter calorem extraneū.et in libro
de viribus cordis.c.j.ſecundi tractus inquit. Diſpoſi
tio humiditatis in quā agit calor innaturalis putre
factio nominatur:hec autem diſpoſitio in corporibꝰ
immūdis et repletis inuenitur q: ibi extranee exiſtūt
hūiditates ab extrinſeco eſtatis calore alterate non
parū etiā a naturali cōmote et inflammate eo ꝙ vias
obturent ⁊ repleant plerūqꝫ per quas naturalis ipſa
caliditas flabellari ſolet ⁊ refrigerari:⁊ ꝓpterea fit ꝙ
inde putrefactio in naturalibus et vtilibus cōtingat
humoribus:ex qua diuerſe egritudinum ſpecies gene
rant̄:vt ſenſit Galienꝰ in quinto Terapentice cū ait.
Monſtratum eſt in libro cauſarum egritudinum ꝙ
illa ſola putrent corpora quecunq̄ꝫ materiam habent
calidam et humidam intranſpirabilia ⁊ inflammabi

lia manentia in calido ⁊ humido loco. Si vero in mo
tu fuerint et flabellentur et tranſpirent poſſent vtiq̄z
imputribilia cuſtodiri ꝛc. Et ob hanc cauſam neceſſe
eſt vt corpora mundificent̄ in vere ab extraneis ⁊ inu
tilibus humiditatibus ſiue cum phlebotomia : ſiue
cum alijs prefatis ingenijs vt ſanguis et humores
naturales puriores reddantur: ⁊ membra ipſa mun-
diora ſicut conſeruanda ſanitas requirit: aliter enim
impoſſibile videtur quin mors aut ſaltem aliqua, ⁊ in
breui quidem conſequatur egritudo. quemadmoduz
ſenſit Gal. in libro de conſtitutione artis medicati-
ue capitulo nono cum de precuſtodia corporuz loque
retur dicens. Preſeruatiua vtiq̄ȝ pars artis erit quā
et proprie vocant precuſtodiuam in primo genere cō
ſiſtentiaz habens: quando enim vel multitudo humo
ruz vel prauitas: vel obſtructio: vel corruptiua virtus
innaſcitur corpori: periculum eſt non tarde egrotare
hominem: aliquando autem et periclitari ſumme: dif
ficile autem cognoſcibiles ſunt huiuſmodi cauſe tan-
q̄ non contriſtantis hominem: ſicut venenum canis
rabioſi cuius nullum ſignum propriūm inuenitur cō
tineri in corpore anteq̄ perueniet prope rabiem qui
eſt morſus: itaq̄z ⁊ interrogare propter has cauſas
neceſſarium eſt medicum eos qui patiuntur de omni
bus que contingunt eis: quando enim multitudo ali
qua vel cachochimia ſubnutritur in mole corporis :
aut obſtruitur aliquod viſcus: adeſt nobis dinoſcere
ipſa p̄ quedā ſinthomata: que media aliqualiter ſunt
eorum que ſunt in ſanis ⁊ eorum que accidunt egris
ꝛc. hec ipſe. Ex quibus apparet ꝙ qui mundificatus
non fuerit etſi nullum precipiat aut ſaltem ſenſibile
nocumentum: ex hoc minime confidere debet quoniā
ei ſimile continget ſubito quod morſu a cane rabido
accidere conſueuit: ſcz aliqua grauis ⁊ pernicioſiſſi-
ma egritudo. Et ideo recte quidem dictum eſt ꝙ vti
le ſit ad ſanitatis conſeruationem quinimmo neceſſa
rium in tempore veris corpora et precipue repleta mū
dificare plectoriam ſiue cachochimiam eorum eua-
cuando: que cauſa eſt omnium fere corporis infirmi-
tatum. quare ꝛc.

¶ Cap. cclxxxvj. oſtendit ꝙ ſani preter omnia que di
cta ſunt debeant ſe cuſtodire a cauſis fortiter extrin-
ſecus alterantibus: ⁊ que ſint ille ꝛc.

Iam viſum eſt in ſuperioribus qualiter ſa
ni ſe debeant mundos a ſuperfluitatibus
cōſeruare: vt humores eorum naturales
nitidi ⁊ purificati non putreſcant: ⁊ cōſe-
quenter egritudines faciant. Nunc autē
oſtendere volumus ꝙ preter id etiam neceſſe ſit ſani
tatem conſeruanti vt non minus caueat ea omnia q̄
ſanguinem ⁊ reliquas vtiles et laudabiles corporis
humiditates habent plurimue alterare: conſumere:
vel aliter quomodolibet a ſua cōſiſtētia permutare: q̄
illa que ſolent eas inficere: et vt ſupra diximus cōtur
bare. Non minus equidem et humoribus et mēbris
ipſis nociua ſunt extrinſeca deſiccantia calefaciētia
et huiuſmodi fortiter eis occurētia: q̄ ſuperfluitates
in illis aggregare. Et ideo diximus ꝙ qui ſanus fue
rit et mundus nulla prorſus indigens euacuatione:
debet ſumma cū diligentia procurare ne aliqui valde
intenſe de primis occurrat qualitati: nam ſi fortis illa
fuerit caliditas ſiue ſolis ſiue ignis extiterit: multuz
corpus ⁊ hūores habebit deſiccare: vt colligit̄ ex illo
verbo principis in. j. primi doctrina. tertia capitulo. j.
dicente. Caliditas maior q̄ debet: reddit corpus ſic
cius q̄ oportet. et licet ipſe de interiori intelligat: ta-
men ⁊ de extrinſeca verificatur dicente Ariſto. in. xj.
problematum problemate. lvj. Calidum et eſtus diſ
ſoluunt corpora. Et Galienus in ſecundo de ſimpli-
ci medicina diſtinctione. ij. capitulo. x. De proprieta-
te caliditatis non eſt niſi vt reſoluat et ſubtiliet ⁊ ſe-
paret partes adinuicem. Pariq̄ȝ ratione excellenti
nō obuiabit frigiditati ſiue aque ſiue rei alterius fue
rit quoniam frigiditati ineſt eſſentialiter vt omnibus
virtutibus ſit contraria: vt Auicen. dixit in prima pri
mi doctrina. vj. c. iij. vbi ſubiunxit. Frigiditas eſt pa-
ralyticum faciens et mortificans ⁊ ab omnibus pro-
hibens operationibus. Et in. iiij. primi. c. ij. ait. Su-
perflua frigiditas eſt ipſa mors innati caloris aut ei
propinqua. Quod etiam ſenſit Gal. in. j. de febribus
ad Glauconē. c. xiiij. cum inquit. Pari ratione nimi⁹
frigor vt nimius ignis occidit: ⁊ ita ſiccitas multa vt
multus humor necat. Similiter ergo et qualitates
paſſiuas fugere oportet ⁊ permaxime ſiccitatez ⁊ res
illam inducentes: que ſatis admodum inceſſanter pro
cedit donec nos interimat: vt Princeps ait et Gal.
cum eo in primo de regimine ſanitatis dicens. Sem
per magis ac magis deſiccamur. ⁊ in libro quinto de
ſimplici medicina diſtinctione. vj. capitulo. ij. Omnes
res que exiccant finiunt humiditatem ſanguinis: qua
re ingroſſant eum propter hāc cauſam ⁊ minorant ip
ſum ꝛc Et ideo ſani debent ſe ab huiuſmodi valde al
terantibus cuſtodire: que frequenter illis occurrētia
quantumuis ſaniſſimis: poſſunt eos egrotare facere
et (vt diximus) etiaz interire. Ab alijs quoq̄z his ſimi
libus qualitatibus nocumentum aliquod inducenti-
bus in ſanguinem vel ſpiritum cauere debent : qui
ſuam voluerint conſeruare ſanitatem: ſicut ab exceſſi
uis odoribus. qui ex longa eorum ſenſatione ſeu rece
ptione ſolent caput grauare ⁊ ipſum dolere facere: vt
colligitur ex quinto aphoriſmorū aphoriſmo. xxviij.
Similiter ab Auicen. in prima tertij trac. ſecundo. c.
primo ſic ſcribēte. Omnia aleſaniati: ideſt aromatica
ſunt facientia ſodam et proprie caſia lignea ⁊ coſtus
et zafaran ⁊ cinamomum et amomum : et aromatica
omnia ſunt facientia ſodā ſiue ſint calida ſiue ſint fri
gida ꝛc. que fuit Ariſto. ſententia in tertia problema
tum problemate. xiij. dicentis. Odor omnis grauat



caput. Et propterea decipiuntur et egrotant multi
qui tempore eſtatis pomum ex laudano muſco ⁊ hu-
iuſmodi continue in manibus portant: ipſumq̄ȝ ſepe
numero oleſaciunt. Multoq̄ȝ magis a fetoribus eſt
fugiendum: qui ſua mala cum qualitate habent plu-
rimum ſpiritus reſoluere: et virtutem debilitare: vt
voluit Auicen. in primo canonis. ſen. ꝗc. ⁊ ſumma ſe
cūdis. c. autem. xxix. di. Ex his que ſpiritum euacuēt
nulla res eſt fetori ſimilis : et precipue fetori aque et
venenoſarum virtutum. expāſio in aere aut in corpo-
re ꝛc. Et in canticis textu cōmēti. cccxvij. dixit. Om-
ne illud quod eſt vltimati fetoris eſt vltimate corru-
ptionis ꝛc. Quod etiā ſenſit Gal. in quarto de ſim-
plici medicina diſtinctione. v. c. j. cū dixit. ꝙ noſtra na
tura ita abhorret id quod eſt parui odoris: ſicut etiā
fugit omne illud quod parui exiſtit ſaporis. Ex qui-
bus apparet vt oīa vno concludamus verbo: ꝙ que-
cunq̄ȝ extrinſeca cuiuſuis nature humano corpori no
ciua ſunt ab omnibus ſanis fugienda: et ſicuti de pre
dictis expreſſimus: ſic etiam et de reliquis intelliga-
tur: non enim intēdimus hunc ad locum cauſas om-
nes extrinſecas adducere: que diuerſimode noſtram
poſſunt alterare: corrumpere: ⁊ permutare ſanitatē:
tum quia quaſi exiſtunt infinite: tum etiam quia me-
dicus de eis nō habeat pertractare artificialiter: dicē
te Gal. in tertio Techni textu cōmēti. ix. Alterat̄ igi
tur corpus a quibuſdam ex neceſſitate: a quibuſdam
vero non ex neceſſitate. Dico autē ex neceſſitate qui
dem quibus impoſſibile eſt ipſum non approximare
non ex neceſſitate vero vt ſunt reliqua. Namq̄ȝ ſem-
per in continenti immorari: et comedere: et bibere: ⁊
vigilare neceſſarium eſt ei. Gladijs vero ⁊ beſtijs nō
neceſſarium eſt vti: vnde in priori quidē genere cauſa
rum circa corpus ars conficitur. Circa ſcdm vero ne-
quaq̄. Nos igitur de his non neceſſarijs extrinſecis
Gal. imitantes plura nō ſcribemus. De alijs vero
que nobis de neceſſitate occurrunt: iam ſufficiēter in
precedentibus arbitramur dixiſſe. Que ſi a ſanis ob
ſeruata fuerint prout iuſſimus: proculdubio ſuā po-
terunt conſeruare ſanitatem et vitam diuino conce-
dente numine vſq̄z ad vltimam ſenectutem prolon-
gare. quare ꝛc.

¶ Capitulum. cclxxxvij. oſtendit ꝙ ſanitatis reſtau
rator ſciētificus eſſe debeat: et ante curationē cogno
ſcere patiētis naturam infirmitatē cauſas eius tem
pora: poſtq̄ dicta dicendis continuauerit.

Declarauimus vſq̄z modo quomodo ſani
ſuam debeant ſanitatem cōſeruare. Nūc
autem oſtendemus qualiter egri prehabi
ti regiminis tranſgreſſores valeāt ſanita
tem amiſſam recuperare : tradēdo modū
in vniuerſali ſolūmodo quo poſſint ab eoꝝ egritudi
nibus curari: ſicut in. iij. c. libri hui⁹ pmiſimus. Que
res nō modicū affert vtilitatis : qm̄ ſi de vita vnq̄ et
noſtra ſalute ſolicitudo habenda ſit permaxime qui-
dem in egritudinis tempore de ipſa videtur eſſe pro
curandū: cum in grādi periculo tunc ſit vt quilibet in
telligit conſtituta. Et propterea dicamus ad huius
operis cōplementum: ꝙ ad egritudinem expellendā:
⁊ ad ſuā priſtinam ſanitatem reſumendam vnica tan-
tum incedendum eſt via: que ſcz hec eſt vt peritum et
canonicū ſeu regularē et ſcientifice procedentē in cu-
rā medicū infirmorum aſtantes inueniant. Qui pre-
ter traditas in primis operis huius capitulis : hac
etiā dicendas habeat cōditiones: vt ſcz omni cū dili-
gentia medicinales obſeruet intentiones et aſtrono-
micas medicine deſeruientes in eligendo prius ⁊ in
propinando: deinde optima patienti medicamina in
bonis et electis temporibus: dicente Haliabate in. j.
theorice. c. iij. Aſtronomia quoq̄ȝ eget medicus qua
medicaminibus electis temporibus: quibus eſt luna
beatis et felicibus contemperata planetis et ſub cō
petentibus figuris vtatur. Conuenerunt nāq̄z ſapiē
tes medicorum: vt Raſis etiam ait. in libro. ij. ſuorum
aphoriſmorum: Quod res omnes temporū et aeris
⁊ aquarū ⁊ cōplexionuz et egritudinū ex motu plane
tarum mutantur. Et ideo quicquid circa infirmum
operatur: grādi cū aduertentia et benigno faciat cha
ritatis affectu: et nō tantum lucri cauſa: vt omnes fe
re medici conſueuerunt. Eſſe nāq̄z nō debet vt Ha-
liabas inquit vbi ſupra: ſed. c. ij. medici ad querendū
in medendo intentio pecuniam: ſed adeo retributio-
nē ⁊ meritū ꝛc. Vt igitur ſcientifici a nugatoribus ſe
cernantur et ab egris et ab omnibus alijs cognoſcā
tur: dicemus ꝙ ſi medicus ſapiens fuerit: ⁊ ad remo-
uendā egritudinem et inducendā amiſſam ſanitatem
idoneus: talem poſtq̄ aduocatus fuerit ordinē ſcien
tificum obſeruabit: ſcz ꝙ anteq̄ ad curam perueniat
ſtudioſiſſime conſideret que naturalis ſit patientis
cōplexio: ⁊ hoc tramite declarato in. xiij. libri huius. c.
Similiter precognoſcere debet etatem: conſuetudinē
artē: regionem: ⁊ huiuſcemodi naturalia ⁊ ipſis anne
xa : vt in noticiā egritudinis valeat peruenire. quib⁹
prenotatis debet deinde egritudinem et naturā eius
indagare: quoniam non eſt poſſibile curare ipſam: ni
ſi medicus eaz cognouerit: vt princeps inquit in. iiij.
primi tractatu. ij. c. vij. Que fuit Gal. ſententia in. j.
regiminis acutorum commento. iij. dicētis. Oportet
vt in primis cognoſcamus egritudinē que ſit. deinde
intendamus poſt illud ad medicandum ipſam: ⁊ in li
bro. iiij. de ingenio ſanitatis. c. iij. inq̄t. Vniuerſaliter
verū eſt ꝙ nullam curādi ſignificationē poſſumus ha
bere ab eis que ignota ſunt. Et in libro. v. eiuſdem
capitulo. v. Semper ante mentis aciem paſſionis co
gnitionem habeas: nec tibi facile leueq̄z hoc videa
tur: cognita itaq̄z egritudine debet deinde ſapiens ⁊
canonicus medicus cauſam eius venari: quoniam nō
ſufficit ſcire naturam egritudinis: ſed etiam cauſam
eius cognoſcere oportet. Cum dicat Gal. in. ij. de fe
bribus ad glauconem. c. j. Iſtud moneo ante omnia

vt noueris diſcere cauſas egritudinum.⁊ in libro de tipo tremore ⁊ iectigatione. cap̃.v. Manifeſtum eſt ꝙ volenti curare laudabiliter neceſſarium eſt cognoſcere cauſam vnde procedit eius egritudo. Et iterũ in primo de feb. ad glauc. dixit. Attende iſtud vt conſideres ſemper in oĩbus egritudinibus regionũ qualitatem: locorum poſitionẽ: aeris tẽperantiã: temporum rationẽ: etatẽ: cõſuetudinẽ egrotantis: naturaꝫ corporis: ⁊ an vitio corporis egritudo nata ſit: an extrinſecus venerit ex cibo: an ex corruptela aeris. Cũ ergo hec oĩa bene ꝑpẽſata cognoueris: optime ſcies q̃d ad ipãm egritudinẽ facere cõueniat: nã ſi cauſam ignoras quomodo curas: ſi enim neſcis an periculoſa ſit: an ſine periculo egritudo: quid niſi temere facis quicquid feceris: ſi ſanes an potius occidas ignoraueris. hec ipſe. Debet preterea medicus de neceſſitate intelligere in quo tẽpore ſit egritudo poſtꝙ̃ ipſam ⁊ cauſas eius cognouerit: vt patet per Gal. dicẽtem vbi ſupra. Debet medicus ſcire quattuor eſſe tẽpora oĩm cauſarum: maxime febrium: ĩitium: ſcꝫ augmentum: ſtatum: ⁊ declinationẽ. qui niſi ea optime intellexerit: grauiter ledet neſciendo: quid in initio: q̃d in augmento. ſtatu: ⁊ declinatione febriũ debeat egrotanti adhibere: et quo tempore curet: et quando ab his abſtineat: vel quando eger dormire debeat vel vigilare ⁊c. Et in libro de temporibus morbi. c. vltimo dixit. Impoſſibile eſt inuenire qualiter quis dietabit neq꜓ quando cibabit abſq꜓ quo determinet certitudinaliter morbi tempora. Ex quibus apparet ꝙ medicus qui anteꝙ̃ ad curationem deſcendat: hec omnia non obſeruauerit: minime ad reſtaurandam ſanitatẽ ſit idoneus: quinmo expellendus ne ſua cum ignorantia patientẽ interimat. Qua de re aĩaduertat ad hoc vnuſquiſq꜓: qm̃ pleriſq꜓ leuiſſime etiam egrotantes ex imperitia medici interiere. ideo. ⁊c.

¶ Cap̃. cclxxxviij. docet cognoſcere medicũ ſcientificum: ex hoc ꝙ ante curationẽ egritudinis ſciat ⁊ ꝓcuret virtutẽ fortẽ conſeruare: et debilem fortificare.

Inter reliquas ſcientifico ad recuperandam infirmi ſanitatem medico neceſſarias conditiones hec permaxime obſeruãda eſt: ſcilicet vt poſtꝙ̃ egritudinem cauſas et ei annexa cognouerit: etiam ex parte altera intelligat corporis virtutem et eius robur ſeu fortitudinem: et an virtus que natura dicitur: ſufficiens ſit ad ſuperandam infirmitatem: vel econtra imbecillis et minime valens ei reſiſtere. Quoniam ſi fortis ad bellandum cum egritudine fuerit: debet ſic eam conſeruare: et cauſam egritudinis abſcindere. Si autem debilis extiterit: nequaꝙ̃ potens paſſionis impetum tolerare: debet ipſam poſtpoſita cauſa ſufficientiſſime vigorare: et cum nutrientibus fortificare: quemadmodum voluit Auicen. in. j. quarti trac. ij. c. vij. dicens. Cum inuenis virtutem reſiſtẽtem tolerantes abſcinde cauſam: et expelle humorem et abſcinde cibum. ꝙ ſi inuenis virtutem deficientem: ſis occupatus in equando complexionem contrariam: ei quare infrigida eam et viuifica cum cibo: cũq꜓ fortis fuerit per viuificationem eius: et vincit cõtrariũ ſuum: redi ad cauſam. Que fuit Gal. ſententia in. iij. terapentice. c. x. dicentis. Si diſpoſitio quam curare eligimus indiget euacuatione. Imbecillis autem virtus vltime fuerit eorum que diſpoſitionem ſanãt nihil laboranti offerre in illo tempore omni ſecundum quod renutriemus virtutem. Cum autem tantũ fortitudinis veniſſe eaꝫ extimauerimus: vt aut nihil aut parum ab euacuatione ledatur: tunc ad diſpoſitionis ſanationem incedamus igitur prima quidem intẽtio omnium eſt que virtutis. et in. vj. eiuſdẽ. c. j. ſic etiam ait. Cum diſſoluitur quidem virtus non tamẽ fortiter diſſoluta eſt: ſed repugnat adhuc ad ſinthoma ſolum reſpicimus: ꝙ̃citiſſime ſtudentes deſtruere id. Diſſoluta vero virtute non ſolum ſinthoma ceſſare facere: ſed et illam roborare ſtudemus. Et propterea dicebat idẽ in. j. regiminis acutorum cõmento. xliiij. Sublimior intentionum omniuꝫ eſt intentio ſumpta ex virtute: quoniam curans eſt virtus et non medicꝰ que cuꝫ fortis non fuerit non prodeſt curatio quomodocunq꜓ fiat: vt princeps innuit in. j. quarti. Propterea ſolicitudo medici eſſe debet circa corporis virtutẽ integratam ex vitali ⁊ animali ⁊ naturali: de quarum cuſtodia debet ſemper procurare: et permaxime de vitalis conſeruatione: cum dicat Gal. in. j. terapentice capitulo vltimo. Oportet dignitatibus vniuſcuiuſq꜓ particule prouidere. Robori igitur maxima quidem dignitas cordis eſt et omnium neceſſariſſima egrotãtibus. Cerebri vero opus ad vitam equale: non tamẽ pari robore ⁊c. Et in tertio libro eiuſdem. c. x. huius quod dictum eſt cauſam expreſſit et neceſſitatem dicens. Has corporis virtutes quidem cuſtodire nihil aliud eſt ꝙ̃ cuſtodire vitam: monſtratum enim eſt ꝙ qualitercunq꜓ perempta qualiq꜓ ex eis vna neceſſarium eſt reliquas ſimul cum eis perire. Et propterea ſecundum ſanatiuum opuſculum intentio nobis hec erit. In curatiuo vero intentio proportionalis ei eſt egritudinis deſtructio. Et infra dixit. Maxima quidem dignitas eſt virtutum: quoniam ipſum viuere nobis ex earum cuſtodia exiſtit quia et vita. Nihil autẽ vtiq꜓ vita eſt aliud in animaliũ corporibus: quoniam neq꜓ ſani eſſe poſſumus ſine viuere ⁊c. Et ideo poſtea concluſit. Virtus igitur omnium primũ cuſtodienda omnibus eſt: ſi fortis ſcilicet fuerit. Si vero non fortificari debet cum cibo viuificante: vt diximus: Donec valida fuerit: et facta potens ad reſiſtendum egritudini ⁊c. Qui autem medicus ad hec que dicta ſunt: nõ animaduertit: multotiens quidem errabit ſubtiliſſimam ordinando dietam: egrum penitus interimentem: vt nonnulli carnificum facere conſueuerunt: omnibus aquam loca potus et panatam ſubtiliſſimam pro cibo exhibentes. Contra quos clamat Hippocrates in primo aphoriſmoruꝫ aphoriſmo quinto cũ ait. In tenuibus dietis peccant egrotantes: ⁊ ideo magis leduntur: omne enim quodcunq꜓ ſit magnũ: ſit magis in tenuibus dictis ꝙ̃ groſſioribus: propter hoc et ſanis fallaces ſunt valde certe ⁊ conſtitute diete: quoniam peccantia difficilius ferunt: propter hoc igitur tenues ⁊ certe diete fallaces ſunt amplius parum ſolidioribus. Et ideo in primo de febribus ad glauconem: neceſſe eſt vt reſpicias ad egri virtutem: ⁊ ad impetum cauſe: et ad quantitatem viriũ eius qui egrotat: et ad qualitatem morbi vt ne forte non reficiendo ciborum refectione vires egroti conſumas: ⁊ fortiter abſtinendo ad periculum ducas. ⁊c. Qui enim ſubtiliter et inconuenienter dietant infirmos q̃ a difficillimis occupantur febribus: in nullo a carnificibus differre videntur. ſicut idem ſcripſit in. ij. Terapentice. c. ij. Et propterea medicus ſapiens id minime facere preſumet: niſi peracutiſſima foret egritudo: et virtus valde robuſta ⁊c. In reliquis vero caſibus ſemper de conſeruatione virtutis procurabit: vt cum eius robore conſeruato citius liberet ab infirmitate patientem. Et ſuam ei deſideratam tribuat ſanitatem.

¶ Cap. cclxxxix. oſtendit quõ ſapiens medicus virtutem corporis patientis conſeruabit ⁊c.

Ut melius ab vnoquoq꜓ intelligatur ſi medicus ſit ſufficiens reddere patienti ſanitatem: et an recto calle in egri curatione procedat: oſtendamus quo naꝫ modo virtutem corporis ipſe habeat conſeruare: poſtꝙ̃ in ſuperiori. c. declarauimus id tantũ ei neceſſarium eſſe. Et breuiter dicamus ꝙ ſi egritudinẽ naturam eius et tempora ipſius cognouerit: vere quidem ſciet qualiter habeat virtutem corporis et naturam conſeruare: q2 ſecundum propinquitatem aut remotionem et diſtantiam ſtatus morbi ſubtilius aut groſſius dietabit ſcd̃m Hippocratis ſententiam in primo aphoriſmorum aphoriſmo. vij. dicentis. Ubi ſcd̃m acumen egritudo cõtinuos ⁊ vltimos labores habet: vltima et tenuiſſima dieta neceſſarium eſt vti. Ubi autem non: non. Uel conuenit groſſius reficere et tm̃ ſubcõdeſcendere quantũ egritudo mollior fuerit vltimis: et in aphoriſmo. ix. eiuſdẽ inq̃t. Contemplari opꝫ egrotantẽ ſi ſufficiat dieta ad ſtatũ egritudinis. et vtrũ ille deficiat priꝰ et nõ ſufficiat dieta aut egritudo deficiat ⁊c. et in. x. eiuſdem. Quibus continuus ſtatus: cõtinuo et tenuerit reficere oportet: quibus vero poſterior ſtatus ad id ⁊ ante id parum auferendum eſt: prius vero vberius reficiendũ vt ſufficiat egrotans. Si igitur longa fuerit infirmitas: vt quartana: quotidiana: paraliſis: podagra: et huiuſmodi: remotus valde erit earũ ſtatus: et propterea non eſt a principio ſubtilianda dieta: q2 patiens anteꝙ̃ ad ſtatuꝫ ꝑueniret: in medio vie deficeret: eo ꝙ virtus anni hilaret. In acutis autem econuerſo facere conuenit: quia cum ſtatus ſit valde propinquus caſum virtutis non timemus: ideo ſubtiliter reficimus etiam in principio ipſarum: vt in ſinocha: ſquiuantia: pleureſi: ⁊ huiuſmodi. Et propterea dicebat Gal. in libro de tẽporibus morbi. c. vltimo. Qualiter aũt quis dietabit impoſſibile eſt inuenire: neq꜓ quãdo cibabit abſq꜓ quod determinet certitudinaliter tempora morbi. et poſt aliqua ibidem ſubiunxit. Quantum magna eſt laborantis virtus conſiderandum eſt. nam ſi ſuffert in ſtatus tempore abſq꜓ quod cibũ afferat melius eſt incibari: donec declinatio incipiat. Si vero non eſt poſſibile incibantem ſufficere: nutriendum ipſum a principio mox in omni tempore potentem accipere cibum Et in. c. xiij. primi trac. de criſi ſic etiam inquit. Tu nõ euacuaris in aliqua horarum a malitia regiminis: cũ non preſcis quando erit ſtatus egritudinis: et illud ideo qm̃ ſi tu non preceſſeris ei in regimine a principio egritudinis ſcd̃m propinquitatem ſtatus eius aut elongationem ipſius: tunc non euacuaberis quin ledas egrum nocumẽto magno. A quo raſis in. x. Almanſoris. c. xxiij. accepiſſe videtur cũ ait. Nutricatio non menſuratur niſi ſcd̃m ſtatus propinpuitatem et longitudinem. Similiter etiã Princeps in. iiij. primi c. j. di. Quanto egritudo plus principio propinqua fuerit: et accidentia magis quieta: nutriemus virtutem confortantes. et quãtum egritudo ſecundum augmẽtum proceſſerit et accidentia etiam ibi augmentata fuerint: minuemus dietam propter fiduciam ꝙ virtus non reſoluetur: immo vt alleuietur in hora luctaminis. Et in prima quarti tracta. ſcd̃o. c. viij. de incibatione febricitantium. Dignior horarum ad ingroſſandum eſt principium in quo virtus non eſt multum occupata. et dignior horarum ad ſubtiliandum eſt ſtatus in quo eſt vehemẽtia occupationis nature in pugna materiei ⁊c. Medicus igitur ſcientificus virtutẽ hoc modo conſeruabit cibando vberius in principio: minus autem in augmẽto. minime autem aut ꝙ paruiſſime in ſtatu vt natura patientes: etas: conſuetudo tempus: anni: morbus: cauſa eius accidens et hora ipſius requiſiuerint. Non vt aliqui faciunt beſtiales: qui adeo in principio ſubtiliant vt in augmento vel ſtatu ob caſum virtutis ſuperuenientem dietam poſtmodum in patientis interitum coguntur ingroſſare. et hoc ideo quia librum aliquem vtilem nunꝙ̃ aperiunt. contra quos Haliabas in primo Theorice. c. ij. dixit. Oportet medicum lectione occupari ſtudioq꜓ conſiderationis librorum: nec negligat aut faſtidiat eos. Die quoq꜓ ac nocte cogat ſeipſum ad eorũ cuſtodiam: ⁊ memoriam in eundo quo omnia conſeruet neceſſaria: et de ſcientia et de operatiõe reuoluat ⁊ exerceat in eis ſuam mentem: vt non omni tempore egeat librorum conſideratione. hec ipſe. ex quibus patet medicum ſapientem eſſe oportet vt ſciat infirmorum virtutem cuſtodire. Qui autem non fuerit huiuſmõi nõ erit idoneus ad ſanitatis reſtauratiõẽ.

¶ Cap.cccc.oſtendit ꝙ medicus ſapiens ex hoc etiã cognoſcatur ꝙ in primis cauſam egritudinis ſtudeat remouere ⁊ eam omnino abſcindere.

PEritia ſtudioſi medici preter ea que dicta ſunt: ex hoc etiã facile cognoſcetur: ſi ſtante virtutis cõſtantia ⁊ eius robore ad amouendam infirmitatis cauſam ſtuduerit: an ipſam neglexerit: ⁊ alterã nõ impeditus viam tentauerit: quoniã irrationabilis exiſtimabitur ſi cauſam potens non amouerit cum principaliſſimũ ſit curationis inſtrumentum quinimmo vera infirmitatis curatio: dicente Auicen.in.xvij.tertij trac.quarto.c.ij. Curatio vera eſt inciſio cauſe. ⁊ in quarta primi.c.vltimo. Impoſſibile eſt vt febris remoueat̃ cauſa ipſius remanẽte. Quod quidẽ dictum de vnoquoqȝ morbo intelligi poteſt: ⁊ propterea ipſe in prima quarti trac.ſecundo. capitu.vij.ſic precepit. Cum iuuenis virtutẽ reſiſtentem: tollerantem abſcinde cauſaſ ⁊ expelle humorẽ ⁊c. Et in parte ſecunda canticorum inquit. In omnibus ſunt prius auferende cauſe efficientes ſi fiat recta curatio. In cuius cõmento dixit Auerrois. Cura egritudinis formaliter eſt inutilis niſi prius cauſe eius auferantur. Que fuit Gal. ſententia in tertio techni textu commenti.xciiij.dicẽtis. Unum commune oportet habere preceptum efficientem vnamquamqȝ cauſarum abſcindere prius: deinde ſic venire ad eam que facta eſt diſcraſiam. ⁊ in libro.iiij.de ingenio ſanitatis.capitulo quarto omnes antiqui qui preceſſerunt cauſam auferendum eſſe: et prohibendam non ſolum vulnerum ſed aliorum morborum demonſtrarunt. ⁊ in primo Terapẽtice.c.xj. ſimiliter inquit. Ad cauſam ſemper ibimus cognoſcẽtes ꝙ non eſt poſſibile finaliter vllam diſpoſitionem ſanare adhuc manente cauſa faciente eam. ⁊ in lib.iiij. eiuſdem capitulo primo. Cauſam ſanare oportet primum: non negligentes extinguere febrem que ex ea accendi anticipauit. ⁊ in.v.eiuſdem capitulo.iij.dixit. Febrem ſanari impoſſibile eſt niſi ceſſet putredo. Ceſſare vero eam impoſſibile eſt manente cauſa. Abſcindere igitur oportet cauſam eius ſi debet prior quidẽ putredo: poſtea vero febris ſanari ⁊c. Et propterea inquit Raſis in.x. Almanſoris.c.ij. Febris enim ilico ſedabitur cũ cauſa eius remota fuerit. Et Auerrois in ſeptimo colliget. Cũ accidens nõ timetur: tunc ſtudeas cauſam totaliter remouere: quoniã taliter ipſuȝ infirmum curabis cõplete. Ecce igitur ꝙ omnes antiqui ſapientes cõcordarunt ꝙ cauſa egritudinis primo ſit remouenda: ⁊ poſtea ipſa diſcraſia abijcienda cõtra empericos et irrationales ilico ad localium applicationem procedentes: vt in dolore capitis conſueuerunt ꝙ̃ primũ aduocati vt plurima ſcire videantur emplaſtra: vnctiones: epithimata: ⁊ huiuſmodi frigida iubent apponi. Et conſimiliter in febribus infrigidantia: vt vnguentum galieni: cerotum ſandalinum et talia abſqȝ hoc ꝙ aliqua preceſſerit neceſſaria purgatio. Unde fit ꝙ egrotantes deterius ſemper ſe habeant: multiqȝ moriantur nõ preexiſtentis morbi fortitudine: ſed ex ſuperuenientis erroris grauitate. Et ideo ſapiens medicus: cũ neceſſe fuerit anteꝙ̃ ad talia perueniat: cum euacuationibus procedit obediẽs principi in prima quarti trac.ſecundo capitulo.xlvj. dicenti. Scias ꝙ eſſe contentus infrigidatione et dimittere phlebotomiam et ventris ſolutionem addit in oppilatione ⁊ coartatione: quare additur putredo et caliditas in febribus. ⁊ Raſi in libro de egritudinibus iuncturarũ.c.xviij.ſic ſcribenti. Unguenta ⁊ emplaſtra: quando corpus fuerit plenum multis humoribus: attrahunt humores ad loca magis ꝙ̃ diſſoluant. quod ſenſit Gal.in quinto libro Terapentice.c.xv.dicens. Neqȝ balnearem vtiqȝ aliquem eorum ꝙ̃ in putredine febrium: neqȝ frigidis vterer cathaplaſmatibus anteꝙ̃ euacuarem ſuperfluitates. Euacuatis vero iam confidenter ⁊ cathaplaſmarem ⁊ balnearem. Ex quibus ſatis apparet ꝙ rationabilis medicus debet prius in omni curatione cauſam egritudinis abſcindere: et eam totaliter ammouere: niſi fuerit ob aliquod pertimendum accidens impeditus. Poſtꝙ̃ vero ſufficienter euacuauerit: ſecure localib9 ex huiuſmodi extinguentibus vel calefacientibus vti poterit: vt qualitas diſcraſie ex cauſa et morbo generate expoſtulauerit. Qui autem hoc tramite non inceſſerit: ipſemet ſuam aſtantibus imperitiam indicabit: vt eum tanꝙ̃ inutilem: immo maxime piculoſum: prout ſua meretur inſcientia expellant: quia longe facilius mortem patiẽti ꝙ̃ ſanitatem amiſſam reddere valeat. quare ⁊c.

¶ Capitulum.cccci. oſtendit medicum ſcientem infirmo reddere. ſanitatem debere cauſam egritudinis abſcindere per ꝯ̃ria et ꝑ eadẽ ꝗcunqȝ alia curare.

DIximus in ſuperiori capitulo ꝙ medic9 ſemꝑ debeat non impeditus cauſam egritudinis remouere: nunc oſtendam9 qualiter eam: ſi ſapiens fuerit: abſcindere debeat: vt ex hoc ſua magis ſufficientia innoteſcat. Et breuiter dicamus ꝙ ſi canonicus et recipiendus extiterit: cum contrarijs id habebit perficere. Unde ſi egritudo ex repletione humorum contigerit cum euacuatione curanda erit per phlebotomiam ſcilicet aut per pharmaciam ſcdm quod ſignificantia demonſtrabunt: vt in precedentibus ſufficienter admodum per ſapientum dicta fuit declaratum: et ꝙ ita ſit manifeſte patet ex illo Hippocratis dicto in ſecundo aphoriſmorum aphoriſmo vigeſimoſecundo ſic ſonante. Ex plenitudine quecũqȝ egritudines fiunt euacuatio ſanat ⁊ quecunqȝ ab euacuatione plenitudo et aliorum contrarietas. In cuius commento Galienus inquit. Neqȝ diutius in his immorandum eſt: cum omne contrarium ſuo cõtrario ſit medicandũ: qd̃ oſtendit ipſa natura morboꝝ et accidentia morbos comitantia. Et in commento.xviij.primi regiminis acutoꝝ. Medici intentio non eſt niſi opponere contrarium contrario: vnde curatio febrium eſt per infrigidationem et humectationẽ. Et in libro.ij. eiuſdẽ cõmẽto.ij.dixit. Oportet vt facias trãſire per mentẽ tuã in omnibus horis: ꝙ medicatio ſit per oppoſitionẽ contrarij cum contrario. Et in.iij. Techni textu cõmẽti.lxxxij.ſic etiam ait. Curatio quidẽ vnũ habet modũ et maxime cõem intentionẽ.ſ. ei qd̃ ſoluẽdum eſt cõtrariũ. Et in libro de ingenio ſanitatis. c.ij. Naturale cuſtodiendũ eſt et confirmãdum vnde ſimilia ſemper ſibi ſunt neceſſaria. Quod autẽ eſt cõtra naturam expellẽdum eſt et eijciendum. Unicuiqȝ enim tali cõtraria ſibi cõueniunt: quoniam quicquid deſtruitur: neceſſario per id qd̃ contrariũ ſibi eſt mutatur: nõ enim hoc fieri poteſt niſi cum ſuo cõtrario. Et in tertio Terapentice.c.xij.dixit. Una ſola generaliſſima eſt intentio ſanationum cõtrarietas. Et in quinto eiuſdem.c.xij. Nõ eſt dicẽdum ꝙ quãdoqȝ verũ ſit contraria contrarioꝝ exiſtere ſanationes: qñqȝ vero falſum: ſed ſemper quidẽ verũ eſt. Et infra poſt aliqua ſubiunxit. Hoc paruũ quidem dictum eſt: ſciliȝ contrarioꝝ exiſtere ſanationes: maximũ aũt inueniuntur virtute. Quod etiam voluit Auicen.in.iiij.primi. c.j.cum ſcripſit. Cum egritudinis qualitas ſcita fuerit: erit medicina eligenda que ei in ſua qualitate ſit contraria: qm̃ egritudo ſuo medicat̃ contrario: ſicut conſeruatur ſanitas ſuo ſimili. Et in.xiij.tertij.trac. ij.c.xxij.ſic etiam inquit. Omnis cura facta ex cauſis complexionalibus curatur cũ ſuo cõtrario. Que non ſolum medicoꝝ: verũetiam Ariſto.fuit ſentẽtia in prima problematum.problemate vltimo dicẽtis. Sunt autem egritudines he quidẽ ab igne: he vero ab humiditate. Curantur autem egritudines que quidem ab igne humiditate: que vero ab humiditate ab igne humiditatẽ enĩ ignis exiccat. Sic igitur patet ſcdm oĩm illuſtrium antiquoꝝ ſententiã: ꝙ curatio fieri debeat per cõtraria: vnde ſi cauſa egritudinis ſit repletio: debet corpus euacuari. Si vero cauſa infirmitatis fuerit inanitio vt in ethica cõtingit: debet per cõtrariũ ſcilicet per appoſitionẽ nutrimenti curari. Et ſi morbus ex caliditate prouenerit per frigida ſanet̃: et ſi per frigiditatem cum calidis medicetur: et hoc ſtante ſolummodo mala et preter naturali ſine materia qualitate: vt ſenſit Hippocrates in quinto aphoriſmorum.aphoriſmo.xix.dicens. Quecunqȝ infrigidata ſunt recalefacere oportet: et.ſupple quecunqȝ ſupercalefacta infrigidare neceſſe eſt. Cum curatio quelibet per contraria fieri debeat: vt dictum eſt ſupra. Ideo concludamus ꝙ quecunqȝ cauſa fuerit egritudinis: ſcilicet primitiua: antecedens ⁊c. ſiue per ſe: ſiue per accidens morbum faciens: aut ad id coadiuuans: vnaqueqȝ talis debeat remoueri: et cũ ſuo contrario per inanitionem: repletionem: vel ſimplicẽ alterationẽ vt natura expetit infirmitatis. Quod qui medicus non obſeruauerit: carnifex potius et homicida ꝙ̃ medicans appellandus eſt vt illi permaxime qui ex ſola vrine inſpectione pharmaca infirmis mittunt exoluentia: cum potius reſtaurantia quandoqȝ ſint eis neceſſaria: eo ꝙ ex nimio coitu vel ſuperflua defatigatione laborent: et ſolutiua ſumẽtes fortia ſimul cum humoribus vitam emittunt. Et propterea contra huiuſmodi macellatores clamat Raſis in libro ſexto ſuorum aphoriſmorum dicens. Nõ ſunt pauciores egritudines que cum defectu accidunt: ꝙ̃ que ex ſuperfluitate procedunt: et in hoc magiſtrorum error exiſtit qui ſtatim ad purgandum ſunt prompti. Similiter Damaſcenus ait. Morbi ex penuria quantitatis non minus ꝙ̃ de plenitudine nimia naſcuntur: vnde medici multi in temeraria purgatione delinquunt plerumqȝ ⁊c. Qua de re ſapiens medicus talia non eligit contraria niſi ea corpori neceſſaria cognoſceret. Beſtialis autem et imperitus ilico currens ad purgantia omniquaqȝ expellatur ne pro ſanitate in ſalubri morbo necem inferat patienti.



¶ Capitulum.cccij.oſtendit ſalutiferum medicum in morbi curatione contrarium ſubito et vehemens non debere applicare: ſed paulatim ſemper et ordinate.

ET ſi neceſſe ſit medicuȝ cum cõtrario ſemper in curatione procedere: vt in ſuperiori capitulo diximus: non quomodolibet tamen id facere licet. Imprudens enim et ignarus et omnino ꝗ̃citiſſime expellẽdus medicus: cum potius per feneſtras domus eijciendus foret: ſi diuinum id permitteret preceptum: fortiſſimum ſubito contrarium inducet: ſic citius exiſtimans ſanare patientem. Scientificus autem et honorandus medicus id minime facere preſumet: qñimmo paulatim ⁊ ſecuriſſimo cum quodã ordine procedet: memorans ꝙ nõ alia incedendum eſt via dicente Hippocrate in.ij.aphoriſmorũ aphoriſmo.lj. Secundum.multũ ⁊ repente euacuare aut replere aut calefacere aut infrigidare aut aliter quomodolibet corpori mouere fallax eſt: et omnino nature inimicum: paulatim ꝟo certum: et ex alio ad aliud tranſire non aliter decet. Et Galienus in.iij. techni textu cõmenti.lij. Medici quidem diſpoſitiones corrigere debent ex multo ſtudio paulatim trãſferẽtes in melius: qm̃ nõ ſuſtinet natura repẽtinas ĩmutationes. Et in.v.de ingenio ſanitatis capitu.vltimo. Oportet nos incipere a paruis et minimis medicinis: quibus nõ preualẽtibus fiant fortiores et magne: qd̃ cõgruit paſſionibus in ꝗbus patientes ſecuri ſunt de vita: ſȝ his in ꝗbus infirmus moritur minime immo fortiorib9 indigemus. Et in.vj.terapentice.cap.vj. Alteratio que paulatim fit nunꝙ̃ petit dolorem facere: ſed neceſſariũ ẽ repentinã ſiľ ⁊ violẽtã fieri trãſmutationẽ ſi doȝ aliquis dolor fieri. Qd̃ etiã ſenſit Princeps in.iiij.

primi.c.j.cum dixit. A debilioribus ad fortiora eſt ꝓcedendum quando debiliora non ſufficiunt.ꝛ in.j.tertij.c.xxix. Oportet (inquit) vt incipiamus a debiliore:et gradatim procedamus donec ſciamus ex diſpoſitione egritudinis ꝙ ipſa iam ſit abſciſſa. Et in tractatu.v.c.xiiij.eiuſdem ait. Oportet quidem vt incipias a debiliore vnctionum: et videre ſi conferat:ꝛ ſi nõ:adde et permuta ad aliud quod illo ſit fortius.et in.ij.tertij.c.j. Oportet vt a faciliori incipias:et gradatim peruenias ad illud in quo ſit virtus equalis.ꝛ in.c.iiij.eiuſdem inquit. Non properes in vſu medicinarum fortium in principio rei:immo tarda. Idem quoq; voluit in.xviij.tertij.trac.ij.c.iij.dicens. Cum potes curare cum eo quod eſt minoris acuitatis: nõ intendas ad aliud quod ſit acutius. Cuius quidẽ ratio eſt ab eodem aſſignata in.xiiij.fen. eiuſdẽ tractatu.iiij.c.xiij. ſic ſcribente. Oportet vt non ſit ſubito: quod.ſ.facis:immo ſecundum vices: nam illud quod ſubito eſt mortale eſt. Que fuit Ariſto. ſententia in.j. problematũ.problemate.viij. dicentis. Mutatio vehemens corpora corrumpit: et propterea nõ eſt ſubito alterandum:neq; repente euacuandum: cum euacuationis ſuꝑfluitas innati caloris naturã deſtruat: vt dixit Princeps i.j.canonis. fen:doctrina:ſumma et.c.ſecũdis.ꝛ.iiij.primi.c.iij. Omnis euacuatio que eſt ſuperflua ſcd̃m plurimum febres generat. et ideo concluſit in quarta tertij.c.v.circa finem. In euacuatione cõuenientius eſt vt multiplicetᷣ numerus eius: et minoretur quantitas eius omnivice:quatenus cõſeruetur virtus.cuius ſimile voluit in.xiiij.tertij. tractatu quarto.c.xiiij.cũ ait. Rectius quidem eſt vt euacuatio non fiat in vice vna ſubito et cadat virtus: immo paulatim ne ipſa perueniat ad multam debilitatem. Et ideo concludamus cum Gal'.in.vj. Terapẽtice.c.iiij. ſic ſcribente. Si euacuatio et alteratio fiat paulatim:opus erit ſanatiue artis. Si vero repente et ſecundum multum:minime. Quamobrem ſi rationabilis fuerit medicus: ex hoc dignoſcetur ꝙ cum alterabit a facilioribus inchoabit. Si vero euacuabit per phlebothomiam:pharmaciam:vel aliam huiuſcemodi ſecundum vices multiplicatas et non ſemel materiam eradicabit. Qui autem hoc non obſeruauerit pro quo tantũ laborauimus et nõ ſine cauſa:minime debet pro ſanitatis reſtauratione retineri.quare ꝛc.

¶ Cap̃.ccxciij.oſtendit rationabilem medicum non debere ad propinandum ſolutiua feſtinare:ſed prius corpus lenire:cãnales aperire: et humores digerere.

SI igitur paulatim:vt iam diximus: in curatione procedendum eſt:conſequẽter ad fortem aliquam euacuationem non ita repente procedẽdum erit:vt quidam empirici conſueuerunt ad multa et grauiſſima perducentes corpus nocumenta: eo ꝙ etiam in principio morbi omni altera poſtpoſita conſideratione materiam infirmitatis intẽdant euacuare: per quod quidem eorum imperitiam vnicuiq; facile declarant. Sapientes vero nequaq̃ id preſumũt:eo ꝙ ex librorum ſtudio recte quidem intelligunt ꝙ prius leniẽda ſint corpora:et pori aperiendi: ꝛ cannales dilatandi: humoreſq; digerendi: et ad euacuationem preparandi:et precipue cum materia non extiterit furioſa. In principijs ergo infirmitatum cum clyſteribus procedunt ſcientes ꝙ enema eſt medicamẽ nobile in expellendo ſuperfluitates que ſunt in inteſtinis.vt Princeps ait in.xiiij.primi.ca.xvij. Similiter in.j.quarti. tractatu.ij.c.vij. cum inquit. Quod magis dilectum eſt apud me: eſt adminiſtratio clyſteriorum ſecũdum vltimitatem qua indigetur in virtute:id eſt ſecũdum vltimã vtilitateꝫ. Et in.c.quarto eiuſdem tractatus. Clyſteria ſunt magis dilecta in principio egritudinis q̃ ſolutiua alia. Quod ſenſit Hippocrates in libro de pharmacijs.circa finem.cum ait. Si quẽ oportet clyſterizare congruit quotienſcunq; volueris: minus enim periculoſuꝫ eſt q̃ pharmacias purgatiuas tradere. Cum ipſis ergo et ſimilibus medicus vtilis et ſcientificus ante purgationem leniet corpora: vt obediat Hippocrati in ſecũdo aphoriſmorũ.aphoriſmo.ix.dicẽti. Corpora vbi quis vult purgare oportet fluxa facere. In cuius cõmẽto Gal'.inquit. Subtiliandi ſunt humores groſſi et viſcoſi: et etiam ſunt aperiendi pori:id eſt cannales quibus valeant currere:et medicaminibus extrahi et expelli facile temperata medicina qua non cõturbetur natura: quod qui neglexerit et ad medicinam tantum intẽderit:humores groſſos et anguſtioſos reddit:et cum nimijs torturis defectionibus quoq; et vertiginibus multis:ꝛ pulſibus inordinatis: et his ſimilibus. Digeret ergo medicus ſapiens humores: memorans quod dixit Galie. in tertio Techni textu commenti.lxxix. Digeſtio facit ceſſare putredinem manente ſubſtantia. Et in libro primo de criſi.c.ix. cum inquit. Non expedit tibi vt adminiſtres medicinam ſolutiuã: niſi poſtq̃ digeſta eſt egritudo: et nõ in principio vbi cruda eſt materia oportet vt adminiſtres illud.quod nõ minus ſenſit Auicẽ.in.iiij.primi.c.iij.dicẽs. In chronicis egritudinibus maturatio tm̃ ꝛ nihil plus expectandũ eſt: et in acutis etiam egritudinibus maturationẽ expectare melius eſt:et precipue cũ quiete fuerint:ꝙ ſi mobiles extiterint: tũc ad euacuãdũ materiã feſtinare erit melius: qm̃ impedimentum motus eius eſt maius q̃ ſue euacuationis nocumentum anteq̃ ipſa ſit matura:ꝛ ꝓprie cũ humores fuerint ſubtiles ꝛ in cõcauitatibus venarũ. Et infra ſubiunxit. Cũ humor fuerit in vno mẽbro cõprehẽſus:nullo modo moueatᷣ donec maturetur:et eſſentiã habeat temperatã. Et iterũ poſt aliqua ſubdit. Illud qḋ magis cuſtodire debemꝰ in euacuatione:eſt cãnaliũ habitudo ne ipſi ſint clauſi:qḋ tibi poſſibile erit ſi ante maturationẽ vẽtrẽ ſoluas.i. materiã cũ leuibꝰ minuas. Et in quarto eiuſdẽ. Anteq̃ ventris fiat ſolutio aut



vomitus:premittẽda eſt humoris ſubtiliatio qui euacuandus eſt:et amplificatio cannalium et ipſoꝝ apertio:qm̃ hoc eſt ex eo qḋ corpus a pena ſecurũ reddit. et in.c.ſequẽti. Ex cauſa timoroſa eſt vt medicina vẽtris ſolutiua ſumatur fece in inteſtinis exiſtẽte ſicca: immo expellenda eſt ſaltem cum clyſteri aut iure mollificatiuo. Et ſic innuit nobis per hec que dixit:quantũ lenitio ante ventris ſolutionẽ ſit neceſſaria. Quãtum autem digeſtio humoris euacuandi ſit opportuna:ſatis equidem patefecit cũ in prima quarti.tract.ij.c.vij.ſcripſit. Non euacues materiam indigeſtã in calido:neq; in frigido:niſi propter neceſſitatem. Et infra. Si non eſt digeſtus humor non moueas niſi in principio:apud ſtatum vero non moueas aliquid donec vincat natura et digerat. Que fuit Hippocratis ſententia in primo aphoriſmoꝝ.aphoriſmo.xxij. dicẽtis. Digeſta medicari et mouere nõ cruda:niſi in ꝑncipio fuerint furioſa ꝛc. Ex quibus ſatis apparet ꝙ non ſit feſtinandum ad medicinas exhibendum ſolutiuas:immo paulatim et ordinate procedendũ: ſcilicet prius leniendo:aperiendo:mollificando:ſubtiliando:et humores crudos digerendo. Quem qui medicus ordinẽ non obſeruauerit:irregularis et penitus inutilis dicetur: et minime ad reſtaurandam ſanitatem amiſſam idoneus.quare ꝛc.

¶ Capitulum.ccxciiij. oſtendit bonum medicum debere etiam in proceſſu nõ ſemel cauſam morbi eradicare: et declarat quas in egritudine materiali curatiuas intentiones oportet ipſum obſeruare.

VT medicus ſapiẽs melius dignoſceretur nobis viſum eſt et hanc inter alias ei neceſſarias cõditiones annotare debere:ſcilicet vt poſtq̃ cognouerit morbi materiã digeſtã eſſe et cannales apertos fore:ꝛ cetera oĩa que ſuperius diximꝰ:preparata adhuc egritudinis materiam:nec totam:nec multã ſemel educere preſumat:immo paulatim a leuioribus et facilioribus incipiens:ad fortiora et vberiora procedat. Unde ſi per phlebotomiam:pharmaciũ: vel per vomitũ: aut aliter quomodolibet euacuare voluerit: dꝫ ſemꝑ animaduertere et grandi cum diligentia attẽdere ne virtutem proſternat:vel membra debilitet: multã ſemel aut bis etiam euacuationẽ operãdo: ſed potius ſit ſolicitus de eductionis materiei partitione vt ſciẽtificum decet operatorẽ:dicente Auicen.in.iiij.tertij. c.v.circa finem. In euacuatione conuenientius eſt vt multiplicetur numerus eius: et minoretur quãtitas ipſius omni vice:quatenus conſeruetur virtus. et in xiiij.eiuſdem tracta.iiij.c.xiij. Oportet vt ſolutio ventris nõ ſit ſubito:immo ſcd̃m vices: nã illud qḋ ſubitũ eſt:mortale eſt. Et poſt aliqua. Rectiꝰ quidẽ eſt vt euacuatio nõ fiat vice vna ſubito:ꝛ cadat virtꝰ:immo paulatim ne ipſa ꝑueniat ad multã debilitatẽ.qḋ etiã ſenſit Raſis in lib.de egritudinibꝰ iũcturarũ.c.vij. cũ dicit. Et caue in purgando melancoliam et quemlibet alium ſcꝫ humorẽ et precipue groſſum. quia non debes ſemel purgare:ſed ſepe. Iſti enim humores nõ ducentᷣ in multa quãtitate in vna purgatione. Que fuit Gal.ſententia in primo Terapentice.c.vltimo dicentis. Oportet quidẽ nõ repente neqꝫ ſemel fortibus tentare ſanare pharmacijs:ſed tẽpore magis caute.i.paulatine.ꝛ ſimiliter Hippocrates in primo aphoriſmorũ aphoriſmo tertio cũ inquit. Cõpreſſiones.i.euacuationes ad vltimum ducere fallax eſt:ſed qualis natura fuerit ſuſtinentis ad hoc ducere ſimiliter et ianitiones ad vltimum ducentes fallaces. Ex quibus euidentiſſime apparet ꝙ non tm̃ ab euacuatione multa per pharmaciã ſemel facta debeat verus ſanitatis reſtaurator abſtinere:verũetiã ab alijs omnibus ſubitis euacuationibus:et permaxime a multa ꝛ ſuperabundanti:phlebotomia:materia non exiſtente furioſa:vt in ſinocha.et ꝙ ita ſit ſatis ex doctrina Principis patet dicẽtis in.iiij.primi.c.xx. Ad ſummum melius eſt vt phlebotomie vices ſint multe q̃ vt ipſius quãtitas ſit multa.ꝛ infra.ex iuuamentis ſecundationis eſt ꝙ phlebotomati virtutẽ cũ ꝑfectione ſue euacuationis que eſt neceſſaria cõſeruat. Et in prima tertij.c.vij. Non extrahas totum qḋ eſt neceſſarium ex ſanguine ꝓpter egritudinẽ aliquã ſignificãtem eius extractionem:immo retine ex eo aliquid vt reſiſtat illi egritudini.ꝛ in prima quarti tracta.ſecũdo.c.vij.ſimiliter ait.et conſilium quidẽ meũ in phlebotomia eſt vt dimittatur quantũ poſſibile eſt. Si aũt nõ eſt poſſibile:tunc multiplicatio numeri eſt melior multiplicatiõe quãtitatis:oportet em̃ vt euacuetur ſanguis multus ſubito:quoniam euacuatur multũ de eo cuius non eſt neceſſaria euacuatio:ꝛ quia debilitatur virtus ꝛc. Partietur itaq; ſapiens medicus phlebotomiam cum ipſa neceſſaria fuerit:ꝛ ſimiliter pharmaciã:ſicut et quãlibet aliam euacuationẽ totiens replicabit vſq; quo totam materialis egritudinis cauſam abſciderit:quoniã melius eſſe ſic interpolando procedere cognoſcet:q̃ velle totam ſimul ꝛ ſemel morbi materiam euacuare. Imperitus autẽ de quo minime confidendũ erit:hac nõ vtetur diligentia.et ideo perducit infirmũ ſi debilis fuerit ad mortẽ et ſi fortis: ad maximã ſui corporis debilitatem ob virtutis reſolute proſtrationẽ.ad aliquod euacuationis genus ſubito factũ:conſecutam. Rõnabilis vero hunc in errorẽ nequaq̃ incidet:eo ꝙ canones medicinales obſeruãdo paulatim ꝛ ordinatiſſime in egritudinis remotione: et ſanitatis inductione ꝓcedet curatiuas huiuſcemodi intẽtiones obſeruans in morbo materiali:nã poſt cõuenientis in qualitate et quantitate diete ordinationeꝫ:primo leniet ventrẽ cũ clyſterijs et huiuſmodi.ſcd̃o ſi expedict phlebotomare faciet infirmũ.tertio loco digeret cauſam antecedenteꝫ morbi factiuã cũ leuibus.quarto minorabit illam cũ facilibus ſolutis.quinto cũ fortioribus procedet digeſtiuis et aperiẽtibus magis ſi oppilationũ apertio

oportuerit. Sexto cũ potẽtioribus: nõ tñ venenoſis: materiã egritudinis eradicabit pharmacijs. Septimo diuertet ſi quid a loco patiente diuerti fuerit neceſſariũ. Octauo añt reliquias materiei per ſudorem vrinã ⁊ huiuſcemodi vias reſoluere cõminabit. Nono corriget accidentia que curam non peruerterunt. Decimo et vltimo qualitatem malã a morbo et cauſa eius impreſſam remouebit mẽbra confortando debilitata: et totum paulatine reſumẽdo donec patiẽs ad priſtinam redierit ſanitatem. Sic ergo ſapientes medici procedunt ordinate: ſicut ignari confuſiſſime modo vnum modo aliud irrationabiliter adminiſtrãtes. quare ⁊c.

¶ Capitulum. cccxcv. oſtendit cognoſcere medicũ rationalẽ ex hoc ꝙ cum predictis intentionibus procedat: et non ilico currat ad narcotica: vt emperici: ſed tantummodo eis in extrema vtatur neceſſitate.

Rationalis ⁊ honorandus medicus pretactas in precedẽti capitulo curatiuas obſeruabit intentiones in materialibus curãdis egritudinibus acutis et chronicis ſalubribus ſi aliquod fortiſſimorũ accidẽtium ei curã peruertere nõ cogerit: ⁊ ſuũ ordinẽ non impediuerit: ⁊ felicem ſemper egritudinis ſucceſſum inueniet: queãdmodũ per contrarium emperici: et a tali veritatis tramite et vere curationis modo deuiãtes in ſaluberrimis etiam paſſionibus: et in fortiſſimis corporibus ſepius: et (vt verius dicã) ſemper vident mortem aduenire. Et hoc quia nullũ ordinẽ habentes in curationibus ſuis cauſam negligunt: ⁊ tãtummodo ad accidentiũ remotionem intẽdunt vt ſapientiores eſſe videãtur: et ꝙprimũ ad narcotica aduenitũt et ſomnũ patientibus inducũt: vt eos ilico liberaſſe et quieſcere feciſſe ab aſtãtibus inducẽtur ab illiſꝗ immerito cõmendẽtur. Inde tamẽ poſtea nocuiſſe magis: et quandoꝗ interemiſſe cõpertũ eſt: ſicuti in dolore colico: et in alijs huiuſcemodi vidimus ſepius contigiſſe. Unde tales medici poſtmodũ vilipenſi fuerũt ab oĩbus ⁊ maledicti: quia verũ curandi modũ. ſ. cauſe abſciſſionẽ nõ intellexere: nec ꝙtũ periculi ſomnifera concipiãt prout decet et oportet conſiderarunt. Nec viderũt Auicẽ. in. iiij. primi. c. xxx. dicẽtem. In dolore colico et exhibitione narcoticorũ magnificatur malus finis: qm̃ materiã augmẽtat: et frigus et congelationẽ ⁊ clauſuram. ⁊ in. j. tertij. c. xxix. Alienatio a medicinis vehementer frigidis factis ex eis que ſunt ſicut papauer ⁊ opiũ ⁊ reliqua huiuſmodi: nõ eſt tibi neceſſaria: niſi apud vehemẽtẽ neceſſitatem et fortẽ dolorẽ. et in trac. ij. c. x. eiuſdẽ. Tibi quidem cõuenit ne declines ad narcotica ꝙtũ potes. et in. c. xxix. eiuſdem. Si narcotica et ſomnifera tibi neceſſaria ſunt propter doloris vehemẽtiã: vtere eis cũ cautela ⁊ timore. Et in. iij. tertij. trac. j. c. ix. Qñ doloris vehementia facit neceſſariã ſtupefaciẽtiũ adhibitionem illa tñ ꝙtum potes expelle: ꝙ ſi aliquod eorũ adminiſtras ꝓpter neceſſitatẽ adminiſtra illud ſecũdũ cautelã. et in. c. xiij. eiuſdẽ ſic etiã retulit. In egritudinibus et doloribus vẽtoſis nõ eſt narcoticis vtẽdũ: ſicut quidã preſumptuoſi qñꝗ audẽt adminiſtrare apud doloris vehementiã vt inde ſedetur dolor in hora. Sed ipſe poſt horã vehemẽtius excitat ꝙprius fuit propterea qđ ꝓhibet reſolui vẽtoſitatem. Et in xiiij. fen eiuſdẽ ſic etiam ſcripſit in trac. j. c. xxj. Qñꝗ eſt neceſſariũ ſumere in potu ſtupefaciẽtia ⁊ cõfectiones opiatas recipientes iuſquiamũ et philonium: et ego abhorreo illud cũ inuenitur ab eo iter. et in. xvj. tertij. c. iiij. In narcoticis eſt timor: licet quãdoꝗ accidat vt ſint neceſſaria. Et quomodocũꝗ ſit nõ oportet vt adminiſtrentur ꝙdiu ab eis excuſatio eſſe poteſt: ꝙ ſi neceſſaria fuerit eorũ adminiſtratio: nõ exhibeantur ei cuius infrigidatur corpus et debilitat virtus: et apparet illud in pulſu. Si vero neceſſariũ fuerit: miſceãtur cum eis que ſunt ſicut caſtoreum et crocus: et ſimilia. Et iã teſtificati ſumus nos vidiſſe qui ſuppoſuit ſibi collyrium ex opio et mortuus fuerit. Et cum poſſibile eſt vt adminiſtrentur in collyrio nõ adminiſtrentur in potu: et quãdo poſſibile eſt vt adminiſtrentur in emplaſtris non adminiſtretur ſuppoſitorium factum collyrium. Et in tracta. iiij. c. ij. eiuſdem ſic etiam ait. Incipientes ſedare dolorem cum narcoticis componunt rem maximi erroris. Adminiſtratio enim narcoticorum non eſt curatio vera in aliquo: et illud ideo quoniã curatio vera eſt inciſio cauſe. Et ſtupefactio eſt confortatio cauſe: et deſtruitur ſenſus per eam. hec ipſe. Ecce igitur quotiẽs hac de re princeps Auicen. medicos hos beſtiales admonuerit: vt non niſi in extrema neceſſitate talia adminiſtrent periculoſa: quem ſi quandoꝗ legiſſent quod faciunt non auderent. Sed quia opera eius nedum Gal. et aliorum nunꝗ inſpiciunt: volui hoc in. c. loca omnia in quibus hec prohibeat annotare: vt ſi fortaſſis: quod non credo: hoc noſtrum opus ad eorum manus peruenerit: videre poſſint et cognoſcere ſuũ errorem ſeipſoſꝗ ab eo corrigere: quod niſi fecerint ab aſtantibus hunc librum habentibus cognoſcentur: et vt eorum merebitur ignorantia: magno cum dedecore ex domibus expellentur. Periti autem et ſapientes hoc non timebũt: quoniam cauſam prius abſcindere conabuntur predictis cum intentionib9: nec vnꝗ ad huiuſmodi ſomnifera peruenient: niſi cũ vehementia accidentis virtutem ſua fortitudine proſternentis id expoſcerit: et tunc pronoſtico cautela ⁊ timore ea adminiſtrabit: et non quomodocunꝗ: ſed vt ſupra Auicen. preceperat. quare ⁊c.

¶ Capitulum. cccxcvj. oſtendit quando poſtpoſitis dictis intentionibus curatiuis: poſſit etiam rationabilis medicus ad narcotica cum cautela tamen trãſire ne aſtantes ⁊c.



Decreuim9 hoc in capitulo declarare quãdo etiam rationabilis et ſtudioſus medicus poſſit ſcđm regulas medicine narcoticis vti vt per hoc aſtantes intelligãt eum non niſi canonice ⁊ ſcientifice procedere et ipſum ab emperico ſecernere valeant. Dicamus ergo cum Auerroi in ſeptimo colliget capitulo de ſincopi accidente cauſa doloris. ꝙ non ſit narcoticis vtendum: niſi cum infirmus in articulo mortis eſſe repceritur cauſa doloris. Tunc enim ſedationi intẽdere oportet cum quibuſcunꝗ remedijs mitigantibus a leuioribus tamen incipiendo: quibus non conferentibus ad narcotica ſomnifera tandem deueniẽdum eſt: et non ad omnia: ſed ſolummodo ad correcta et conſolata cum ſuis bezaarticis licet peruenire: dicente Auicẽ. in quarta primi capitu. xxx. Stupefaciẽtis cõplexionem conſiderare debes et ipſius qualitatem: et vt quod ex eo eſt facilius dones: ⁊ vt tribuas id quod eſt cum ſuis tyriacis compoſitum: niſi res fuerit maxime que forti indigeat ſtupefactione: et pri9 exterius erunt applicanda. Et ſic etiam non conferentibus: interius poſtremo in pauca quantitate et cum maximo timore et premiſſa pronoſticatione propinentur: vt dolor aut huiuſmodi aliqđ aliud fortiſſimum accident ſopiatur: et virtus totaliter nõ reſoluatur: cum dolor permaxime virtutem proſternat: dicente Auicẽna in primo canonis fen: doctrina: et ſumma ſecundis. et capitulo vigeſimoſecũdo. Dolor virtutem diſſoluit: et membra a ſuis proprijs operationibus prohibet adeo vt membra ſpiritualia ab aeris prohibeat attractione: aut eius deſtruat operationem: et facit eum interſectum et frequentem et omnino non ſcđm naturalem curſum. Et in primis calefacit membra: et poſtea infrigidat: propter illud quod reſoluit et vincit de ſpiritu et vita. Et in quarta primi cap. xxx. Omnis quidem dolor qui fit fortior interficit: quoniam ex eo in primis accidit frigiditas corporis: et tremor. poſtea fit pulſus paruus: deĩde deſtruitur: poſtea moritur. Et propterea dixit Raſis in diuiſionibus capitulo. cxl. Tu non dimittere debes vt eger toleret dolorem: quia facit incurrere apoſtema et putrefactionem et corruptionem membri ⁊c. Et ideo debent medici omni ſuo ingenio ſedare dolorem primo cum rebus vere curantibus ipſum ſi eis poſſibile eſt: que res: vt dixit Galienus in ſexto aphoriſmorum commento. xxxj. ſunt mediocriter calide: quoniam calefactionis conſuetudo eſt dolorem mitigare aliquandiu. Et in ſexto de ingenio ſanitatis capitulo ſecũdo dixit. Aqua calida mitigat dolorem omnis apoſtematis. Et in lib. v. de ſimplici medicina diſtinctione quinta capitulo primo ſic etiã ſcripſit. Medicine que ſunt vere ſedantes dolorem: oportet vt ſint ſubtiles: et caliditas earum ſit maior quantitate que intenditur: ſed euacuent: et reſoluant et rarificent et ſubtilient et maturent et faciant procedere omne quod eſt coarctatum et retentum in membro cum quo eſt dolor ſiue humor calidus ſit ſiue viſcoſus. In ſecundo vero de febribus ad glauconem ait. Mediocrem dolorem ſepe adhibita extrinſecus calefactio: vel euaporatio ſola per ſeipſam totum curauit vel minuit cauſam ⁊c. Unde princeps in ſecũda primi doct. ſecũda. cap. xxj. ſic concluſit. Cauſa quietis doloris eſt: aut ꝙ cauſe ex qua prouenit exiſtit contrarium ⁊ ipſam euacuat ſicut anetũ et lini ſemẽ cum ſuper locum dolentem ex eis fit emplaſtrum: aut cum quo mollificantur ⁊ fit ſomnus: et ſenſibilis virtus ad ſuam redit operationem ſicut inebriantia: aut quo infrigidatur et ſtupidum efficit ſicut narcotica ſedans: tamẽ certũ eſt primũ. Et ideo medicus cum ipſo aut aliquo ſibi ſimili tẽtet prius ſedare dolorem: que ſi nõ contulerint: et dolor magis atꝗ magis infeſtauerit, adeo ꝙ virtutem deijcere incipiat: tunc ad narcotica cũ cautela trãſire debet eligẽdo ex eis q̃ magis correcta ſunt et ab auctoribus cõmẽdata: ⁊ primo exterius apponat: et poſtremo ꝑ os exhibeat et in modica quantitate et grandi cum timore: vt diximus poſtꝗ aliud ei contuliſſe nõ perceperit. Sic ergo rationabilis medicus poterit ſomniferis vti ne virtus oĩno proſternatur: de qua tantum ſolicitus eſſe debet: vt ſupra declarauimus. In ſimplicibus itaꝗ et materialibus morbis tali cum ordine predictiſꝗ cum intentionibus ſanitatis reſtaurator procedet et in hoc eius ſufficientiã demõſtrabit: queãdmodum confuſa ⁊ inordinata curatio irregularem et minime pro inductione ſalutis egri retinendum oſtendit. quare ⁊c.

¶ Capitulum. cccxcvij. oſtendit qualiter cognoſcendus ſit regularis et ſapiens medicus ex curatione complicatarum infirmitatum.

Quia non modicũ facere ad ſalutis et vite conſeruationẽ exiſtimamus ſcire medicũ ſufficientẽ: ⁊ ad curationẽ idoneũ cognoſcere in cuius manibus eger cum fiducia reponatur per multa in hoc opere capitula conati ſumus id oſtendere: ne quis in huiuſcemodi electiõe neceſſaria deciperetur: permaxime autẽ per immediate precedentia: in quibus declarauimus qualiter medici peritia ex proceſſu et ordine curationis ſue in ſimplicibus morbis dignoſci poſſit: in hoc autem pro huius materiei cõplemento dicemus qño etiã ꝑ cõplicatarũ egritudinũ curationẽ doctũ ⁊ honorãdũ ab indocto et equoce medico aſtãtes diſcernere valeãt. Preſupponam9 ꝙ ꝙ plerũꝗ cõtingit. ſ. ꝙ in patiẽte nõ ſolũ vna: ſꝫ due vel tres aut plures ſũt egritudines cõiũcte: vt putrida cũ ethica: tertiana cũ colica: ⁊ renũ excoriatiõe: vl' ſoda cuꝫ ſtomachi debilitate ⁊ dolore matricis ⁊ hmõi ſicut pſepius accidit. Stãte ergo vna iſtarũ cõplicationũ dicam9 ꝙ ſapiens medicus debet canonice et regulariter procedendo vnicuiꝗ harum paſſionum attendere: inequaliter tamen: nam fortiori magis et minus debilio

ri:dicente Auicen. in tertio primi doctrina ſecũda capitulo decimoſecundo. In primis oportet maiorem habere ſolicitudinem de re que maiorem incurrit terrorem regendo illud etiã quod eſt ſub ea. Et in quarto primi capitulo vltimo. Cum multe coniunguntur egritudines:ab ea incipere debemus in qua vna harum trium proprietas exiſtit. Vna earum eſt ꝙ alia ſanari non poteſt anteꝙ̃ ipſa ſanetur:ſicut apoſtema et vlcus cum coniunguntur:medicamur enim apoſtema donec complexionis malitia que cum eo venit remoueatur:abſqꝫ cuius ſanatione vlcus ſanari nõ poteſt:poſtea vero medicamur vlcus. Et ſecunda earuꝫ eſt cum vna egritudo cauſa fuerit alterius:ſicut cum accidit oppilatio et febris:medicamur enim oppilationem primo deinde febrẽ: et ſi nobis neceſſarium fuerit oppillationem aperire cũ eo in quo aliqua exiſtit caliditas non curabimus de febre: quoniam impoſſibile eſt vt febris remoueatur cauſa ipſius remanente. Tertia vero cum fuerit vna earum de qua maior ſolicitudo ſit habenda:ſicut:ſi coniungatur ſinochus et paralyſis:medicamur enim ſinochum extinguendo et phlebotomando: et paralyſi non curabimus. Cum autem egritudo et accidens coniunguntur a ſanatione egritudinis incipiemus. Et ſi accidens ſuperauerit:tunc accidentis curam habebim⁹ et egritudinem non conſiderabimus ſicut in colica damus ſtupefaciẽtia:propterea vt doloris fortitudo remoueatur:ipſi colice impedimentum faciat ꝛc. In tertio quoqꝫ tertij canonis tractat. tertio capitulo vigeſimoquarto ſic ait. Cum due coniungũtur egritudines:oportet vt vehementiorem earum diligenter attendas. Quod etiam voluit Raſis in libro de egritudinibus iuncturarum capitulo tertio cum inquit. Primũ medicandum eſt rei periculoſiori. Et Auerrois in ſexto colliget capitulo de conſeruatione corporis cuius membrum eſt diſtemperatum:ſic etiã ſcripſit. Stante egritudinum contrarietate vt ſtomacho frigido et epate calido:in talibus indigemus regimine mixto:et plus inſtare diſtemperantie periculoſiori. Et in ſeptimo libro eiuſdem capitulo de cura febris ephimere cum fluxu ventris inquit. Medicus in hoc prouiſor eẽ debet:vt reſiſtat ei quos plus eſt timendum. que fuit Gal. ſentẽtia in primo aphoriſmorum cõmẽto decimoſeptimo dicentis. Duoruꝫ morborum fortior medicandum eſt prius: altero tamen non neglecto. Sic igitur ſapiens medicus ſua cum prudentia ſinceroqꝫ iudicio in curatione complicatarum infirmitatum de ea magis erit ſolicitus paſſione:que maiorem inducit timorem:et que grandiorem ſolet virtuti leſionem afferre: quecunqꝫ res illa fuerit:ſiue dolor:aut ſincopis:aut accidẽs anime:aut vigilie ſuperflue: aut fluxus immoderatus: vel alia huiuſmodi virtutis proſtratiua:quam rem cum medicus ſedauerit:et virtus deinde reſtaurata fuerit febri vel alteri ſecum coniuncte paſſioni principalius poterit attendere prehabitas obſeruando curatiuas intentiones: ꝛ ſic domino concedente vnãquãqꝫ ſalubrem infirmitatem ſcientifice curabit ꝛc. Qui autem compoſitas egritudines altero tramite ꝙ̃ dictum ſit:curare tentauerit: et preadductis auctoribus non obedire preſumpſerit:pro beſtiali aut fatuo periculoſiſſimoqꝫ habeatur. Bene igitur aduertant egrorum aſtantes ad hec que ſcripſimus: vt valeant peritos ab imperitis diſcernere:quoniã hinc tota ſalus totaqꝫ vite conſeruatio conſiſtit. Nec homo reperitur qui ſemel ſaltem ſi non ſemper:hac non indigeat obſeruantia:quia medicorum nõnulli reperiuntur qui diuerſis eorũ aſtutijs:et ſi nihil aut parum quippe intelligãt:in famam tamen deueniunt: vt in libri huius capitulo ſexto declarauimus. a quibus permaxime cauendum eſt:qm̃ etſi medici dicantur:equiuoce tamen nomen illud intelligendum:ſicut in ꝓlogo phyſicorum inquit Auerrois. ꝙ homo predicatur de homine vero et de homine lapideo:ſic etiam ſcd̃m diuerſas rationes et ly medicus predicari ſolet. quod ſenſit Hippocrates in libro de lege dicens. Medici numero quidem multi:opere vero pauci. Et ideo replicamus iterum ad vocandum medicuꝫ bene conſiderent aſtãtes:et poſtꝙ̃ aduenerit ad omnia quecunqꝫ faciet ꝛ ordinabit ꝙ̃ diligenter animaduertãt: quoniam pauci medicorũ regunt infirmos regimine recto. vt Gal. ait in primo de creticis capitulo ſeptimo. quare ꝛc.

¶ Capitulum. cccxviij. in quo auctor ſe primo de quibuſdam excuſat:deinde preſens opus exponit omnium maiorum patrum cenſuere.

Iam abſoluimus qualiter hoim̃ vnuſqſqꝫ dum ſanus fuerit:in ſua valeat ſanitate cõſeruari:et pariter qñ cũ iam egrotauerit:ſuã poſſit ſalutem amiſſam recuperare:queãdmodum ab huius operis initio velle dicere promiſeramus. Que ſatis facere ꝓ preſenti negocio:de ſalutis ſcꝫ conſeruatione arbitramur. Vñ plura ſcribi hac de re ſuperflua ꝛ minime neceſſaria viderent̃:ꝙobrẽ hec q̃ iam dicta ſunt ſufficere volumus ꝛ ꝑtermittere lõgas admodũ ꝛ tedioſas: q̃ dici poſſent:philaterias:eo ꝙ ſua cũ ꝓlixitate ꝓmoleſte quidem narrate et inutiles penitus efficerẽtur: dicẽte Auicen. in. xv. tertij. c. vj. Non eſt in prolongatione ſermonis vtilitas. Et per hoc intendim⁹. j. de ãpliori hui⁹ libri quãtitate nos excuſare. ꝓ itidẽ etiã de hoc ꝙ dubitationes que circa auctorum dicta oriri poterant nequaꝙ̃ mouerimus: ꝙ non aliã ob cauſam fecimus:niſi vt legentium mentem a re iaꝫ incepta minime diuerteremus:et ne nimium tractatus noſter prolongaretur. Impoſſibile nãqꝫ videtur vt queſtionum ſolutionibus intellectus humanus acquieſcat. niſi ante illas diſtinctiones et preſuppoſita pro concluſionibus neceſſaria prediſponantur:et ſuper illa deinde reſponſiue concluſiones fundẽtur:



et demum ad arguta:vt fieri ſolet:reſpõdeatur. Hoc autem paucis:vt quilibet intelligit: minime poſſunt expediri. Ne etiam meipſum a propoſito deuiarem: et ad artes alias tranſire: eas ꝙ̃libẽtiſſime poſtergaui queſtiones:quoniam plurimum ſolent medicũ impedire: ꝛ ipſum a medicina diuertere: vt voluit Princeps in. j. quarti. c. j. cum inquit. Occupatio in cõtradictionibus eſt illud quod non confert in ſciẽtia medicine aliquid: ꝛ facit medicum procedere ex arte ſua ad inquiſitiones que fortaſſe impediũt ipſum ab arte ſua. Et propterea dicebat Gal. in libro primo de ſimplici medicina diſtinctione. iij. c. v. Caue vt nõ ponas teipſum loco eius qui facit heſitare:et aptus eſt implicari in queſtionibus plenis dubitationibus ꝛc. Volumus etiam hac in parte excuſatos eſſe: ꝙ in aliquibus diſſentientes: vt in gradibus medicinarum ſimplicium: et in alijs quibuſdã diſcordes antiquos non conſiliauimus: quoniam id difficillimum onus et lõge noſtris humeris impar eſſe cognouimus: ex eo quod voluit Raſis in. vj. ſuorum aphoriſmorum dicens. Cum doctores antiqui in re aliqua non concordarunt:graue eſt eorum rationem concordare. Et vt omnia ſimul comprehendamus:veniam a legẽtibus humillime petimus:rogantes vt pro ſua benignitate nos in cunctis habeant excuſatos. Quia vere ſcimus: ꝛ ita fore ſine dubio fatemur: ꝙ ſingula que ad preſens negocium fuerãt neceſſaria:nõ adduximus: nec credimus in aliquo ex adductis ob imperitiam et iuuenile iudicium nõ erraſſe: cum ita ſit equidem: vt Raſis voluit in ſexto ſuorum aphoriſmorum allegato:cum ait. Hominis enim natura non euadit errorẽ maxime in rebus difficilibus. Quod clarius nobis innuit Gal. in libro. ij. memiri. c. de dolore capitis ſine febre. cum inquit. Difficile eſt enim hominẽ exiſtẽtem non peccare in multis:alia quidem vt ignorantem: alia autem vt male iudicantem: alia vero vt negligenter ſcribentem. Et ideo ex tota mente:totali corde: ac ex omnibus anime viribus rogamus:exoramus: et deprecamur medicos omnes et maiores precipue:vt ſi quid hoc in opere male intellectum vel fuiſſe a nobis interpretatum: aut ad aliquod impertinens de dictis auctorum adductum inuenerint: id pro ſua corrigant humanitate. Multoqꝫ magis omni mentis affectu precamur reuerendiſſimos catholice fidei noſtre profeſſores: Pontifices: Cardinales: Epiſcopos:ceteroſqꝫ omnes ad quorum manus: vt ſpero: licet indignus ſit: noſter hic tractatus perueniet:vt ſi in eo minimum aliquod tota dei vel eius filij redemptoris noſtri mandatis cõtrarium vel diſſonum reperient:quod inaduertentia noſtra aut inſciẽtia ſcripſiſſemus:emendẽt:corrigant:quinimmo eradicent et abradant:vt omnino non remaneant: et vt pro nihilo reputetur:et tanꝙ̃ non dictum habeatur. Si vero aliqd boni et vtilis hoc in opere inuenerint: volumus: et (ſi dicere licet) mandamus: vt id nobis minime aſcribant:ſed totum creatori omnium attribuant: quoniam vt Auenzoar inquit in ſui Theiſir libro et tracta. tertijs. omnis res procedit ab illo qui eſt ſumme et vltime ſcientie: ſcilicet a deo viuo et vero et benedicto. Quod etiam voluit Auicen. in libro de viribus cordis. c. ij. dicens. Quecunqꝫ perfectio:et omne bonum non niſi a prima veritate ſunt: que omnium bonoꝝ prima eſt vniformis manatio. quare ꝛc.

¶ Capitulum. cccxix. in quo auctor altiſſimũ et omnipotentem deũ deprecatur:vt pro ſua pietate legentibus hunc librum ſanitatem concedere dignetur.

In hoc penultimo capitulo nihil aliud intendimus niſi cõuertere nos ex toto corde ad altiſſimum omnipotentem ac ſempiternum deum:de quo vt Gal. refert in libro de virtutibus animalibus: ſic ſcripſit Plato. Ingenitum et primum ac maximũ deũ dicimus bonumqꝫ nominamus:et nos omnes diligimus cum natura exiſtentem talem ab eterno et non factum:bonum a ſeipſo: penitus enim nunꝙ̃ fuit factus: cum ſemper fuerit ingenitus et ſempiternus. Ipſe quidem: vt Hali dixit Abenragel in ſui operis initio. eſt primus ſine principio:et poſtremus ſine fine terminato: qui creauit celos circunferentiales: et ſtellas mouentes:et celum cooperiens: et terrã ſuſſerẽtem. Et eſt ille cuius omnes res quas viſus attingunt et recipiunt cogitatus ꝛ ſenſus in omnibus ſignalibus et ſignificationibus demonſtrãt dominum et virtutem ſuam:cuius ſalutationes ſint ſuper eos qui fideliter eum credunt. Ipſe etiam:vt Princeps inquit in. vij. tertij. c. j. creator eſt ſublimis ꝛ excelſus: in cuius manibus omnia exiſtunt. vt dixit Auenzoar in ſui Theiſir primo. Et qui mundum regit et gubernat ſuo precepto et voluntate. vt idem ait in ſecundo eiuſdem. Et qui curã habet circa omnia entia. vt ſcripſit Auerrois in. xij. Metaphyſice. cõmento. xxxvij. Nunc igitur deum vnum tantummodo in ſubſtãtia: licet in perſonis trinum:vt canoniſte tradunt de conſecratione diſtinctione. iij. c. vltimo. et nos ipſum ſic firmiter credimus:confitemur: et adoramus: et impreſentiarum omni cum humilitate:deuotione: ꝛ mẽtis affectu deprecamur: vt pro ſua immenſa pietate infinitaqꝫ miſericordia nobis hoc concedere dignet̃: ꝙ quicũqꝫ preſentem habuerint tractatum: legerint et intellecta obſeruauerint:theſaurum ſanitatis conſequi valeant:conſecutumqꝫ prudẽtiſſime ſua inenarrabili fauente gratia conſeruare. Non eñ ſufficit humanum propoſitum abſqꝫ diuino ſubſidio: vt recte Theophilus inquit. Cum ipſe quidem ſolus ſit fons vite:vt Origenes ait. Et ab eo non ſolum vita ꝛ quecunqꝫ perfectio:ſed omne bonũ. vt in de viribus cordis ſcripſit Auicen. procedat. et ideo ab eo tantũmodo tale ac tam precioſum ſalutis ſenſum rationabiliter expoſcimus:tum quia plena ſemper et redundãtia ſunt diuina beneficia non exiguo conſtricta munc

re: ſed vberi bonorum coaceruata cõgeſtu: vt Ambroſius inquit. tum etiam quia ipẽ ſolus largitur ſanitatem corporum ⁊ vitam animarum: vt dixit Auerrois in prologo canticorum. Eya ergo pro ſua clementia concedat nobis: quod petiuimus: omnipotens ⁊ miſerator dominus: qui non reliquit querentes eum: vt ait Propheta. Quinimmo dat petitiões cordis eorum: et ipſos confirmat: cum ipſe ſit protector omnibus exquirentibus eum in veritate. vt in ſecũdo Eccleſiaſtici dicitur. Confirmetq́ʒ ergo: et continue ſeruos ſuos protegat admirabilis dominus noſter: qui nobis dixit: vt Johannes refert. Sine me nihil poteſtis facere: quoniam etſi minuerit hominem paulominus ab angelis: gloria ⁊ honore coronauerit eum: et conſtituerit ipſum ſuper opera manuum ſuarum: et omnia ſubiecerit ſub pedibus eius: oues ⁊ boues vniuerſas: inſuper et pecora campi: volucres celi et piſces maris. vt Dauid inquit. Et ſimiliter Galienus in quarto de iuuamentis membrorum. capitulo primo cum dixit. Homo eſt princeps et rex omnium animalium. Et ideo fuerunt omnia animalia demiſſorum capitum apud ipſum: et ipſe ſolus eleuati capitis ⁊c. Attamen fecit illum ex limo terre. cantante eccleſia. Memento queſo ꝙ ſicut lutum feceris me: et in puluerem reduces me? nonne ſicut lac mulſiſti me: et ſicut caſeum me coagulaſti ⁊c. Et alibi. Memento homo quia cinis es: et in cinerem reuerteris. Quod ſenſit Auguſtinus in capitulo. lxxxvij. Enchiridion. Multoq́ʒ clarius Auerrois in octauo commento canticorum cum ait. Deus cuius nomen exaltetur: creauit hominem ex luto ſicut teſtam figuli. Et ideo fecit illum facile alterabilem et corruptibilem: ſeipſum proprio conſilio conſeruare non potentem: et per conſequens diuina protectione maxime indigentem. Sine qua profecto nullum regimen ſanitatis: ſicut nec aliquod aliorum entiũ: hominibus iuuare poſſet. Cũ ita ſit equidem: vt in ſecũdo theiſir tractatu tertio voluit Auẽzoar cum inquit. Scimus certiſſime ꝙ ſphere: et ſtelle: et materia: et forma: et tempus: et locus ſunt res generate et create: quare nullum profectum vel nocumentum poſſunt agere vel imprimere niſi precepto et voluntate diuine prouidentie. Quid igitur ꝓderit legentibus hoc noſtrũ opuſculum in precioſiſſime ſanitatis conſeruatione ſublato infinite bonitatis preſidio: nihil ꝑfecto. Denuo itaq́ʒ atq́ʒ iterum: ſicut ab initio: ex tota anima fontem bonorum omnium deprecamur: vt nos pro ſui infinita pietate exaudire dignetur: et concedere corporis et anime ſalutem: opera libri huius et conſilio vtentibus amiciſq́ʒ et pariter inimicis noſtris ſit propitius. Et per viſcera ſue profundiſſime charitatis omnibus vitam eternam viuis fidelibus ⁊ defunctis clementiſſime largiatur ad laudem et gloriã ſue excelſe maieſtatis. Amen.

¶ Capitulum. ccc. et vltimum cauſam reddit huius trecẽtenarij: et gratias agit altiſſimo et ſanctis eius ob operis perfectionem.

Uia omnia in trinitate perfecta cõſiſtũt: vt voluit Ariſtoteles in. xxvj. problematum. problemate. ix. dicẽs. Finiũt autem in tribus omnia et minima in prima trinitate. et in primo de celo et mũdo. textu commenti ſecundi auctoritate Pythagoricorum inquit. Cum omnia ex principio medio et fine conſtituta videantur: propter qḋ a natura accipientes tanq̃ leges illius: et ad ſanctificationes deorum trinario vtimur numero ⁊c. In cuius commento dixit Auerrois. Secundum iſtum numerum tenemur magnificare creatorẽ remotum a modis creaturarum in orationibus et ſacrificijs. et vt ait Albertus ſuper eo. Priſci patres in lege antiqua vtebantur trinitati in ſacrificio deorum: ſcilicet thuris oblatione: cantu: et oratione. Numerus igitur trinitatis eſt perfectus: vt vbi ſupra probatur. Et nos ipſum in lege noua et veriſſima ponimus ipſum in maieſtate diuina tres in ea credentes: et ita confitentes perſonas eſſe in vnitate ſubſtantie ⁊c. hec ipſe. Cum ita ſit ergo: rationabiliter in trinitate centenarij ad laudem diuine trinitatis nos preſens opus ſigillabim⁹: gratias quas poſſumus: et non quas deberemus agentes patri ⁊ filio et ſpirituiſancto: vnico infinito et glorioſo deo: dicenteſq́ʒ cum Auicen. in prologo ſui canonis. In primis deo gratias agamus ſicut ſui ordinis celſitudo: et beneficij ipſius multitudo meretur: cuius miſericordie ſuper omnes prophetas exiſtunt. Et cum eodem in. xxj. tertij. tractatu primo. c. ij. dicente. Sit ergo deus exaltatus qui verax eſt laudabilis et benedictus: ⁊ melior omnium ſanctorum ⁊c. Similiter dicamus cum Hali abenragel in initio operis ſui de iudicijs ſic ſcribente. Gratias agamus vni deo victorioſo: honorato: potenti creatori: noctis et diei detectori occultorum ſcientiarum et puritatum: ipſi qui creauit: equauit: iudicauit: direxit: interfecit: viuificauit domino libertatis: mercedis: honoris: et regni q̃ eſt primus ſine principio: et poſtremus ſine fine ⁊c. Et in quarte partis eiuſdem principio ſic etiam cum eo taliter ſcribente dicamus. Laudatus ſit deus dominus virtutis regni et luminis: ipſe quidem apparens et veridicus per manifeſta experimenta creauit terras: montes: maria: ⁊ celos circundantes omnia: et poſuit ſtellas in eis mouentes ſe in ſimilitudinem lucentium cãdelarum: et poſuit in eis ſignalia ꝑ temporibus diuidẽdis et reb⁹ alijs ex quibus ſit in ſempiterna ſecula benedictus. Et in ſexto eiuſdem. Laudatus ſit deus et regratiatus qui eſt dñs boni: largitatis: ſapiẽtiarũ et ſcientiarũ: ipſe factor eſt ⁊ creator oĩm rerũ et per voluntatẽ et gubernationẽ eius manutenentur: ipſe eſt principiũ omniũ rerũ ⁊ tẽporum permutator: per ſui potẽtiam texit celos et firmauit eos: depreſſit terram et ſituauit eam: creauit omnes creaturas et omnia nouit ſecreta: creauit res et dedit illis finem: et poſtea iterum creauit eas. ipſe ſit laudatus et benedictus ſicut conuenit magne nobilitati et altitudini ſue. Et iterum in octauo libri eiuſdem parte. Laudatus ſit deus qui eſt dominus ſubtilitatum: nobilitatum: mercedum: pietatum: creator omnium creaturarum: cognitor occultorum. rationũ intellector: et puritatum: recompenſator damnorũ et occaſionum: gubernator totius mundi et omniũ rerũ per gratiã et virtutem ſuam: dator pluuiarũ per pietatem eius: defenſor eorum qui habent in eo fiduciam: et cuſtoditor eorum qui ſe dãt ſibi. Rex cui obediunt omnes reges: et eius potentie et glorie nõ eſt finis. Ipſe potentiam dedit humilitantibus ſe ſibi: et potentes humiliauit. Nihil eſt contrarium iudicijs eius. Nec eſt qui ſuis factis contradicat. Completus eſt omnis bonitatis et pietatis: ipſe ſit igitur laudatus vt conuenit. Dicamus quoq́ʒ cum Raſi in ſui continentis rubrica. Laus ſit vni deo glorioſo: ſublimi: victorioſo et indultori: qui tantam nobis gratiam pro ſua inenarrabili clementia concedere dignatus eſt: vt librum hunc in extimabilis q̇dem laboris hac in iuuenili etate: et ſine vllo corporis nocumẽto et omnino feliciter perficere potuimus. Non enĩ cepiſſe: ſed perfeciſſe virtutis eſt: vt ſuper Matheũ Hieronymus inquit. Benedictum ſit igitur nomen domini ex hoc nunc et vſq́ʒ in ſecula. Cuius in ore noſtro laus ſemper exiſtat pro infinita beneficiorũ eius multitudine. Que nos inducit ad concedendum cuʒ Gal. in libro octauo de iuuamentis membrorum. ca. tertio ſic dicente. Noſtra poſſibilitas eſt parua ſcḋʒ quã debeamus laudare creatorem: bonam tamen ipſe mentem noſtraʒ ſuſcipiat. Beatiſſime preterea dei genitrici Marie ſemper virgini: et beatis apoſtolis Petro et Paulo: ac omnibus ſanctis et continuis eorũ precibus pro nobis exorant: gratias non cõdignas: ſed quas poſſumus habemus: agemuſq́ʒ ex toto corde dum ſpirabimus. Et ſic finientes quod inchoauimus: dicemus cuʒ Gal. in. iij. de creticis ſic in finẽ ſcribentis. Et iam peruenimus ad finem libri auxilio dei ⁊ eius adiutorio: cui ſit honor et gloria per infinita ſecula. Amen.

¶ Diuino fauente numine: Ego Antonius Gazi⁹ patauus medicorũ omniũ minimus: die. xij. Auguſti de anno dñi. M. cccc xc. preſens opus abſolui: ad laudem redemptoris noſtri et ad tuam ⁊ amicorũ tuorũ vtilitatem. D. M. obſeruandi. cui iterum atq́ʒ iterũ me commendo. Uale.

¶ Impreſſum eſt preſens opus in preclaro Lugḋ. emporio: in officina magiſtri Simonis beue laqua Impẽſis ꝟo honeſti viri Bartholomei trot: bibliopole. Anno ſalutis humani generis. M. ccccc. decimoſexto. Abſolutũ fuit menſe Decembri. Die. xx.

¶ Regiſtrum huius operis.

A a b c d e f g h i k l m n o p Omnes ſunt quaterni. preter A qui eſt ternus.

¶ Finis huius libri.

ad. S. apoloniā orō

Oipotēs et misericors d[eu]s q[ui] beatā apolloniā v[ir]ginē et m[arty]rē tuā de manib[us] inimicor[um] suor[um] liberasti et ei orationē exaudistis su[p]plices exoram[us]: ut p[er] ip[s]ius et eius beneficiū ... nos ... a dentib[us] meis et melancolijs dolorē expellas: et me ... ad eius ... tibi digne talē famulari p[er] xp[istu]m d[omi]n[u]m n[ost]r[u]m. | alia orō de ead.

Bta apolonia que tormētu[m] p[ro] dn̄o suo sustinuit. p[ri]mi carnifices dentes eius cū malleis ferreis: et cū esset i illo torm[en]to orauit ad dn̄m Jesum xp[istu]m: ut q[ui]cū[m]q[ue] nomē suū deuote inuocaret malū in dentib[us] nō sentiret. V. Ora p[ro] nobis btā apolonia. R. Ut digni effi. ec.

orō

Deus p[ro] cui[us] sanctissimi nois amore btā apoloniā v[ir]go et martir amarā et horribilē dentiū extractionē sustinuit ... ut q[ui] eius uenerādā passionē pia deuotione frequentat a tali dentiū dolore: pulsi et putredinis inim[ici] nos custodias: et ab hui[us] seculi putris miseria erepti ad btā pn̄e gaudia p[er]ducas. p[er] d[omi]n[u]m n[ostrum] J[esum] x[pistum].

p[ro] salute p[ro] peste

Antiphona

Recordare dn̄e testamēti tui: et dic angelo p[er]cutienti: cesset iam man[us] tua: ut nō desoletur terra: et ne p[er]das om[n]em aīam uiuā: ego sum q[ui] peccaui ego q[ui] inique egi. isti q[ui] oves sunt q[ui]d fecerunt. auertatur obsecro furor tuus dn̄e a populo tuo. ut nō desoletur terra. et ... ut nō desoletur terra. ... V. ... R. Sed libera nos a malo. V. Mitte dn̄e angelū de scō. R. Et de sion tuere nos. V. Dn̄e nō s[ecundu]m p[e]c[c]ata n[ost]ra.

farias nobis. R. neq[ue] s[ecundu]m iniquitates n[ost]ras. V. Ora p[ro] nobis scā dei genitrix. V. Scē Sebastiane, michael atq[ue] Roche ora p[ro] nobis. V. Intercedentib[us] oīb[us] scīs et scīs ... a peste liberemur.

oratio

Exaudi nos iudex dn̄e et ... populi tui ... 8. ... Scā ... immortalis miserere nobis

oratio

Omnipotens et misericors deus ... populi ... tue subiecti: et ne nos furor ... deztera tue p[ro]p[it]iationis custodiat

oratio

Concede nos famulos tuos q[uae]s[umus] dn̄e ... mentis et corporis sanitate gaudere et gliosa btē marie semp[er] v[ir]ginis intercessione a p[rese]nti liberari tristicia et eterna p[er]frui letitia.

oratio

Infirmitatē n[ost]rā respice q[uae]s[umus] oipotēs deus et ... Scōr[um] Sebastiani michaelis atq[ue] Rochi ... nos p[ro]tegat et ab oī peste defendat

oratio

Oēs scī tui q[uae]s[umus] dn̄e nos ubiq[ue] adiuuent ut dū eor[um] merita recolim[us] ... p[er] xp[istu]m d[omi]n[u]m n[ostrum].

oratio ad S. Rochū [illegible]

Deus qui scō ... et ... plebi tue ut ... Roch ... tuo ... deuota ... et tuo nomini sit semp[er] deuota

esta devoción que se sigue estuvo al cand de la parte de la ciudad de
Vela onde por la gra y miª de dios fue fecha la devoción a mucha
se sostiene y no fallecio en la ciudad persona alguna de pestilencia
y llevaron treslado a ciudad real y otro a toledo de la dicha
muchª y se mando y a la ora que se acabo de hazer a esto estados
ciudades — la devoción es la sig. revelada
por mi Sª a una monja.

Pase de dezir tres missas cantadas la una es otro de la luz del na-
cimiº de nro Sr Jesu xpo / y todo lo demas de lux fulgebit
hodie segun se reza el dia de la natividad. la commemoracion
de S San Sebastian / y de S. S. anastasia / y todo el pueblo las
rodillas y mugeres y niñas q si si pareciere tengan candelas de cera
encendidas en las manos hasta q acabadas las missas / y si no
fuere llegada la mortandad rueguen todos los q esta devocion
hizieren q nunca llegara in tierra / y si llegada fuere luego cessa-
ra en aquella ora
quando el sacerdote dixere la missa hecha la ofrenda luego a todo
el pueblo hincan las rodillas abaxo en el suelo y diga la confe-
sion general / y diga el sacerdote esta oracion en tono alto y muy devoto
y digan todos como el dixere con mucha devoción.

oración

Señor Jesu xpo poderoso rey de mi señor criador soberano
todos los reynos y de todas las otras cosas / assi en los cielos como
en la tierra visibles y invisibles / oye a mi pecador que me temo
desta tribulacion / o Sor tu que dixiste no quiero la muerte del pecador
mas quiero q biva e se arrepienta e haga enmienda assi tus santos
de dios para dos / o Sor padre por nos por el amor del bienaventurado
martir san sebastian que quieras librarnos de la muerte

ca rebutada desta tempestad que sobre nos estaria como
furor de sangre por que todo fuere la tu vida e piedad y desta
merced me quisieras librar y me lleves a la luz e alegria
por q merezca reinar en la tu santa compañia
nuestra general ante tu humanal majestad amen
digan todos tres vezes el pr nr / ave maria.
esta devoción se comenzo en viernes en esta ciudad de quenca
y assi se debe hazer en todos los pueblos donde hubiere de
memoria para que se publique y hazer saber a todos lu-
gares q posible fuere por q es obra de caridad